

gc
929.8094
Sp34h
pt.2
1800562

REYNOLDS HISTORICAL
GENEALOGY COLLECTION




HISTORIA
 INSIGNIUM
 ILLUSTRUM
 OPERIS ^{SEV} HERALDICI
 PARS SPECIALIS.

Continens

Delineationem insignium plerorumque
 Regum, Ducum, Principum, Comitum & Baronum
 in cultiori Europa, cum explicatione singularum reserarum, & multis ad
 familiarum decora titulos atque jura spectantibus, nec non tabulis æneis
 scuta galeasq; in opere explicata obtutui exponentibus & In-
 dicibus necessariis.

Autore

PHILIPPO JACOBO SPENERO D.



FRANCOVRTI AD MOENVM,
 Sumptibus Johannis Davidis Zunneri,

Typis JOHANNIS THEODORICI FRIDGENII.

Anno M DC LXXK.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Comites ab Althann.

ARGUMENTUM.

1. Genealogus, ex Waldpurgus.
2. Lance.

3. Scutum.
4. Apex.
5. Addita vexilla.

§. I.

Illustrissimos Comites *Althannios*, quos corrupte ab *Althaim* vocant, Celeber. Genealogia, ex Waldpurgus.
 Genealogus *Gabriel Buechlinus* Germ. P. IV. pag. 8. derivat ex veteribus comitibus de *Thann*: qua ratione agnati sunt Illustrissimorum *Dapiferorum Waldpurgiorum*, Comitum in *Wolfeck*, *Trauchburg*, *Zeil*, *Scheer*, &c: de quibus suo loco agetur. Memorat aliquem *Babovem de Thann*, superioris Alemanniae antiquissimo castro, qui contra *Carolus Martellum* pugnans cecident 719. Inde alium nominat *Mangoldum Com. de Thann, Althann & Winterstetten*, circa 803. Seriem vero continuam gentis necit ab *Hesione* comite, qui sub *Ottone M.* contra *Ungaros* ceciderit. Hujus nepotem constituit *Wernerum Com. de Thann* Dapiferum *Waldpurgium*, patrem *Gebhardi, Canonis & Frikerici*: primum constituit factorem totius Illustrissimae gentis *Waldpurgie*, alterum *Abbatem Weingartenensem* nominat, tertium dicit *Comitem de Thann*, pincernam de *Winterstetten*, reliquorum de *Thann pincernarum de Winterstetten* autorem. Unde *Friderici* atnepotem exprimit, *Henrici* Episcopi *Constantiensis* fratrem, *Conradum Dynastam ab Althann*, qui claruerit circa 1250. & ex *Adelheide* *Dom. de Neyffen* genuent *Eberhardum atque Joannem*, illum patrem reliquorum *Domitorum de Winterstetten*, hunc *Domitorum ab Althann*, quorum reliqua tum allegato loco, tum in ejusdem autoris T. III. videre est.

§. II. In *Wolfgangi*, qui usque ad 1335. superstit, filii linea distincta sunt à *Christo*. Linca.
phoro in *Enax* & *Ostlawen*, ab *Eustachio* in *Z. Herstorfs*, à *Wolfrango* *Wilhelmo in Alt-veichs* & *Camp*: Hos etiam esse puto, qui primi inter proceres *Austriæ* recepti. In indiculo enim, quem à *Perillustri Domino Polheimio* communicatum aliquoties allegavi, familiae annum 1174. ascriptum lego: & *Christophorus* in aula *Rudolphi II. Augusti* *Camerae* praesens fuit. Hujus etiam filius *Adolfus*, *Rudolfi* ejusdem *Consiliarii* bellicus campique *Marescallus* fuit, atque *Comitis* axioma retulit, quod reliquis itidem lineis communicatum est.

§. III. Scuto utuntur simplici pro more vetustatis, rubeo nimirum, quod *Scutum*. transit *fasces argentea litera majuscula* & *prisco* caractere picta *Agnora* insignita. Vix alia hujus literae significatio esse videtur, quam quod nominis sit initialis, ejus alibi etiam exempla extant, ut P. I. c. 5. notavimus.

§. IV. Apex est coronatae galeae, cui imponitur mitra Ducalis rubea, (orà re- Apex. ducta argentea) circulis aureis inclusa, & pomo imperiali ejusdem metalli fastigiata, insistentibus *abris viridis*, qua ad nomen alludi vix dubium est.

§. V. In *Fürstii Wapenb.* P. V. pag. 4. addantur apici duo vexilla post scutum Addita vexilla.
 reposita, & juxta cassidem eminentia rubea. Horum rationem assignare non possum: videntur autem monumentum esse virtutis bellicae & obtente ab aliquo ex hac gente victoriae.

CAPUT II.

Dux de Arpajon.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo ex Tolosani.
2. Arpajonia deductio.

3. Ducis scutum. Crux Tolosana.
4. Tolose comm. et.
5. Aragon-Severac.

6. *Arpajon.*
7. *Combon Rouffillon.*

8. *Apex.*
9. *Titulus.*

§. I.

Familie
origo ex
Tolosanis

Inter Duces & Pares Franciæ à moderno gloriosissimo rege creatos celebris etiam est *Arpajonius*. Hic ex familia oritur, quam ad Illustratissimos quondam *Tolose* comites referunt, qui olim inter Franciæ comites & Pares primum tenere locum. Ex quibus *Chorsenem* seu *Torsimum* nominant, qui 778. a Carolo M. datus sit, cum regnum Aquitanix filio Ludovico dedisset. Inde *Guilelmum* aliquem Theodonicum filium, qui contra Saracenos multa deliquit, filiumque habuit Bernardum Tolosa comitem & Septimaniæ Ducem, nepotem *Guilelmum* Comitem, qui rebellis Carolo Calvo se contra eum Saracenorum auxilio defendit; unde adversus eum constitutus *Raymundus* Marchio Tolosæ, *Fulgerius* Comitissimus, pater Bernardi II. Comitis, qui etiam Marchionem & Ducem dixit, cum Carolo Calvo Caracationem & Roses tenuit, cui frater Odo successisse videtur, pater *Raymundus* II. Com. qui etiam princeps Gothiæ appellatur. Hoc natus *Pontius* vel *Raymundus* cognomento *Pontius* Comes, qui etiam Marchio & Dux Aquitanorum dictus est, eoque vel filio cognomine, *Raymundus* Pontius atque Bertha Bosensis M. Tusciæ filia natus *Pontius* II. pater *Guilhelmi* cognom. *Talifer* seu *Ferrisectoris* Comitis, qui 983. vixit, a quo *La Roque*, *Chesius* autem à *Raymundo Berengario* Comite Arpajonius deducit.

Arpajonia
deductio.

§. II. Ab hoc Guilelmo Tolosæ comite descendit *Nugo Dominus de Arpajon* 1419. pater Joannis Vicecom. Lautreci 1450. quo Joannes II. hoc præter Bertrandum, à quo Rupisfortia linea (de Rochefort) 1350. terminata, Joannes III. *Vicecomes de Arpajon* natus, hoc iterum præter alios Jacobus genitor Jacobi Vicecom. d' Arpajon & Joannis IV. Vicecom. de Monter, quem patrem habuit, præter Samuelem Bar. de Briqueres, Philippum & Davidem, Joannes V. Vicecomes Arpajonius, pater Joannis atque Alexandri, & demum *Ludovicus primus Arpajoni Ducis*, qui legatione olim in Polonia gesta clarus nunc quoque sed senex superest, amilò 1672. unico filio *Joanne Ludovico M. de Severac*, post quem non nisi filii superant.

Ducis scu-
tum.
Crux To-
losana.

§. III. Ducis scutum quadrupertitum est; primus laterculus *rubeus crucem re-
presens at aurcam, sed pecuniaris plane figuræ*, quam ob hanc *Tolosi* vocare fœciales
amant. Pingitur vero lineis incurvis & extremis triangularibus, ut singulis ternæ sphae-
rulæ ex eodem metallo, atque ita toti cruci duodecim annexantur, nec non in can-
dem formam perforatur. Galli ita enunciant *Crochéc, z audie & pommetée en chacune
des trois pointes, qui finissent ses quatre branches.*

Tolosæ
comites.

§. IV. Crux hæc vetus fertur à *Raymundo Tolosinorum* comitum, ex quibus à *Guil-
elmo Talifer* Arpajonius exiisse diximus. Ipsum comitatum quod concernit, *Guil-
elmi* filius *Pontius* III. cum transiit ad filium *Guilelmum* IV. quem *Christianissimum*
aliqui dixerunt, quod retormationi Ecclesiæ ruderet, qui etiam Canonicis Epi-
scopotum eligendorum potestatem reddidit, & circa 1090. mortuus est, relicta filia
Philippa, ob quam uxorem deinceps *Guilelmus Com. Prælati, Dux Aquitaniæ* comita-
tum sibi afferere conatus est: sed *Guillemi* frater *Raymundus* dictus *de S. Egidio* (de
S. Gilles) prius *Comes Rutenorum* (de Rovergne) comitatum adit, quem frater ven-
diderit: utulum etiam sumit *Ducis Narbonensis* atque *Marchionis Provincie*, in qua
multa possidebat. Primus etiam 1095. expeditioni Orientali interfuit, & captis Hier-
osolymis aliorum emulatione, quo minus Rex crearetur, prohibitus, & turrim Da-
vid à se captam Bullione tradere coactus est, cumque alterum exercitum Chri-
stianorum Constantinopoli in Paletinam duxisset, nos. decessit in castris Pelerin, quod
Tripoli coercendæ considerat. Ex his *Bertrandus* Comes Tolosæ, Rutenorum
& Albigenisium, comites *Tripolitanos* in oriente levit, alter *Afonfus*, quod in eo fluvio
baptizatus esset, *Jordanus*, cognominatus Tolosam tenuit, & uxorem habuit *Frida-
dam Provincie* Comitem, unde ob divisionem cum fororio bellum; hoc natus *Ray-
mundus* filio *Sextus*, Sexto *Septimus* & ultimus, qui duo strenui defensores fuere *Al-
bigenisium*, qui in istis Papatu crescentis tenebris aliquid lucis purioris agnoverant, &
ob id eorum odia experiri necesse habebant: Ultimus etiam ad extremum Pontifici
cedere coactus, & ut ab hoc imperatum fuerat, in orientem iturus 1249. mor-
tuus comites finivit. Filia *Joanna* heres comitatum attulit marito *Afonso* *Pitoniæ*
Comitis

Comiti Regis Ludovici sancti fratris. Sed ius conjugibus tunc liberis extinctis comitatus ad coronam rediit: cuius omen vnum erat, quod Raymundi ultimi etranio imprefumili signum apparuerit.

§. v. Secundus laterculus *aureus* est, *impressis quatuor palis rubeis*, quod *Aragonum d'argona* est. Ajunt autem notari *Aragon Severac*. Patet tamen in Aragoni motum Regum, quas haecenus vidi, deductionibus nullibime observate tantum Severacensem, quem tamen aliquem fuisse necesse est, cuius heres in hanc gentem elocata successione inuenerit. Sammart. de l'est. de Fr. pag. 38. solum palium *argento* loco auri tingit, & Severac tantum vocat. Si in metallo assignando non erravit, distinctio illa fuerit, superioribus seculis non infrequens, ut loco aliorum discerniculorum, quae sequenti tempore invaluere, metalla vel colores immutarent post primos genti.

Aragon-
de. etas.

§. vi. Area tertia *rubea* est, in qua *chelys harpe aurea* apparet, designando dominio *Arpajon* in Rutenis (Rovergne, in quo paronomastiam observes, ut ita hoc symbolum ex his sit, quae *parlantes* seu loquentia vocant. Oportet autem hoc ex antiquo patrimonio gentis esse, quod inde apparet, quia Jan 1419. titulus in familia legitur.

Arpajon.

§. vii. Ultima quadra *carulea triangularis regia aurea* refert, inter quae *rubeus bacillus* dexter conspicitur. Ita designatur Borbonius ramus regiae stirpis, ex qua Anna Borbonia *Ludovico Borbonio Com. de Rossillon* Admirali Franciae (huc filius notus Caroli D. Borboni atque Joannis I. Caroli atque Petri Ducum frater merat) & Johanna naturali Ludovici XI. regis filia genita, Domina de Mirebeau, quod a matre habebat, Joanni Baroni d'Arpajon nupsit.

Bourbon
Rouffillon

§. viii. Haec scuto insitit galea corona Ducali ornata, ex qua *leonis aurei* Apex. *exurgit*; dependent laciniae ex *auro & cocco*. Duo quoque *leones aurei* scuto assunt.

§. ix. Titulus ille est: *Dux d'Arpajon* (Ducatus diploma 1651. concessum sed à curia rathibitum non est) *Marchio de Severac, Com. de Rhodéz, Vice. de Montet, Baro de Salagnac & Monclar.*

Titulus.

CAPUT III.

Baron. ab Assan.

ARGUMENTUM.

1. Stirpis Decus. Nomen. Finis.

2. Scutum. Assan.

3. Albrechtshelm.

4. Galea.

§. I.

Baronum *Assaniorum* seu *Assaniorum* illustris à multo tempore in Austria superiori familia fuit, & jam 1282. *Henricus im Haag* cognomento *Assan* mentio sit 1282. cuius soror Conradi Dn. Polheimii uxor fuit. Dein nomen teries immutata & *Assan* ab *Haag* dicti sunt. Licet verò diversae fuerint lineae, omnes tamen extinctae sunt, & familiam totam clausit 1643. *Ioannes Joachimus Baro*, Ethere de Gera maritus.

Stirpis de-
cus.
Nomen.
Finis.

§. ii. Scuto usi sunt quadripartito: ut videre est in *Sömach. Wapenb. P. I. p. 20.* Scutum, Arcola prima & quarta *diagonaliter mediante fluvio argenteo* secta erat, superiori parte *rubea*, inferiori *carulea*, quae tessera gentilis fuit.

Assan.

§. iii. Laterculus secundus & tertius *aurei gryphes singulos nigros* continebant. Hoc symbolum notat familiam *Albrechtshelm*, qua extincta ius huius alveoli Assanii obtinere, quod Lazarus Assanii, qui principio superioris seculi vixit, uxor *Eustachii Albrechtshelmi* nra fuit: hi ultimi Joannis Joachimi fuerunt proavus & proavia.

Albrechtshelm.

§. iv. Galea patris imponuntur dux coronatae, quarum prior sustinet jugum alarum complicatum, cum typo arcolae primae; lacinis dependentibus coccineis & argenteis: Ex altera exortur gryphus scutarius, phaleris aureis & atris.

Galea.

CAPUT IV.

Marchiones Badenses.

ARGUMENTUM.

1. Familia lineæ.
2. Scutum lineæ Durlacensis. Leo rubens. An Luceburgiorum vel Hochbergiorum Landgravatus Brisgoje. Halspurgii. Zeringu.
3. Leoreceptus a Christophoro Marchione Hochberg Dominura. Inde Marchionatus. Ad Badenses.
4. Ala an Sausenberg vel Hochberg? Ufenberg duplex dominium. Ad Bader, es. Sausenberg. Unde Marchionatus.
5. Spanheim Com. familia. Quomodo ad Badenses?
6. Fascia unde? Badensis Marchionatus. An semitam notet? anthermarie Quomodo ad familiam?
7. Eberstein. Duplex symbolum. Unde rosa? Comitum familia. Quomodo ad Badenses?
8. Badenweiler. Strassberg. Neuschafel.
9. Roteln. Ad Badenses. Longavilleorum successio & præsensio. Marchiones Rotelini.
10. Labr. A Geroldseccis ad Sarverdanot. Badenses. Nassovii.
11. Malberg.
12. Apex & galea. Badensis. Zeringia. Brisgoica. Ufenbergia. Spanheimia. I bersteinia. Badenwillana. Kætelana. Malbergenfis. Labrana.
13. Linea Badensis seu Edoardina. Scuti areola. Spanheimus Comitatus ultior.
14. Scutum assumptum à March. Ferdinando Maximiliano.
15. Christophori assessorio. Ejus filiorum Bernardi, Philippi, Ernesti.
16. Rodemachern.
17. Scutum cruce notatum an Burgundica tessera?
18. Areola aliquando contraria.
19. Telamones. Torques A.V.
20. Titulus.
21. Poetica descriptio.

§. I.

Familia
lineæ.

Exhibet *Sbmacherus* in Armotiali suo, P. I. pag. 8. insignia Serenissimæ Domus Badensis, sed non integra, quaha nunc gestantur. Porro sciendum est, à Christophoro Marchione, qui Princeps laque dignissimus & de Impetio nostro bene meritus, omnes ditiones aliquot linearum conjunxit, & unus rexit, duos ortos esse ramos, in quibus adhuc arbor illustris viger. Major natu Bernhardus superiorum Marchionatum nactus est, & ex minori filio Christophoro, Eduardum Fortunatum genuit, Wilhelmi & Herinanni Fortunati patrem. Ex quibus ille superstites filios reliquit Hermannum, nunc bello inclutum Ducem, & Carolum Bernardum. 16-8. extinctum, nec non ex primogenito Ferdinando Maximiliano Ludovicum Wilhelmum, ex Leopoldo Wilhelmo . . . nepotes, Marchiones Serenissimos. In hinc altera linea, quam *Badensem* dicunt, consistit. Ernestus Christophori alter filius Pfortzheimium habitavit, inferiorem principatum cum Hochbergia & Kætelana ditionibus nactus. Ab eo linea, quam *Durlacensem*, à sede principum, vocitant, propagata est. Quæ tota consistit in incluto pari tractum Serenissimorum, quos Fridericus armis de imperio meritis reliquit. Ex quibus Fridericus Magnus ditiones paternas gubernat: Frater Carolus Gustavus pro imperio etiam arma gessit. Pro linearum diversitate, insignium dispositio non nihil variat.

Scutum lineæ Durlacensis. Leo rubens. An Luceburgiorum vel Hochbergiorum Landgravatus Brisgoje.

§. II. Ornamur à scuto *Durlacensis* lineæ. Illud transversum fecatur, ita quæ sequitur areolatum dispositione. Caput elypei iterum duæ lineæ in tres laterculos partiuntur. Primus *argenteus leonem rubicum auro coronatum* exhibet. Hunc Sammarthanus ex familia *Luceburgia* allegat, eiusque putat esse tesseram: sed nulla Badensium in Luceburgiam successione inquam fuit præsentio. *Hochbergium* Marchionatum notari non distinet me credidisse atque aliis tradidisse. Sed Serenissimæ familiæ indicio didici: vetus hoc esse & primævum familiæ & *Landgravatus Brisgoje* dicitur. Vetustis enim Landgravius datur tessera *ein roether gefroner/ mit einem doppelten zweenen rspanen anqen außstamfender schweiffiger Löwe/ und auß dem schlem halber übersich. steigender ebenfältiger Löwe.* Leo coronatus, caudabifida, & in pavoninis oculatas pennas terminata: Apex *rebus* leonis rubei coronati, cujus collum & dorsum ornamento dentato asperatur, curas singuli dentes pavoninis pennis ornantur: cui apici postea successere duo ex enotum colla & capita. Ita legitur hoc leone esse circa milleimura annum *Lau solinum* & *Berilonem* seu

Bireh-

Birchilonem Guntrami divitis filios, quod sigillis fundacionis, cum Sulzbergium cœnobium fundarent, doceri intellexi. Illo iterum natu *Rapato* atque *Landolobus* circa Habsburg. medium seculi XI. quorum iste *Habsburgicus* ditiores, *Landoloborum* *Brifgoja* titulo 211. omisso, remanuit, hinc *Brifgoja* & *Landgraviatus*, titulo modo comitis, modo etiam Landgravii cessit. Remanuit verò *Rapato* & ad posteros *Habsburgicus* transiit leonem illum coronatum rubeum in aurea parma, qui nunc quoque *Habsburgica* habetur testera, quod vidimus L. 1. c. 9. §. 61. p. 65. Frater *Landolobus* conditor *Zeringæ* arcis, itidem leone usus est, sed auto areæ discerniculi causa in alterum metallum commutato. Iterum in partitione hereditaria inter Ducis Bertholdi *Zeringam* filios *Bertholdum* Ducem atque *Hermannum*, Landgraviatus ad juniorem fratrem delatus & ad posteros transfusus est, licet sub initium fundatæ *Zeringæ* se tantum comites dicerent, omiſſa adjectione Landgraviorum. Ab his iterum leonis colores videntur mutati, à *Zeringiis* sumto leone, qui pardim morem vultum obvertat, aureo in rubeo solo (sifides libro nostro armoriali P. 2. pag. 14.) ab *Hermanno* servato rubeo in argenteo. Cum iterum sub finem seculi duodecimi *Badensis* *Domus* in *Badensium* & *Hochbergicam* lineas divideretur, *Hermanno* *Badensis*, *Henrico* *Brifgoja* ditio obtigit: Postea quoque *Hochbergica* stirpe divisa in ramos *Hochbergæ*, *Hochbergicum* & *Hochbergæ*, *Rætelanum*, juniore fratri itidem *Henrico* cessit *Landgraviatus* hic: unde & ipse & posteritas *Rætelensis* se semper Landgravios, posthincimò reductus ab anno 1329. titulis, dixerunt, & jura Landgraviatus per omnes species exercuerunt. Imo Landgraviarum hunc *Brifgojensem*, qui ab antiquo patrimonialis, sed à *Friderico* II. feudalis fuerat, in feudum non interrupta serie usque ad *Sigismundi* Imperatoris tempus ab imperio tenuerunt. Ut etiam hujus *Cæsaris* adhuc extent literæ investituræ *Marchionibus* super Landgraviatu datæ. Mutato verò ex imperii statu mutata quoque est conditio *Marchionum* in *Brifgoja*.

§. III. Quæ conditio Landgraviatus *Brifgoji* fuerit, modo vidimus. Leo verò, quem testera ejus antequam diximus, postquam *Badenice* symbolum ascitum erat, Leo receptus à Christophoro Marchione. more ejus seculi, quo non nisi unum *dyguz* præterre solebant, omiſſus est: ut nec *Badenses* nec *Hochbergici*, penes quos ille Landgraviatus erat, eo uterentur. Demum 1505. *Christophorus* *Marchio* cum suo clypeo denuo inseruit. Quod verò *Hochbergium* *Marchionatum* attinet, à castro *Hochberg* nuncupatum, vel ex antiquo patrimonio familiar, vel circa 1215. per matrimonium genti allatum: *Domini* titulus ei olim attributus est, & *Marchiones* se dixere *Dominos* *Hochbergæ*, quod etiam investiturarum literæ testantur. Et seculo decimo tertio territorium intra tres pagos constitit, sed postea multis aliis *Dominis* aucta *Hochbergæ* in ampliore ditionem exerevit: Demum *Ernesto* *Marchioni* roganti *Carolus* V. Imperator concessit, ut *Hochbergam* literis investituræ *Marchionatus* appellaretur, & tanquam principatus cum regalibus *Domui* *Badensi* conferretur, quo nomine in *Principum* senatu sententiam dicendi jus esset. Quæ vero *Hochbergæ* antiqua fuerit testera, hæcenus repetitum non est. Porro *Hochbergicæ* *Dominium* in altero *Badensi* ramo cum aliis *Brifgojicis* ditionibus hæsit, donec 1415. *Otto* *Marchio*, qui triennio post lineam *Hochbergensem* morte sua clausit, cum ad emendum prius id *Friburgicæ* civitati, dein *Rætelanis* obtulisset, *Bernardo* illud nec non *Dominium* *Hohingen* venderet. Hochberg dominium inde Marchionatus.

§. IV. Altera areola *cyanea* (exprimunt *meer-blau*) caruleo ad pratinum colorem desiccante) aliam continet argenteam, quam duplicem dicunt, ut altera alteri incumbere appareat, semicirculo foliato aureo impressam. Hoc symbolo *Sausenbergium* Landgraviatum notari, multis creditum: ut tradit *Wavensb.* P. 2. pag. 17. Alii *Hochbergam* interpretari sunt. Quo sensu à *Marchione* *Ernesto* in clypeum ascitam legi. Ipsa familia aliam hanc explicat symbolum duplicis *Dynastie* *Sausenbergicæ*, quam equidem Austrii sibi etiam asserunt, sed in literis investituræ *Caroli* V. *Badensibus* confertur, quod hucusque etiam successores fecere. Porro *superiorem* *Sausenbergiam* *Dynastiam* cum *Kenzingæ* obtinuit ab uxore *Anna* ultimæ *Damini* *Friderici* sorore maritus *Henricus* I. *Marchio*. Et quidem *Kenzingam* jam 1326. *Albertus* *Austriæ* *Dux* *Burchardo* *Domino* *Hochbergæ* in feudum femininum concesserat, sed in *Annam* conjugem *March.* *Henrici* à morte *Friderici* fratris jure investituræ devolutam anno 1358. *March.* *Henrico* jam aliquot annis nuptum à 1332. possessam, vigore sententiæ, Ad Baden. tes. Ad Baden. tes.

quæ à vassallis seu paribus cuius in ejus favorem lata, iterum ademitt. Reliquam vero *superiorum* ditionem *Uffenbergiam*, ad quam pertinuerunt opidum *Fuldagen* & alia circa Brisgoyæ montem, dictam *Cartas sedes*, *der Sänfersuhl* / quæ linea *Eberhardi Uffenbergii* anno 1300. in ditione cum *Burcardo* obtinuerat, quæ ex allodialibus maxima sui parte comitaterat, à filiabus *Hessonis ab Uffenberg* postremo hujus gentis, emitt *H. Jo. Marchio*, & ejus vero filius *Otto* 1415. *Bernardus* Marchioni agnato cum *Hochberga* vendidit. Unde aliam hanc sola linea *Hochbergio-Hochberga*, quod *Henricus* supra dictus, cum à *Kenzinga* sede cognomen, uxorio nomine *Uffenbergam* sibi vendidisset, gestavit: non etiam *Rechtelana* linea, penes quam *Sausenbergæ* sunt, sedes *Marchionum*, donec *Henricus* *Rechtelmannus* actus eo transferret habitaculum. Ceterum *Sausenbergæ* cum *Rechtelans* reliquis ditionibus ad *Christophorum* ex hereditate *Philippi* delapsa est. Fuit ea dynastia à *S. Blasi* Abbata per mutationem acquisitum *Domum*. *Ludovicus* verò titulus accessit à *Marchionibus*, qui *Landgravi* *Brisgoyæ* erant, & *Sausenbergæ* habitabant: qua eadem occasione *Bade* & *Hochbergæ* titulus *Marchionatus* accessit.

Sausenberg.
Unde Marchionatus.

Spanheim Com. Familia.

§. v. Quæ ad sinistram est areola, ex argenteo & nino tessellat: *Spanheimensium* comitatum notat: (*Wappenb.* L. 2. p. 12.) Fuit verò familia comitum *Spanheimensium* ex illusterrimis: & ex ea deducitur *Hartvicus* Archiepiscopus *Salzburgensis* 1023. mortuus. Ex hujus fratre deducuntur aliquot *Carmithæ* Duces, nec non Comites *Lavantini*, *Hymburgenses*, *Sternburgenses*, *Artenburgenses*, *Gussingenses*, *Reichmenses*, *Libenarvenses*, *Martendorfenses*, &c. in Austria & Styria finibus. Alia linea in patriis finibus mansit, & in ea *Eberhardus* Comes *Spanheimensis*, Ecclesiam *Spanheimensem* 1044. fundavit, quam triennio post *Bardo* Archiepiscopus *Moguntinus* consecravit. Ejus filius *Stephanus* Ecclesiam à patre conditam, cepit in Monasterium *Benedictinorum* vertere, quod perfecit filius *Megenhardus*, & inaugurari fecit à *Bugone* Episcopo *Wormatiensi*, 1123. *Domnica* *Quasimodogeniti*. Duravit autem familia usque ad annum 1437. quo ultimus *Johannes senior* in castro *Starckenberg* vivis excessit. Inde *Palatini* & *Badenses* adire comitatus ejus possessionem.

Quomodo ad Badenenses.

De titulo non unum legi. Communiter tere jus derivari video à *Me-hilde Johannis cæci* Comitis *Spanheimensis* filia, *Rudolphi M. Marchionis Badenensis* conjuge, vel juxta alios *Bernardi* *Marchionis* conjuge, *Joannis cæci* sôtore. Verùm in *Genealogia* Com. *Spanheimensium* *M. Seta* legi, ultimo Comiti *Johanni* cum *Simone* fratre diffusionem fuisse, ut etiam expulsus ditione ad *Marchionem Badenensem* se reciperet; Tum ab eo honorifice habitum, in grati animi testimonium *Comitatus* non modicam partem promississe, & cum post fratris mortem à *Marchione* restitueretur, promissio se exolvit. Demum coextincto *Jacobum Marchionem*, cum *Stephano Com. Palatino* successisse. Fortè utrumque jus concurrere potuit. Certe *Bernardus Jacobi* pater testellis jam utus est. Adeoque *Serenissima* *Domus* jus hereditarium allegat, & quod *Comitatus* allodialis fuerit, in quo filibus etiam jus successiois sit. Porro hæc istius *Adelberti* quem allegat arma fuisse necesse est, quæ *Aldrovandus* apud *Happing.* de jur. insign. c. 6. P. 5. n. 531. *Badensibus* tribuit.

Fascia undec.

§. vi. Fascia seu media seu pars, præter parmulam tori incumbentem, duas laterales areolas complectitur. Media omnium præcipua est, & auro fulgens *coccineum baltheum* diagonalem deserit. Hanc fasciam ab *Australians* regibus, qua inde ipse videtur, deducit *Lazus* usum vero *balthei* sitis antiquum esse argumento est, quia *Hochbergensis* linea, quæ tamen à principio seculi decimi tertii à *Badensi* exiit, *baltheo* hoc æque usa est, quod ex scuto *Otonis*, qui 1386. ad *Sempach* cecidit, videre licet; In eo enim *baltheus* *Badensis* conspicitur. Itaque factores utriusque lineæ communes eo signum jam ut fuerint, videlicet *Hermannus I.* filius *Hermannus II.* & nepos *III.* & hujus filia à quibus linea, *Hermannus IV.* & *Henricus*. Notatur vero *Marchionatus* ipse *Badensis*. *Æt. d. Gelanus* de *Colon.* *Agripp.* magnitudine. L. 2. L. 9. p. 151. putat designatum semitam (licet *Bade* semitam significet) sed sanguineam trabem, quales facit *Martini* arietes apud *pricos*: nam arietis cornua conspici inposita galeæ. Ipsi *Serenissimi* *Marchiones* præterunt significationem *baltheum* in *baltheo* hoc eum enim, quæ in *Badensi* civitate sunt *therma*, jam *Romanis* in pretio, atque *aureæ*, ac ab *Antonino Cesive* denominatæ fuerint, & nunc quoque jus *balnearum* à nullo quam

Badensis Marchionatus. Antemittam notet.

An thesauri?

regente Marchione feudo teneri possit, non inconueniens visum, earum hieroglyphicum illo baltheo designare: quem tamen ob id undosum (*wellen weiser hoben*) pingi deceret, quod in lapideis & ligneis monumentis obteriari audio: Nunc vero uti alud obtinet. *Et iam* autem familiarit obtigile lego, cum *Hermanno* Marchioni, de *Limpurg* dicto, *Hermannii* Marchionis Zeringensis dem monachi filio, nuberet *Inditha* seu *Inditha*, quam nonnulli derivare amant ex *Hohenbergica* familia, quæ late circa *Nictum* & *Rhenum* imperitabat, & jam diu detecit. Alii familiam peculiarem fuisse credunt *Comitum Badensium*, ex qua Comes *Badensis* sub *Ottone* Magno *Ludis* equestribus interfuerit: cui *balthicus* hic *balnearum* index, assignatur. Quod verò paterno *leone* abdicato *Hermannus* maternum *Badense* symbolum assumerit, ab illius seculi moribus non alienum est. Porro qui *Comitatus* fuerat *Badensis*, a *Marchionibus* *Dominis* *Principatus* dignitate assecutus est, quod aliis etiam exemplis non semel tactum doceri potest.

§. VII. Dextrum latus *parmule* *principis* *quadra aurea*, in qua *humo viridi* *aper niger* insitit, *sinistram* *argentea* *rosam rubeam* *cyano gemmatam* deserens supat. Utrumque *Wapen* *Ebersteinorum* comitum est: illud *vetus* & cum nomine conueniens (vid. *Wapenb.* P. 2. p. 14.) hoc *novum* (*Wapenb.* P. 1. p. 14. & P. 2. p. 14.) *Causam*, à qua accessit hanc *rosam* ita describit *M. Cruf. annal. Sveci.* L. 4. p. 2. c. 3. p. 109. *Casir Otto Magnus* *fratrum* *suum*, *Eberhardum* *Com.* *Ebersteinensem*, *Romam* *misit* *ad Pontificem*: *Qui*, *cum* *Dominica* *Latare* (*quæ* *tolaram* *Dominica* *nominatur*) *ibi* *esset*, *ac* *Pontifex* *rosam* *in processione* *ferret*: *Eam* *postea* *albo* *in* *panno* *huic* *Ebersteinum* *donauit*: *nempe* *rosam* *rubram*, *cum* *carulo* *sapphyro* *in* *ejus* *medio*. *Hinc* *secum* *ad* *focerum* *detulit* *Brunswigan*: *Qui* *eam* *imposterum* *honorificum* *insigne* *Ebersteinæ* *Domus* *esse* *iussit*: *rubram* *scilicet* *rosam* *in* *plantis* *alba*, *cum* *sapphyro* *in* *medo*. *Antea* *nanque*, *pro* *insignibus* *gestauerant*, *nigrum* *aprium*, *in* *campo* *aurato*, *super* *petra* *tridi*. *Historiam* *credat*, *an* *pro* *fabula* *habere* *malit*, *cuius* *libetum* *relinquo*. *Causam* *autem* *duplicis* *tesseræ* *à* *duobus* *lineis* *Ebersteinis* *arcescendam* *exitimo*, *cum* *altera* *extincta* *quæ* *superstes* *fuit* *ejus* *tesseram* *assumerit*, & *proprio* *adjecerit* *symbolo*. *Cæterum* *fuerit* *Comitum* *Ebersteinum* *Comites* *ex* *celeberrimis* *in* *his* *partibus*. *Philippum* *Comitem* *933* *agnoscunt* *documenta* *familiaria*, & *ab* *eo* *tempore* *ipsi* *duravit* *ad* *nostra* *u* *que* *tempora*. *Ultimus* *clausit* *gentem* *1660*. *Casimirus* *Comes*. *Cæterum* *lego* *inter* *Marchiones* *Badenses* *Fridericum* *II.* & *Hermannum* *IX.* *Dominos* *veteris* *Ebersteinis* *nominari*, *in* *quod* *credi* *possit* *à* *Cunigunda* *Ebersteinæ*, *Rudolphi* *senioris* *Marchionis* *uxore*, *ius* *acquiritum*. *Aliunde* *accepit*, *alteram* *medietatem* *comitatus* *titulo* *emissioni* *ad* *Marchiones* *venisse*: *quo* *eodem* *titulo* *altera* *quoque* *medietas* *nuptiis* *illis* *acquirit* *sit*: *ut* *tamen* *quarta* *ejus* *pars* *sub* *certain* *partibus* *Comiti* *Grossfeldo* *iterum* *in* *feudum* *redderetur*. *Spirientis* *vero* *Episcopus* *ut* *reudi* *Dominus* *Gernsbacum* *peculiare* *Dominium* *&* *alia* *ad* *se* *retraxit*. *Porro* *sicut* *altera* *comitatus* *medietas* *toti* *Domui* *Badensi* *quoad* *ius* *simultaneæ* *investituræ* *ab* *initio* *communis* *fuit*: *ita* *etiam* *ratione* *alterius* *medietatis* *idem* *nuper* *admodum* *conuentum* *est*. *Nescio* *vero* *quid* *illi* *in* *mente* *fuerit*, *qui* *hoc* *laterculo* *Ebersteinio* *notari* *Razic* *et* *comminiscitur*.

§. VIII. Superest adhuc, quem lustremus, pes seu infima regio feuti: quam tres lineæ in quatuor areas dispelcunt. Prima *nino* *multa* *palum* *aurum* *tribus* *vel* *quatuor* *cantheris* *nigris* *exaratum* *desert*. *Hoc* *signo* *Dominium* *Badenwester* (*Wapenb.* 2. pag. 24.) *notatur*: *quod*, *cum* *coram* *officiali* *Basilienfi* *1444*. *Hugoni* & *Rudolpho* *Hochbergiis*, *qui* *hujus* *locet* *fuisse* *perhibetur*, *quod* *Genealogia* *nesciunt*, *sed* *potius* *fortiorum* *malent*. *Johannes* *Comes* *Friburgus* *in* *libris* *decederet* *vivus* *donauit*, *deinceps* *Philippi* *mortis* *1503*, *ad* *Badentes* *deuolutum*, *nunc* *quoque* *in* *Durlacensi* *linea* *hæret*. *Porro* *eadem* *tesseræ* *cum* *fuerit* *Stralpergiorum* *Comitum* *vid.* *Wapenb.* 2. pag. 16. *Badenwillanæ* *dynastiæ* *accreuisse* *dicitur*: *cum* *quidam* *Stralpergius* *cum* *uxore* *Friburgis* *hanc* *dotalem* *accepisset*, *ob* *quod* *Dominio* *uxorio* *suum* *indiderit* *symbolum*. *Non* *tamen* *conjectura* *iterum* *vana* *est*, *qui* *Nenschaffel* *vel* *Hochberg* *hoc* *signo* *significari* *sibi* *imaginatus* *est*, *quamvis* *etiam* *illius* *comitatus* *simile* *fuerit* *symbolum*, *sed* *coloribus* *alnis*.

§. IX. Altera area inferiori sui parte *quinis* *fluvii* *vel* *fasciis* *undosis* *argenteis* & *Janæ* (*qui* *leonem* *ex* *nubibus* *oriri*, *atque* *ita* *sublimitatem* *arcis* *Rætelanæ* *notari* *credunt*)

credunt) exaratur, ex quibus in superiori parte *aurca leo coccineus* exoritur. Designatur ita Dominum *Ratelanum*, quod a *Leopoldo* seu *Eustholdo* ultimo dynasta preposito Batilencis 1315. donatione mortis causa *Henricus V. Hochbergensis* obtinuit, unde sedem, quam antea *Sautenberg* habuerat, in *Stam* transtulit arcem. Ex quo ipse et posterii *Marchiones Ratelenses* dicti, & dno *Marchionatus Ratelanus*. Philippo ultimo ex hujus descenditibus mortuo, cum *Therese* filia *Philippi Johanna Ludovico Aureliano Ducis Longaville* nupterat) prater alia que *Domina*, que obtinuerunt, *Nicozifri comitatum, S. Georgii synagoga* & alia, que *Rudolphus Marchio, Joanne Comiti Friburgensi* circa 1458. mortuo testamento institutus heres suis dirionibus adjecerat, hoc etiam tibi vindicare conarentur, & eam successiorem in Camera *Spirensi* cum *Badensibus* disceptarent, demum 1581. ab his 25000. aurei numerati sunt, atque ita sine dempta, ut *Longwiler* vicilliam omni jure pretenso cederent. Verum uti *Franciscus Ludovici* & *Joanne* filius *Marchionis Ratelani* nomen sibi vindicaverat, ita postea titulum illum, pretenzione tamen omni amissa, filius ejus naturalis ad posterum transtulit. Jus vero, quo *Christophetus* in *Philippo* bona successit, fuit ex pacto *hereditaria successiōis* inter utrumque inito, quod *Maximilianus Augustus* 1499. confirmavit, effectum autem ejus 1523. mortis *Philippi* post se traxit. Is quem aliquoties notavi, hic iterum habetur, cum undas illas & *leonem Zelandicam* tribuit, in quam *Setenillime Domui* nunquam pretenso fuit.

§. x. Tertium laterculum *aurcum, sifia rubea* exornat. Quo insigni *Dominium Labr* designari audio. Utebantur eadem *tabula Dominus Geroldseck & Labr*. De quibus sed contuse admodum agit *Bernh. Herzog. Chron. Alf. L. 5. p. 112. & seq.* In primis memoratu digna est partitio hereditaria, quam institutam dicit 1277. inter *Waltheri Geroldsecki* filios *Henricum, Waltherum & Henricum* alterum, quorum ille *Geroldseckam dynastiam*, hi prater *Trans-rhenanas ditiones Lohram & Malberg* nati sunt. Horum posteritatem durasse ait ad 1393. quo *Henricus Ursula Ebersteinia* maritus eam clausit. Inde ad *Sarverdanum* familiam successio delata, forte ex matrimonio *Altheidis Geroldsecke* & *Sarverdan.* Sed seculo decimoquinto cum *Malbergio* pars *Labran* *Dominii* à *Sarverdanis* comitibus *Marchionibus Badensibus* vendita. (quod me alterum testamentum *Marchionum Jacobi* 1430. & *Christophori* 1515.) *Nalfovios* Cui in reliquam *Nalfoviorum* partem ex *Anna Maria Geroldsecka*, *Friderici March. conjugis*, novum jus nostra ætate accessit.

Malberg. §. xi. In extremo laterculo *aurco leo nigro coronatus* *Dominium Malberg* notat. Cujus olim peculiare fuisse *Dynastia*. Ex quibus prodit cernitisa, ut eam vocat *Bernhard. Herzog. loc. cit. de Stolberg*, que marito *Waltheri Dni. Geroldsecke*, quod ille addit, *Dynastiam Labranam & Malbergensem* ex parte accevit. Hic *Waltherus* fundator eorum *Labrani* 1277. decessit: in cuius filijs, minoribus nati *Walthero & Henrico Labran* & *Malbergam* divisione fraterna obtigisse modo diximus. Potro eodem jure deinceps ad *Sarverdanos*, & ab his ad *Badenses* idem *Dominium* delapsum est.

Apex & galeæ. Badensis. §. xii. Scuto ita descripto, imponuntur *galeæ* nonnunquam decem, ita ut ex, quas scuti superior superficies non capit, lateri adponantur. Media coronata, que proprie *Badensis* est, sustinet duo cornua hircina vel arietina: *Christ. Insign. E. J. A. J. n. 102.* vocat introsum denticulata. Alis ita pinguntur, ut scabari cornibus non absumilia sint) dextrum rubeum, sinistrum aureum. *Hochbergensis* vero linea pro discerniculo aurum alterius cornu in argentum mutavit. Ceterum olim cornibus fuisse addita duo rubea vexilla cum cruce alba: quod monstrant antiquæ picturæ in arce *Badensis* & liber torneamentorum inter arcana *Domus Badensis* repositus: quem apicem *Zeringium* fuisse allegantur, & alia & que *Friburgi* extant monumenta. Proxima huic coronata, pro *Brisgojo Landgraviu* seu veterem stirpis apicem leonem orientem rubeum auro coronatum exhibet. Ex altero latere qua *Assilii*. *Sansbergia* seu potius *Isenberg* & index, etiam coronata est, & ostentat hermam virilem, caruleo amictu ornatum, qui thorace alam argenteam scutariam defert, & capiti impositum pileum turbinatum caruleum, argentea ora reducta, gestat. Inde alii *Spanheimen* coronatæ imposita videtur cauda pavonina (*Chifflet. l. c. cit. c. mpendii causa* in *Christophori Marchioni*. *Badensis* insignibus notat *Badensem* & *Spanheimium* apices conjunctos nempe

nempe inter cornua apparuisse pavoninam caudam.) Tum *Ebersteinia* dux sequitur (Wapenb. 2. pag. 14.) quatum altera duo cornua argentea fulminet, ex quibus utrinque virides foliis dependentibus ramuli prodeunt. Inter cornua autem rosa scutaria comperet. Ex altera exurgit herma virilis atqueo amictu, aprum scutarium (in armoriali libro nostro tota apru loco est) pectori impressum præ se ferens. Capitum autem imposita conspicitur tiara Episcopalis (qua notari voluit *Advocatum* Abbatem *Herrensalb*) argentea, impressa rosa tubea, fatens volitantibus eiusdem coloris; tum penna pavonina exornant duplicem mitræ apicem. *Badenwillana* galea herma juvenili (fœmininum in Wapenb. 2. p. 24. crines volitantes arguunt) eo ornatur, hujus verò vesti tubæ in pectoris regione palus scutarius cantheris distinctus inscribitur. Octavam eandem notam *Ratelu* tegit Episcopalis mitra auro & cocco ornata & pavoninis orbiculis fastigiata. Ex quo simbolo superioritas super sex prælaturas *Ratelanaz* comprobata est. *Malbergensis*, quæ nona est, galea tabulam angularem in orbem figuratam exhibet, cujus extrema sex singulis pavoninatum pennatum orbiculis ornantur, tabule verò impunitur orbis aureus cum leone scutario. Quæ ultima est *Lahrana* premitur herma juvenili, cujus vestem auream in pectoris regione tubea distinguit fascia; brachiorum autem loco cornua ejusdem metalli enata, similes fascias ostentant. Qui apex lineæ *Lahrana* inter *Geroldseccios* fuit apud *Herzog*. loc. cit.

Ebersteinia.

Badenwillana.

Ratelanaz.

Malbergensis.

Lahrana.

Linea Badensis seu Edoardina.

Scentiarco-liz.

Spanheimius comitatus ulterior.

Scutum affinitatum à March. Ferdinando Maximali.

§. XIII. Hæc dispositio est insignium Badensium, uti linea *Durlacensis* illis utitur: quod attinet *Badensem* vel *Edoardinam* lineam, ea laterculos aliter disponit, & unum prioribus addit. Dispositio illa est, ut superioris regionis prima areola *Spanheimias* tessellas, altera transversim secta superioris rosam inferius aprum, *Ebersteinia* *divyuz*, tertia leonem *Brisgoicum* complectatur. In medio scuti *Badensis* baltheus occupat principem parmulam, hinc palo *Badenwillano*, inde ala *Isenbergi*, stipitam. Pes scuti in quatuor laterculis, primo *Ratelanum* hieroglyphicum, secundo *Lahrannum*, tertio *Malbergense* continet. Extremum occupant *tessella* ex auro & cyano, quæ item *Spanheimense* symbolum sunt. (ut ex Wapenb. 2. pag. 12. videre est.) Unde colligere est, *Spanheimenses* diversas lineas, diversa etiam usas esse tessellarum tinctura. Cum verò comitatus in *exteriorem* & *ulteriorem* (*vordere und hindere* *Gräfschaft Spanheim*) dispescatur, illam auro & cyano, hanc argento & minio notare solent. Crediderim hanc lineam duplex symbolum gestare, quia in ejus potestate comitatus est, quantum ejus ad domum spectat.

§. XIV. Præter hæc vidi scutum, quod filio suo Serenissimo Principi *Ludovico Wilhelmo*, patris *Ferdinandus Maximilianus*, dum viveret historiari, Genealogiarum & scutarie artis studiosissimus, concinnavit, præter eas quæ domum consueverunt alia areolas complectens, quæ affinitates varias atque prætensiones significant. Dispositio illa erat, ut tres lineæ transerse clypeum in quatuor regiones distinguerent. Immo iterum quadripartita *Ratelum*, *Lahrannum*, *Malbergium* & *Isenbergium* symbola referebat, quæ huic incumbere, præter mediam parmulam *Badensem* à dextero toscam & aptum *Ebersteinorum*, in areola transverse secta, & altero ex latere leonem *Brisgoicum* complectebatur. Dux superiores regiones, utraque duabus lineis distincta, sex laterculos conficiebant. Ex quibus primus iterum quadripartitus *Legionense* & *Castellanum divyuz*, secundus *Siculum*, tertius *Neapolitanum*, quartus *Therapsymitanus* cruces, quintus *coronas Svecicas*, extremus *tessellas Spanheimenses* referebat. De *Spanheimensi* areola nihil attinet iterum dicere. Quod reliquos concernit: prætensionem in *Stilia* & *Neapolitanum* regnum laudatus Marchio arelessebat à *Fridrico March. Badensi* & *Duce Austria*, qui consobrinus *Conradino Ducis Sveciæ* & *Regis Neapolitani*, cum eo à *Carolo Andino* 1268. decollatus est. Hierosolymitanæ cruces eidem tribui poterant origini: sed maluit eas repetere à *Maria Sabaudica*, *Philippi March. Hochbergensis* uxore, cujus patri ab hærede *Gyri* regnum sit donatum. *Svecicas coronas* inseruit ob *Cæciam Svecicam* *Gustavi I. filiam Christophori Marchionis Badensis* conjugem. Unde verò *Legionense* & *Castellanum* symbola ascita, neque accipi, neque ipse reperire potui. Nisi forte, quod tamen vix crediderim, respicitur *Ludovici Wilhelmi* proavia matetna *Catharina Michaelis Hispanica*, Duci *Sabaudia* nupta. Utrum verò hoc scuto posthac alii usuri sint, mihi non constat.

Christo-
phori
dispositio.

Ejus filo-
rum Bern-
ardi, Phi-
lippi, Er-
nesti.

Rodem-
acheri.

Scutum
cruce no-
tatum.

an Bur-
gundica
telera.

Arcolæ
aliquando
constatæ.

Telamo-
nes.

§. xv. Præter istas dispositiones scuti, quæ nunc quoque obtinent, observandum, in hoc etiam ut in aliis creville subinde numerum arearum. Ita *Christophori*, antea memorati *Christophori* scutum non nisi quadrifariam sectum, & *Spanheimi* & *Badensi* symbolis repletum deprehendit. Nempe anno 1491. prædictum erat, antequam agnati *Philippi Hochbergi* hereditas accessisset. Inter *Christophori* filios *Bernardum*, *Philippum*, *Ernestum*, cum ditiones divisæ essent per pacta in viam testamenti paterni, constitutum, ut præter areolam *Badensem* singulis communem, reliquis areolas quilibet ex illis tantum formaret ditionibus quas possideret. Unde *Bernardus* quadrifido scuto usus est, prima areola *Badensis* in alia cum, secunda & tertia tessellas *Spanheimis*, quarta *caruleam fasciam* deferente. *Philippus Badensem* tessellam in peculiari scuto imponebat parvæ quadrilateræ ex tessellis duplici *Tbersteinis*, *Libranis*, *Malbergis*. *Ernestus* idem toti imposuit *Badensem* parvulam, clypeo constante ex quadris *Briforica*, *Isenbergia*, *Ratcliana*, *Badensiliana*. Cum vero *Philippus* sine mare decessisset, ditiones ejus fratribus attribuitæ, eorum scuta auxere. In *Schmach*, *Wapenb.* P. 1. p. 8. representatur clypeus quadrilaterus ex *Hechbergis*, *Isenbergia*, *Budersiliana* & *Ratcliana* notis, *Badensi* scutulo medium occupante, quam dispositionem modo diximus *Ernesti* fuisse. Istæ etiam galeæ adjuvantur, sed quæ in aliis factum observamus, paulatim laterculorum numerus crevit. Primus vero *Ernestus Fridericus* schema quod hodie utuntur concinnavit.

§. xvi. Una areola, quam modo diximus in *March. Bernardi* extitisse scuto, quæ *caruleam fasciam* deferret, nondum explicata est. Cæterum ea denotatur Dominium *Rodemacheri*. Cum enim *Christophorus Marchio Maximiliano Imp.* in Belgio fidelem operam præstitisset, & piam Dux & deinceps Gubernator *Lucenburgus*, ob sumtos factos, suis enim impensis militaverat, quibusdam qui rebelles declarati fuerant adempta bona ei addicta sunt, utpote Comitatus *Roucy*, *Bad macheri*, *Rulant*, *Reigersberg*, *Isfeldingen*, *Herspringen*, cum jure hereditarie præfecturæ (*Erb Erbeynament*) Ducatus *Lucenburgi*, sed reservata relictione & constituta in singula quasi Dominia certa relictionis summa. Unde quædam etiam soluto are relictionis sunt, alia ut *Rodemacheri*, *Isfeldingen*, *Ulfeldingen* penes *Badenses* mansere. Unde hæc ditiones *Lucenburgicæ* & *Spanheimicæ* in testamento *Christophori* pro quarta parte *Marchiarum* terrarum computantur, & 15. præfecturis æquiparantur, atque pro patrimonio *Bernardo* primogenito assignatæ sunt. Hinc *Rodemacheriana* fascia est, quam pater *Ulfenbergi* lateri jam adjecterat. Sed & super ad hæc *Marchio Hermannus Fortunatus* ibi sedem habuit: ex eo tamen non observavi *ônyx* & hujus in posterum scuti vestigium.

§. xvii. Unum superest, quod & in libro *eterni torneamentorum*, qui penes domum *Badensem* est, & in aliis antiquis picturis *Hermannio IV.* & *V.* seu alia numerandi serie *III.* & *IV.* tribuitur scutum rubrum cum argentea cruce, quæ etiam in vexillis *pavoninæ* caudæ utrinque in apice adjectis fulget. De hac cruce *Viri* rerum harum peritissimi sententia est *Burgundicam esse cruce*, à *Zeringis* agnatis ob jus in *Burgundiam* ascitam & *Badensibus* deinceps jure agnationis vindicatum. Huic vero conjecturæ nonnumquam obstat videtur. Inprimis quod talis crux *Burgundiam* nunquam fuerit symbolum, quantum hæcenus ab aliis autoribus annotatum, & quod à *Zeringis* denum in *Burgundiam* impetrato jure, agnati nullum jus illa familia extincta prætere tendere potuerit. Ego quod dicam vix habeo, nisi forte suspicemur, cum *Hermannus III.* & *IV. cruceatis expeditionibus* in *Palæstinam*, ille *Comadi III.* hic *Friderici I.* interfuerint, ab hoc in eius rei memoriam, cruce enim signabantur eo profecturi, cruce in scuto insertam & gentili symbolo prælatam, à filio vero aliquandiu paternum gestamen servatum fuisse. Sed de eo doctores amplius cogitent.

§. xviii. Vidimus plures & areolas & castides usurpatas. Nec tamen ita domui placet multitudo arearum, ut non aliquando quasi in compendium redigantur ea. Ita *March. Friderico* observavi aliquando tria scuta, in medio *Badense*, hinc *Brifgoico*, illuc *Sautenbergensi* signatum, cum totidem galeis usurpatas: omnis reliquis quæ in scuto pleno reperitur.

§. xix. Quoad alia atque circumstantia scutum: percepi solitos veteres *Badenses* duos *telamones leones* clypeo adponere, duos vero *gryphes*, quibus incumbat,

bar, subijcere. Tum Serenissimus Marchio *Wilhelmus torquem aures velleris* suo Torques
 scuto circumdare solebat, quæ dignitas personalis erat. De *Symbolo gentis* nihil mihi A.V.
 innotuit.

§. xx. Insignia hucusque enarrata illustrat titulus utriusque lineæ communis, qui Titulus,
 ita habet: *Marchio in Baden & Hochberg, Landgrav. in Sausingberg,* (quo titulo jus
Landgravatus Brisgaviae servari voluit,) *Comes in Spanheim & Lberstein, Dominus in*
Rateln, Badenweiler, Lahr & Alalberg, &c.

§. xxi. Alicubi hæc in insignia Badensia legi disticha:

*Marchio habet rubens ferocia bruta leones,
 auro supremis splendida verticibus.
 Ala nitens, nigraeque trabes, tria summa, virgo,
 insula, non parvi sunt decus imperii.*

Poetica
 descriptio.

CAPUT V.

Episcop. Bambergens. & Herbipol.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Episcop. scutum. | 6. Episcop. Herbipol. & Duc. Franconie. Hinc
asserit cuspides. |
| 2. Episcopatus Bambergensis. Fundatio. Aliqui
Episcopi. | 7. Alibi de eisdem actum. |
| 3. Directio circuli Franconie. | 8. Dermbach. |
| 4. Sericatum coniugundis filium. Quid Electores
ab Episcopatu teneant? Sub officiales eorum. | 9. Gentes historia. Arbor Frogonologica. |
| 5. Ditiones in Carinthia. Controversia cum Au-
striaci. | 10. Galea. Diadema imperiale. |
| | 11. Gladius. pedum. |
| | 12. Titulus. |

§. I.

Reverendissimus & Cellissimus Princeps *Petrus Philippus, Episcopus Bambergensis* Episcopi
 & *Herbipolitanus*, quadripertito utitur clypeo, in cuius prima & quarta arcuola scutum,
aurea leo sili niger angusto baltheo diagonali dextero argenteo toti laterculo inducto:
 secundam transverlim leccant *tres cuspides argenteæ* in caput *rubrum* protentæ: in tertia
carulea cæxillum apparet, ex *minio & argento* quadripertitum, lancea *aurea obliquo situ*
locata affixum. Mediam parvulam *caruleam lapillis* seu *plantis hidibus argenteis* spar-
 sam *tria corda aurea* exornant, *cuspidibus in scuti umbilico cocuntibus*, in Pythagoricæ
 literæ formam disposita.

§. II. Primum *bergæ* est *Bambergensis* seu *Babenbergensis* Episcopatus Franco- Episcopa-
 nici ad *Maxnum & Pegniam, Brandenburgicis, Hennebergicis* seu *Saxonicis & Her- tus Bam-
 bipolentibus* ditionibus majori ex parte cincti. Olim *Comites Bambergenses* seu *B- bergensis.*
benbergenses fuerunt, ex quibus aliqui veterem *Austriacam* familiam deducunt: sed vel
 morte *ulami Reinholdi* vel *Reinhardi* 1007. ad Imperatorem comitatus relapsus est, Fundatio
 vel jam prius post *Alberti* Comitis supplicium fisco addictus erat. Eximium il-
 lud habet, quod nulli Archiepiscopo sed immediate *Romanæ* sedi sublit: unde
 Episcopus hic suæ *Ducefco* est Archiepiscopus. De tributo, quod ob hoc Pontifici
 solvendum fuerit, quod duxceus remissum sit, Pontifici ab *Henrico III.* civitate *Beneven-* Aliqui
to 1031. concessa, vide quæ *Lima.* habet *Jur. publ. T. V.* addit. ad 477. p. 150. Fundatus Episcopi.
 1007. ab Imperatore *Henrico II.* & uxore *Conigundi*, cui maritus comitatum donaverat,
 multisque amplissimis privilegiis dotatus est. Primus Episcopus *Lothardus* decec-
 sit 1042. Secundus vero *Stadgerus* seu *Steggerus* pridem *Henrici* Cancellarius ab Im-
 peratore *Henrico III.* 1047. *Romanæ* sedi Pontifex impositus est, quam novem men-
 sibus prelit assumpto nomine *Clementis II.* Octavus Episcopus *Otto* ex Comitibus *An-*
dechensis, quod *Pomeranorum* conversioni a paganismo ad religionem *Christianam*
 operam navasset sedulam, eorum *Apostolus* nuncupatus est.

§. III. De *Directione circuli Franconie* et controversia sunt cum *Marchioni-* Directio
 bus *Brandenburgicis*, anhi in convocacione statuum circuli semper concurrant; sed circuli
 1559. in comitus *Augustanis* ita res est composita, ut tutus temporibus perpetuo Franconie
 uterque

uterque, Episcopus sc. & Marchio Brandenburgensis, conjuncta opera & indivisim hoc convocandi munus exercerent. *Cont. Johan. Limn. Jur. Publ. T. II. add. ad 1, 7. p. 47. & ad 9, 1. p. 42. 4.*

§. IV. Aliam prerogativam Bambergensis Episcopi illam recenlet *Caspar. Bru-*
schius in Catal. Episc. Bamberg. Continuus amplius Duxus Henricus Imperator, nisi laicales
quatuor S. Rom. Imp. Electores seu d. Electoratus ab hujus Ecclesie Pontifice tanquam va-
salli à suo directo Domino petere & accipere nec se habeant. Quod insignis & amplis-
simum privilegium vulgo Iericatum Duxa Cumgundis illum apponant, quo laudatissima
Imperatrix Vera Ecclesie nuntia, Babenbergensem suam Ducem & Ecclesiam voluit esse
quasi fortissimo viro & inexspugnabili propugnaculo communitam. Cui suffragatur et-
iam Hieron. Megiserus L. 7. annal. Carinth. c. 4. Daher seynd noch heutiges ta-
ges alle Churfürsten des Reichs des Bischoffs zu Bamberg Leben heute der-
gestalt / das; er sie (als mit einem Leben) belehnet mit dem Churwürtslichen titul
und namen / und jeder / was em jeder / als em Churwürts / hat und besijet.
*Hunc veto errorem ex non bene cognita veritate ortum retellit *Joh. Limn. Jur. Publ.**

3, 7. 76. 77. 78. Nimirum quod Henricus II. singulari amore in hunc Episcopatum
 inclinaus, cum plura alia ei tribuisset, grandius quod ei tribueret non invenit,
 quam ut quatuor illos Principes Imperii officiales, eisdem officis & ministeris Episcopo-
 tati illi suo adscriberet: quod etiam *T. F. ad l. ad 3, 7. p. 357.* pluribus ostendit:
 cum Electoralem dignitatem ab ipso Imperio teneri minus quam apertum sit. Sub-
 officiales vero & Electorum Vicarii in Episcopatu sunt, Regis Bonemur Archiepiscopa-
 ne Equites *Auffsißi*, Archiduceni Palatini *Duchsßi* de *Dommersfelden*, Archiduca-
 rescalli Saxonis *Marscalli de Ebuet*, Archicamerarii Brandenburgici *Roteshamm*. Qua
 ratione etiam *Celeb. Buechlini Germ. T. 1. p. 24.* illos officiales majores Electores, &
 minores ex equestribus familiis recenlet. *Cont. Theod. Hapting. ac insign. c. 6. P. 7. n.*
1078. p. 293. Porro plures adhuc Principes, Comites & Dynasti ab hoc Episcopatu
 feuda accipiunt praxialis Germaniæ præfulibus. *Conf. Zeller. Itin. German. P. 1.*
pag. 400.

§. V. Præter ditiones Episcopatus in Franconia sitas alia adhuc in *Carinthia* sa-
 tis ample sunt, quas dono Henrico acquisiverunt. Megiserus exprimit *Domina La-*
zenthal & Willach, quæ ad *recedomino in Wolfsberg* reguntur. De illa provincia contro-
 versia Episcopi cum domo Austriaca intercedit a temporibus Ferdinandi I. Hoc
 (quæ tamen alis etiam Archiepiscopis & Episcopis *Salsburgensium*, *Inntingensium*, *Ra-*
tipontensium, *Passiavensium* ipsorum communis est querela) in comitis non temel con-
 quereute, quod duplici onere in imperii contributionibus gravetur, qui & immediate
 imperio quotam suam solvere debeat, & in dietis provincialibus *Carinthia* portio-
 nem suam non minus repræsentare adigatur. Acta & documenta utriusque partis
 videre licet apud *Limn. Jur. Publ. T. F. add. ad 4, 7. p. 467. 583. & ad 5, 2. p. 688.*

§. VI. Reliquæ duæ testera, *cuspides* & *veaxillum*, Episcopatum *Herbapolitanum*
 atq; *Ducatum Franconie* designant: uter vero utro designetur, apud aliquos dubitari
 vidi: nec desuere, qui *cuspides*, quod primo loco collocentur, Episcopatu, Ducatu
 vexillum attribuerent. Quibus fateor me accedere non posse, *Ducatu Franconie*
cuspides illas deberi, non una ratione convictus. 1. Communis ea jam à multo tempo-
 re fuit autoribus, quos vidi omnibus. Ut paucos qui nunc ad manum sunt exprimam,
 ita sentiunt *Wavemb. P. 2. pag. 2. Marq. Freher. Hist. ad Leopold. de Bebenberg. d. jarib.*
regni. c. 1. p. 6. Cap. Lorch. a D. r. d. c. n. 4. pag. 36. Bern. Herzog. Chron. A. sat. 1. c. 27.
 (quorum uterque vocat *rothe flammen im weissen feld*: forte rectius *weisse im*
rotß) neque enim vocat flammæ descendunt sed ascendunt, nili velimus, tincturæ ordi-
 nem imperita pictorum aliquando immutatum.) *Spangencib. Chron. Hornob. 2. cap. 34.*
Limn. Jur. Publ. T. F. add. ad 1. 7. 227. 231. Theod. Hapting. de Jur. in sign. c. 6. P. 1. num. 61.
p. 239. 240. (qui *Fränckischen spisen oder faunm* vocant.) 2. Qui Imperatorum ex
 Franconia familia repræsentant insignia, semper ea repræsentabunt aquile pectori
 affixæ *parmula cuspidibus* his distincta. *Fursi. Wavemb. P. 3. p. 1. Buelin. Hist. univers.*
Nucl. in catal. Imp. Rom. 3. Rubescet candidus colores semper habiti *colores Franconie*,
 unde etiam per frequentes in procerum Franconie scutis; Ut exemplis appareat
 Comitum & Dominorum Castellatorum (qui ipsi ex Ducibus illis deducuntur)
 Etpachio-

Erpachiorum, Breuburgiorum, Limpurgiorum, Weinspegiorum : sic etiam non pauca civitatum Imperialium in Ducatus Franconici veteri & amplissimo districtu sitarum scuta simili tinctura intinguntur. 4. Limpurgi, qui ex Ducum Franconie profapia originem derivant suam, cuspides illas, non vero vexillum gerunt. 5. Cum vexillum scuti usdem iterum distinguatur coloribus cuspidum, vix dicemus. Ducale vexillum Episcopatus unius, cum tamen plures complecteretur, assumptile tesseram, Episcopale vero vexillum Ducatus sui, quo complecteretur, colores referre convenientius erat. Unde etiam *Herbipolis* Episcopi sedes ab eo simili parma donata est. vid. *Wapenb.* p. 220. Quod alibi etiam circa Episcopales civitates obieramus. Quod vero Ducatus Episcopatus præferretur, non mirabitur, qui cogitet Ducatum talium, quales admodum pauci in Imperio olim fuerunt, Franconie, Sæviæ, Bavarie, Saxonie, Lotharingie, Bohemie, amplitudinem, cum singuli regnis, qualia hinc inde agnoscuntur, æquari poterunt; quid ergo mirum, eo tempore Episcopatus hieroglyphico, hoc symbolum antelatum esse?

§. VII. Quæ alia Ducatum Franconie & hunc Episcopatum concernunt, div. Alibi de
islem
actum. re occupavimus L. i. c. 64. n. 3. cum in Moguntino Electoris Joh. Philippi scuto eadem *Wapenb.* occurrerent. Conf. *Linn. Jur. publ. T. I. add. ad 4. 7. p. 251.*

§. VIII. Medium scutum Episcopi hujus gentile est; notans familiam *Dernbach*, Dernbach. & quidem quod apparet ex *Schmach. Wapenb.* P. 1. p. 110. eam lineam, quæ cognomen *Graul* gerit, cum alia cognomina in *Dernbach* cordibus nigris in palma aurea utatur.

§. IX. Hæc gens Illustris *Dominorum*, nunc vero *Comitum*, à *Dernbach*, Genus hi-
storici. jam inde ab Elisabethæ Hassiæ Landgravie ob sanctitatis famam celebris tempore inter Catos & Buchonios floruit. *Wib. Dilich. P. 2. Chron. Hist. p. 154.* memorat circa 1234. à quodam *Dernbachio M. Conradum* Elisabethæ Principis contestatum prope Marpurgum confossum esse : quod orta, ut ajunt, secta in Willenstorf Conradus cum alio Conrado Derfon Dominicano à Gregorio IX. Pontifice inquisitores constituti (ex quo apparet, miseros illos sectatorum nomine profusos Papatui adversa docuisse) potestate abuterentur, & quosvis sibi suspectos inauditos nec convictos ad rogum condemnarent, qua truculentia plures Marpurgi (*ander Neerbach*) perire, Comes autem Saynenis & alii appellatione ad Cæsarem & Principem evaierunt, inquisitores ita odium publicum sua iniustitia incurere, ejus instrumentum *Dernbachius* justitiæ zelo se præbuit. Non defunt, qui existiment, inter alios viros nobiles, qui ex Hungaria Elisabetham secuti, hos etiam *Dernbachios* in Germaniam delatos, atque ibi domicilium suæ fortunæ collocasse. Sed seculo sequenti, cum inter *Ottoneum Landgravium* (qui 1326. decessit) atque *Henricum Nissortæ* Comitem eorum esset dissidium, castrum *Dernbach* (haud dubie quod familia Ottonis partes sequeretur) à Nalovio destructum, & nobiles *Dernbachii* pulsi sunt, teste eod. *Dilich. Chron. Hist. p. 182.* Verum etiam postea non desuere stirpi domi forisque Illustris, quorum memoria servatur in Ecclesiis cathedralibus & ludis equestribus Herbipolitans, imprimis etiam in Novesim obelione à Carolo Burgundo tentata. Hoc arvo potulimum inelaruere Baltasar Abbas Fuldenis ab anno 1570. ad 1606. quem Bucelinus *silus ordinis* sui nuncupat, & quem §. i. nominavimus modernus Episcopus Bambergensis atque Herbipolitanus. Ut vero non nihil hujus gentis affinitates lustremus, exhibebimus progogonologicam tabulam à Viro Excellentissimo D. Fabricio cum nonnullis aliis adductis Arbor pro-
gonologi-
ca. communicatam.

Spes Dern- bach- ca.	Joan. Otto S.R. I. Com. à Dernbach, supremus aulæ Præfe- ctus, Confil. Int. & Archi- sattapa in Kitzingen.	Otto Guiljel. à Dernbach, Sattapa in Arnheim, Rev. & Celf. Princ. Bam- berg. & Iler- bipol. Petri Philippi fra- ter.	Melchior à Dernbach Confil. Cæf. Fuld. aule Marefcal. Sa- ttap. in Ro- ckenftuhl & Bruckenau: Frater Abb. Fuld. Balta- fariſ.	Petrus de Detn- bach.	Philippus à Dertbach, dictus Graueln. Hen- rici ex Lihabet. Ried- eflin de Eytlenbach. Margareta de Schey- ein dicta Scheyerer. Claur de Wehren. de Wahlen. Schuzbar d. Milch- ling. Schenck de Schweins- berg. de Harftall. de Gunzen- rodt.		
			Catharina Magdalena Echterin de Metpelbrun	Philip. Chri- stoph. Ech- ter de Met- pelbrunn, Rev. & Celf. Pr. Herbip. Julu ex fra- tre nepos.	Theodo. Echter de Metpelbrunn Confil. Herbip. Sattapa in No- tenfelß. Sufanna Mare- fcalla de Pap- penheim.	Petrus Echter de Metpelbrunn Sattapa in Procelden. Gerardus de Adoltz- heim. Chriftophorus Mare- fcall. de Pappenheim. Cunigunda de Bemel- berg.	
				Anna Mar- gareta de Bi- cken Enim. Pr. El. Mog. Joan. Adam ex fratre ne- ptis.	Philippus de Bicken. Anna Brendlin de Homburg.	Philippus de Bicken. Regina de mudersbach Fridericus Brendel de Homburg. Margareta Riedefelm de Bellersheim.	
					Georg. Chri- stoph. Voit de Rieneck. Sattapa in Ramneck & Ebern.	Joan. Emeri- cus Voit de Rieneck. Maria Magdal. de Thungen. Georg. Theod. ab Erthal. Eva de Lichten- stein.	Martinus Voit de Rieneck Sa- ttapa in Ge- münden. Philipp. Voit de Rieneck Confil. & Summus Prator Herbipol. Amaha de Adoltzheim. Philippus de Thungen Agatha de Steinau. Joan. Georg. ab Erthal. Cecilia de Steinau. Philippus de Lichten- stein. Anna de Sternberg.
				Anna Maria Voitin de Rieneck, Rev. & Celf. Princ. Bam- berg. Dn. Phil. Valen- tini ex fra- tre nepis.		Joann. Chri- stoph. ab Er- thal Confil. Herbip. & Sattapa in Halsfurt.	Georg. Eyricus ab Erthal. Regina Cuni- gunda de Ro- tenberg. Valentin. Echter tib. Baro de Met- pelbrunn Confil. Cæſar. Sattapa in Aſchach. Ottilia Rauin de Holzhaufen.
					Maria Ama- lia ab Erthal.	Maria Ger- trudis Ech- terin de mef- pelbrunn.	

§. x. Imponuntur scuto quatuor galeæ, & inter eas *diadema imperiale*: hujus cau- ^{Galeæ.}
sa est Henrici I. in hunc Episcopatum, quem omnibus modis exornare nitentur. Sin-
gularis affectus. Quod galeas concernit, prima ad dextram est *Herbipolensis*, tecta mi-
tella principali rubea, cuius ora redacta vellere herminiores fulget, ei inter duo ve-
xilla Herbipolentia instituti tres plumæ Struthionicæ antrostrum reflexæ, argentea
hinc aliâ ceruleâ isthinc rubea stipata: secunda conteguntur *pulchello cocco*, o, ^{Diadema}
extremi globuli & panniculi auro fulgent, ex mediante *septivo auro* imitur *tabula octan-* ^{imperiale.}
gula aurea cum typo Bambergensi: angulis vero admotæ conspicuntur *singule penne*
paroninae: tertia quæ diademati imperiali proxima ad levam est, coronata iustinet
duo cornua fictione Francoici laterculi distincta: Ex quarta protenditur *jugum ala-*
rum complicatarum, cum *Dernbachio typo scutario*. Phalææ circumfluunt iutum,
hinc *aureæ & nigræ*, isthinc *argenteæ & rubeæ*.

§. xi. Scuto subiunguntur *gladius & pedum Episcopale*; more Episcoporum Ger- ^{Gladius,}
maniae solenni, ob utramque qua beneficio Imperatorum seuuntur potestatem. Er- ^{pedum.}
langum ex Herbipolentis primum fuisse, qui hæc insignia scuto adiecit, & qua oca-
sione factum idcirco, L. I. c. 64. n. 3. audivimus. Notant tamen, eo etiam tempore, quo
alii Episcopatus ista adhuc potestate caruerint, jam Caroli Magni avo, Episcopum
Herbipolentem & Abbatem Campidonensem utraque utrosque potestate, illum ob Fran-
conicæ Ducatum, hunc ob comitatum Campidonensem, quibus sua tuere, antequam
in Ecclesiasticorum ditionem venirent. tribunalia. vid. *Imm. iur. publ. T. V. add. ad 47.*
p. 251. Et quidem cur dextro latere gladius, sequiori pedum locetur, accepi inde fieri,
quia *Herbipolis sola iudicat esse, stola*.

§. xii. Titulus est: *Episcopus Bambergæ & Herbipolis, S. R. Imp. Princeps, Fran-* ^{Titulus.}
ciæ orientalis Dux, &c.

CAPUT VI.

Domus Bethunia, Duc. de Sully, de Bethune, de Charrots.

ARGUMENTUM.

1. *Fortuna vicissitudo.*
2. *Bethuna Domini & successio.*
3. *Reliqua linea. Hodierna.*

4. *Insignia. Ex Tenev amundanis adjecta. Fascia hieroglyphicum.*
5. *Discernentia.*
6. *Apex.*
7. *Tituli.*

§. I.

ILLUSTRE exemplum est Illustrissima Bethuniorum familia variantis fortunæ: cum ^{Fortunæ}
olim summo in splendore vigens (utebantur enim titulo *DEI gratia*, & monetam ^{vicissitudo}
cudebant) temporis deinceps injuria fulgoris sui aliquando aliquod quasi deliquium
passa, demum virtute & meritis *Maximiliani* in eum fortunæ iterum gradum a cen-
derit, ut quod extra Principum ordinem nulli familiæ Francicæ obtigisse memini, uno
tempore triplicem Ducalem titulum possideat.

§. II. Quod Genealogiam attinet, eam iusto opere 1639. edito diligentissimo ^{Bethunæ}
excoluit Genealogorum princeps *Anacæus du Chesne*. Hic primum nominat *Robert-* ^{Domini &}
tum cognomento *Fasciculum* seu *Fascius*, *Domini Bethunæ & Riechbourge*, advocatum ^{successio.}
Atrebatensem seu bonorum Abbatæ S. Vedasti. Eum tamen ex vetustis Bethunæ
Dominis ortum credit; Defunctum existimat circa 1237. Huic filium dat *Robertum*,
& ex conjectura alium, à quo *Domini de Carency* descenderint, quorum heres *Elisabe-*
tha Guillelmo de Cijeu Dni. de Boulaincourt nupsit. *Roberto II.* qui 1272. prælio ceci-
dit, natus est *Robertus III.* cognomento *Calvus*, qui integram advocatiam Atrebatensem
per nactus est, altero advocato mortuo. Hic pater fuit *Adami*, qui in expeditione
Palestina *Bethsan* seu *Beisan* (quæ olim Scythopolis) in Galilea hereditario jure obti-
nuit, à quo reliqui ejus Domini in sextum gradum descenderunt, & *Robertus IV.* co-
gnomine *Cassi*. Hujus filius *Guillelmus* Bethunam, antea 1337. combustam, restaura-
vit, pater *Robertus V.* cognomento *Rufi*, qui 1391. ad Accaron obiit in comitatu Regis
Philippi; quoniam *Robertus VI.* cognom. *junior*, *Baldunus* ab uxore Comes *Annala*,
Ioannes

Joannes Episcopus Cameracensis, cui 1219. expeditio adversus Albigenfes feralis fuit, *Conon Dn. de Bergues*, & dein in expeditione Constantinopolitana 1204. *Adrianopoliticos*, unde filius *Baldunnus* Rex Adrianopoleos dictus est, & *Guilelmus* II. cognomento *rufus Bethune* Dominus, cui ut & prius fratri *Roberto* destinata *Sibylla Hierosolymitana* heres quo minus obtingeret, amulsi impederet: obtigit vero uxor *Mathildæ* heres *Teneramunde*. Hoc iterum geniti *Daniel*, *Iohannes Com. S. Pauli Iuvensis*, & *Robertus VII.* qui 1248. mortuus heredem reliquit *Mathildam*, *Guidonis Dampieri C. Flandriæ* conjugem, in cuius posteris deinceps *Bethuna* hæsit, atque *Guilelmus* reliquorum *Bethunorum*, qui nunc superiunt, fãtor.

Reliquæ
lineæ.

§. III. Hic *Guilelmus Bethunus Dn. de Molenbeque*, *Loeres* & *Huffe*, qui 1243. decessit, ista ab uxore *Elisæbertha Pentobart* æquirit, sed filia *Mathildis* fratri *Guilelmo* superstes, eius atque *Molenbeque* heres fuit, uxor *Joannis Castellani de l'Isle*, & post eum *Roberti de Warreni Seneschalli Flandriæ*. *Guilelmus* vero *Guilelmi* filius, *Dn. de Loeres* & ab uxore *Beatrice Hebuterne* fuit, genuit: *Guilelmum III.* patrem *Guilelmi IV.* qui *Matthæum* & *Iohannem* filios habuit: *Matthæus* filia *Maria* heres de *Loeres* & *Hebuterne* fuit: hic (*Joannes*) dictus de *Loeres*, *Dominus* fuit de *Vendeuil*, & uxorem cum multa dote habuit *Joannam* filiam *Engerandi de Courcy, Vicecomitis Meldarum* seu de *Ateaux*, cui successit filius *Robertus*, mortuus 1408. herede filia *Joanna*, bis nupta *Roberto Barenfi*, & *Joanni Lucebargo Ligno*; eius patruus *Joannes Bethunus* dictus de *Loeres Dominus Autselba* fuit, hic 1415. ad Azincurtium cæsus *Robertum* reliquit *Dominum de Marcul*, patrem *Joannis*, quo nati *Alpinus* & *Robertus*: hic *Dominus de Hestel* & *Vicecom. de Charignon*, pater *Georgii*, avus *Anna* quæ hereditatem marito *Fridrico de Choseul Dn. de Praslin du Plessis* attulit, ille *Baro de Baye* & de *Marcul*, ex minore filio *Ogero* *Dominos de Congy* scvit, major *Joannes Baro de Baye*, pleraque bona ptodegit, filioque *Francisco Baroni de Rosny* ex materna hereditate parum præter præsentiones reliquit. Hic communis pater est omnium hodie viventium. Eo enim nati sunt *Maximilianus* & *Philippus* duarum lucrarum autores. *Maximilianus* ex barone de *Rosny* & infima militiæ ad summam fortunæ gradum ascendit, creatus *Dux Sullius* & *Par Franciæ*, tum *Marecallus*, pridem rei quaristoriæ Præfectus, item *Architectonicæ*, fortalitiæ, *M. Magister* rei tormentariæ, portuum, litorum, &c. Pater fuit *Maximiliani M. de Rosny*, ante patrem defuncti, & *Francisci*: ab illo genitus *Maximilianus Franciscus*, & hoc *Maximilianus Petrus Franciscus*, *Duces*, *Francisci Com. d'Orval* & *M. de Courville* fuit, nunc *Dux de Bethune*, pater *Marchionis Bethuni*. Quod vero *Philippum* attinet, is *Cemes de Selles* & de *Charrets* fuit, pater *Hypolyti*, quo genitus *Philippus Com. de Selles* vel nunc de *Bethune*, *Henrici* Episcopi *Bajonensis*, tum *Malteacensis*, demum *Burdgalensis Archiepiscopi*, atque *Ludovici Com. de Charrets*, qui nunc etiam *Dux de Bethune*, filius vero *Armandus Dux de Charrets* appellatur.

Indignia.

§. IV. Quod insignia concernit, ea olim fuere apud *Chesneum* parma *Cyanæa* quatuor vel quinque balthæis diagonalibus aureis exarata. Domini vero de *Carency* usi sunt fascia, quæ aliquando fuit discerniculi causâ pinnata. Verum pro balthæis *Robertus VII.* pater *Mathildis*, quæ hereditarem *Bethuniam* *Flandriæ* attulit, assumit tesseram *Teneramunde*, quæ erat rubea fascia scuto argenteo inducã. Idque fecit *Robertus* ob matrem *Mathildem Teneramundæ* *Dominorum*, qui *Principum* nomen usurparunt, heredem. Unde vetus symbolum plane exolevit. De hac fascia non indigna sunt quæ legant eruditi, excerpta è *Dar. dis Lindvis de Teneramundæ*. L. I. c. 6. num. 45. p. 31. 32. *Ab hoc forte tempore*, nempe circa 1200. cum *Mechthildis Dn. Teneramundæ* nupit *Guilmo Dn. Bethunæ*, unde *Bethuna* & *Teneramunda* iuncta, sua insignia *Bethuni* à *Teneramundanis* mutata sunt, quæ *Teneramondensis* fuisse, vel ante annum 1100 manifestum est ex inscriptione sepulchrali *Rengou* & *Adelwidis*, quam supra citavi: ubi hodierna *Teneramunde* insignia *Adelwidis* tribuuntur: & quod vel solum solum astringat, ead. in fornice turris *Ecclésiæ Teneramundensis* visuntur, non pãta solum, sed fixo incisã: quod qui cominus, dum hoc scriberem, viderunt, retulere. Structuram autem est illi turris, aut à *Rengoto Teneramundæ* *Domino* (qui in eã *Ecclésiã* *Canonicos* instituit, obtinuit anno 1100. aut multo antc. *Bethunæ* autem insignia alia ab his hodiernis reddisse meminimus, carnis diplomatis *Roberti Bethuni*, *Guidonis Socieri*, cum hac inscriptione: *Secretum Roberti de Bethune. Viriisque autem*

Ex Teneramundanis adscita.

opidi

quod hodierna usque sunt fascia tubra in leuto argenteo: de qua multa symbolice, doctissimus meo iudicio Belgarum sui avi, Johannes Goropius Becanus, in explicatione vocis nostræ Bandit, ad est, fascia & vinculum; cuius inter cetera hæc verba decepsit: Quam fascia sit vinculum ad hominum membra confirmanda necessarium, maiores nostri insigni prudentiâ, fasciam unionis & potentie inde pendenti signum esse voluerunt. Hinc bandit id est fascia, nostris Bandit pro vexillo militari, non ut simplici signo portari cepit; sed ita ut nihil eilet magis hieroglyphicum. Notabatur enim eo, omnes debere esse colligatos vinculo amico & hominum membra confirmante, non secus atque infantis tenelli artus vincuntur, ad robur consequendum. Hoc mirum ille voluit, qui sagittas colligatas filiis frangendas dedit, quas cum frangere sic nequirent, rursus dedit singulas, quas facillime negerunt. Sicut enim concordia patvæ res maximas vires sibi comparant; ita discordia maxime queque vires franguntur. Fascia igitur, quam nostri *bandam* vocant, priscum nostris sui signum militare, quo omnium animi ad unionem & concordiam stricte arteque retinendam moverentur. Videmus hæcenus puerorum vexilla è longis fasciis constare; quæ veterum fuisse cogitandum. Posterior ætas multas fascias constituit: fortassis ut significaret, non unam se ducere potentiam, non unum robur, sed multa: & non angustam habere se potentiam; sed longe lateque dominantem. Jam quoniam unio & colligatio hominum, principes & supremas vires habent, atque ea fascia significabatur; translatum est symbolum, ad summam & Regiam potentiam denotandam, ita fascia candida caput ingeret: & sicut potestas Regia omnium est antiquissima, ita antiquissima gente (Cimmeriis) traxit originem. Et pau. o post: Ex eodem fonte manavit illud, quod in omnibus sacris, vitis sive fœcus, tum victimas, tum aras, tum sacerdotes ornarent. Significantes, omnem potestatem à superis orandam: & eo solo nos salvos esse posse, si potestati divinæ nostræ potestas alligetur. Fatebantur igitur hæc testera, se agnoscere omnium rerum potestatem apud illum esse, cui sacra fidei deberent. Ita Lindanus suis & Goropii verbis.

Fascia hæc hieroglyphicum.

§. v. Porro scutum hoc cum fascia nunc etiam tota Domus retinet: nec vidi ei alios laterculos usquam additos: Sed *Dux de Bethune d'Orval* fasciolam itidem seu lambellam coccineam trisidam scuti capiti inserit, discerniculi causa: alter *Dux de Bethune - Charrots* non minus fasciola vitur hujus coloris, quæ tamen à priori distinctione, non memini vidisse.

Discernicula.

§. vi. Apex est, ex galea coronata emergens pavo caruleus, collo liliis aureis sparso, *Gorgé de France*: quod ex concessione allegatur Philippo Augusti Regis & filii ejus Ludovici Com. Atrebatensis, ob servitium a Guilelmo I. Bethunio illis præstita. Lacinias pingit Sammarthan. cocco & argento, sed Geliot. in die. arm. pag. 406. cyanæas ait floribus liliatis sparsas. Telamones adduntur duo sylvestres viri, clavas gestantes. Clamor bellicus est *Bethune*.

Apex.

§. vii. Quod titulus concernit, Ducis Sullii ille est: *Dux de Sully* seu *Sully*, Titulus. *Princ. d'Henrichemont & de Boisbelle, March. de Rosny, Baro de Bentin*. Ducis Bethunii Orvalli: *Dux de Bethune, Com. d'Orval, de Muret & de I. uebon, Mtreb. de Nogent le Bethune d'Ch. le Rotrou, Baro de Courville*. Tertie linee titulus est: *Dux de Bethune*: filius veto *Dux de Charrots*, post hæc vero jungendi tituli *de Bethune - Charrots, Sullio* super Egerim, quod Maximilianus emit, Ducatus nomen accepit 1606. Ducatus autem titulus, qui Orvalli linee accessit, annexus est Dominus *Nogent le Rotrou, Montigny, Regualard & Chamond* 1652. Demum Dynastia *Charrots* in Buturigibus una cum alius, *de Atlandre, Fontmoreau, Bois-Boisseau, Pelva* dignitas ea collata est 1672. *Rosny* obigit familiæ ab Anna fil. Hugonis de Melun, Vicecom. Gandavenis Bar. de Rosny, quæ Joannis Bethunii Bar. de Baye uxor fuit. *Bentini* est ab uxore Maximiliani Ducis, Anna filia Francisci de Courtenay Dn. de Bonin. Reliqua aliis quam hereditatis titulis genti comparata esse oportet.

CAPUT VII.

L. Bar. de Boyneburg & de Bemelberg.

ARGUMENTUM.

1. Familia Equestris Boyneburgia.
2. Olim ex ea Comitibus fuisse.
3. An Episcopi Wormatienses ex hac gente?

4. Dignitas Baronum.
5. Conradus Bemelbergus fortis miles.
6. Sutura ejus linea.
7. Joh. Christianus B. Boyneburgius.
8. Insignia.

§. I.

Familia
equestris
Boynebur-
gia.

Generosa Boyneburgiorum familia in Hassia equestris nobilitate à multo tem-
pore claruit. Eius insignia referuntur à *Salmisch. Wapenb.* 1. p. 136. duplici mo-
do, quod dux linea sint, altera cognomine die Weisen / altera de Hornstein, dicta,
quæ pro discrimine colorum variatione utuntur : cujus discernendi modi plura vi-
dimus hinc inde extant, & diserte de eo egimus P. 1. c. 6. Altera ergo linea utrius
clypeo ex argento & nigro quadruperto, altera ex caruleo colore & argento. Clypeo
imponitur callis, in hæmlema linea sine corona, alteri coronata : ex utraque pro-
minent cornu : *kubalina*, quorum dextri superior, & sinistri inferior pars fulget argen-
to, reliquæ line nigro, isthinc caruleo colore, prout scuta utroque distinguebantur.
Lacina etiam ad palmæ modum sunt imæta.

Olim ex ea
Comites
fuisse.

§. II. Quamvis vero familie fors à seculis aliquot inter equestris fuerit, extant tam-
men testimonia, quod olim illustri fortuna gavita sit. Audiamus rerum Germani-
carum & historiarum nobilitatis peritissimi Cyriaci Spangenbergii verba. Ita ille
Wdelsp. P. 1. L. 7. c. 3. p. 95. Es wollen etliche / das nicht wenig edle Geschlechte in
den Buchen ihren anfang von den zeiten Kaiseris Jula her haben sollen / als
sonderlich die von Boyneburg / so nach gemeynbrauch die von Bemelberg
jetzund genant werden / deren erste ankunfft sich daunnach solte erhaben
han / und etliche ihrer Vorfahren hernach seyn Grafen gewesen. Iterum P. 1.
L. 10. c. 15. p. 279. *Wenneburg* oder *Wonenburg* in Hessen. Anno 1257. ist Graf
Eberhard von *Wonenburg* / Anno 1277. sein bruder *Ernf. Friedrich* / Anno 1293.
Graf *Emich* Bischoff zu *Worms* worden. Wo findet man sie in *Bischoffs*
rodel verzeichnet. Iterum L. 10. c. 24. p. 321. b. Man findet in *Catalogo* der *Bi-*
schoff zu *Worms* / Anno 1257. *Eberhard* / Anno 1277. dessen bruder *Friedrich*.
Desgleichen Anno 1291. der beiden bruder *Eberhard* / und Anno 1293. *Herz*
Emich / die alle *Rubegaren* von *Wannenburg* oder *Wonenburg* und *Bischoff* zu
Worms gewesen. Und schreiber *Caspar Brusch* das diese Grafen *Hessen* seyen /
daher manns auch davor hat / sie seyen des Geschlechts deren von *Wonenburg* /
so gemeinlich jetzt die von *Bemmelburg* genant. Nomen wol vorzeiten
Grafen gewesen seyn / wie auch die von *Waldenstem* / *Eberberg* &c.

An Episco-
pi Worma-
tenses ex
hac gente?

§. III. De Episcopis illis Wormatiensibus potest quidem dubium alicui oriri,
quando ipsemet *Spangenbergius* eos vocat *Rubegarios* de *Binnenburg* seu *Raugra-*
vios, ut alias vocari solent, seu ut *Bucelinus* in *Catal.* Episcoporum Wormatiensium
eos vocat *Com. H. Jutos* de *Buenburg* seu *Bomeburg*. Porro *Raugrav* idem bonam
Hassia fuisse, non facile legimus, sed in *Palatinatu*, & quidem diserte in titulis eorum
vidi appellatos Dominos in *Alten* & *Neuen Bamberg*. Unde erroris nominis affini-
tas occasionem dare potuit, si quis sit, quem fuisse aliterate nolo.

Dignitas
Baronum.

§. IV. Cum vero succellu temporis ad æqualem conditionem iterum se fa-
milia recepit, hoc & superiori seculo duorum ex ea vartus, alterius sagata, togata al-
terius *Baronum* axima duabus lineis intulit.

Conradus
Bemelber-
gus fortis
miles.

§. V. Superiori enim seculo *Conradi Boyneburgii* seu *Bemelbergii* fortitudo mi-
litaris in bellis Caroli V. in pr. tho Papiensi, expugnatione Romæ, bello Smalcallico &
aliis meruit, ut inter clarissimos ejus ævi Duces referatur, & Baronis ornatus axi-
mate. Iterum verbis utar *Cyr. Spangenbergii* *Wdelsp.* P. 2. L. 11. c. 38. pag. 236. b. *Curt*
von Wonenburg / (in gedructen Chroniken *Curt von Bemmelberg* oder
Bemmelberg geschrieben /) sonst der *kleine Joss* genant / ein sehr beruffener
Krieges

Kriegesmann / hat sich in dem 30g wider den König Francken zu Franckreich und in der Schlacht vor Pavon gar wol gehalten. Anno 1527. hat er Rom eingenommen mit dem von Bourbon, und fünf und dreißig Fahnen geführet. In dem 1530. vor Florenz / 1532. im Türckennig / 1534. im Württembergischen Krieg vor Kaiser Carl / wie auch im Schmaltaldischen / da er 1547. Mansfeld eingenommen / 1542. Obrster des Reichs wegen über das Fußvolck / 1557. mit vor S. Quintin.

§. vi. Ab hoc facti sunt Barones in Svevia dicti de *Pamelberg* seu de *Bamelberg* Scutum et ius luce. seu de *Bemelberg*, quorum Genealogiam integram non vidi, sed aliquot tantum gradus. Qua vero in dignitate habiti sunt, matrimonia ostendunt, quae video illos summisse ex *Hilsensteinis*, *Schwarzembergis*, *Jussenbergis*, *Montfortis*: filias etiam elocatas *Torringis* & *Lachsenheimis*. Quod scutum atinet, id representatur *Silvach. Wapenb.* P. 1. p. 25. plane idem, quale fuerat in uestri gradu, nimirum quadripartitum ex *argento* & *nigro*. Galea coronata sustinet cornua eadem quadripartita distinctione elypei coloribus tincta.

§. vii. Nostra aetate Per-illustris *Iohannes Christianus Boyneburgius*, literis & Tob. Christianus B. Boyneburgius. rerum gerendarum prudentia cum paucis comparandus, & ob hoc summis magnatibus in pretio habitus, *Baronis* quoque titulo ornatus est, quem ad filium transmisit, Per-illustrum *Philippum Wilhelmum* Canonicum Moguntinum & Treuientensem.

§. viii. Hic etiam avum retinuit scutum. Cont. Fürst. Wapenb. P. V. p. 12. Insignia. nempe ex nigro & argento quadripartitum. Scuto vero imposuit galeas tres coronatas, singulas insignitas cornibus bubalis, transversa sectione alternatim argento & nigro colore tinctis: quales etiam laeinae sunt. In *Fürstl. Wapenb.* P. 3. pag. 10. quidem aliud pingebatur scutum, cui quadripartito ex nigro & argento incumberet aquila imperialis biceps, coloribus ad sectionis modum alternatis, pectori impressa palma argentea cum cruce Patriarchali nigra. Clypeo item imponebantur tres coronatae galeae; quarum priori insisterat aquila coronata, sed ex nigro & argento quadripartita, quae etiam sectio & tinctura erat Leonis coronati ensiferi, qui premebat tertiam galeam: Super medianam inter cornua lecta ex nigro & argento apparet crux Patriarchalis, cui stella argentea insitit. Verumenimvero ex ipsomet Perillustris Baronis ore didici, hanc *de 1700* à se nunquam assumtam esse.

CAPUT VIII.

Dom. & Com. de Brederode.

1800562

ARGUMENTUM.

1. *Familia origo. Nomen. Successio. Lincea.*
2. *Scutum.*
3. *Brederodia. Discerniculum.*
4. *Falckenburg.*
5. *Apex.*

6. *Alind scutum ex Henningio.*
7. *Tituli.*
8. *Teslingus ex Brederodis. Lecca Domini.*
9. *Langerack. Toil.*
10. *Verdun seu van der Duyn.*
11. *Adrichum. de Groot.*

§. I.

IN Hollandica nobilitate nulla illustri splendore antecedit Perillustrum *Brederodiam* Familia et origo. gentem, (unde communi elogio Brederodii in Nobilitate Hollandica vocatur *Nobilissimus, die Edelste* / sicuti *Wassenaar* antiquissimi *Eudste* / *Egmondiam* ditissimi (rychtste) *Arcularii* seu *Arculeji* superbissimi (stoutste)) utpote quae ex ipsa Hollandiae Comitum stirpe profata est. Conditor enim gentis fuit Arnolus Comes Hollandiae & Luidgardis (Ottone II. natæ, alii patrem faciunt Imperatorem Constantinopolitanum) filius & Theodorici Com. Hollandiae atque Seelandiae frater *Sigwardus* seu *Sybridus* t. *Sieco*. Burgtravius atque Gubernurator Kenemerlandiae, iudex praesesque occidentalis Frisiae. Hic prope Harlemum arcem condidit, quae dicta *Brederoda*, eo quod pater, cuius indignationem fugiens filius in Frisiam concesserat, & ibi Gossonis Ludingamæ Dn. Staverae Potestatis Frisiorum (ex antiquis Frisiae regibus) filiam *Tetram* seu *Thetburgam* illo intencio duxerat, in nuptiis fratris plurimum

- pro filio deprecantium instantia reconciliatus, & interrogatus de hujus filii sui hereditate, responderit, se ei daturum Brede Roden. (breite Ruthen/quod lata mensura ei admenturus sit hereditatem.) Ab illo reliqui Brederodii, in quibus imprimis inclarius *Walrabius* locumtenens Hollandiæ, qui 1417. captus est, & ex *Ioanna* filia atque herede *Viane* & *Ameyde* genuit *Reinoldum* E. A. N. & *Gisbertum* *Vrijelintum* *Epscopum*: ille pater *Walrabii* fuit, in cujus ex *Margareta* *Bortfela* *Clotingæ* & *Ridderkerckæ* (quam filia tanca seu *Carola* marito *Henrico* *Merodio* *Petaticemio* attulit) domina filii lineæ distinguuntur: nam maior natus *Reinoldus Brederoda* fuit dominus, & præter alios reliquit *Harricum* *Brederoda* iterum dominum, qui celebre in motuum Belgicorum historia nomen & strenuus libertatis assertor, cum ex uxore *Amelia* *Nuenaria*, quæ deinceps *Friderico* III. Com. Palatino Electori nupsit, liberos non haberet, & *Wiam* legavit fororis *Joannæ* & *Jodoci* *Bronchorstii* Dn. in *Batenburg* filix *G. Rudi*. Alter *Walrabii* filius *Wolfgangus Brederodus Dominus Clotingæ, Tolshelle, Aste* (hæc ab uxore *Adriana* *Eackia*.) & *Swamerdama* genuit *Reinoldum* IV. qui demum 1570. ordinum Hollandiæ dono factus est *Dominus Brederode* ex morte patruelis. Huic successere filii *Henricus* & *Walrabius*, sed matibus carente. Fratre autem *Florentio* Dn. *Clotingæ* natus est alius *Walrabius* iterum *Wiam*, cui frater successit *Ioannes* *Tolfdus*, pater *Wolfgangi* ultimi, qui nuper 7. 17. Jun. 1679. morte sua masculam progeniem Illustrissimiæ stirpis terminavit.
- §. II. Quod insignia concernit, ea extant in *Wapenb.* P. 2. p. 38. & 112. ac apud *Chifflet. Inf. Eg. A. N.* 43. Sunt vero quadripartita. Areola prima & quarta *aurealeonem* coccineum deiecit, lingua & *fasciis* *caeruleis* cum *fasciola* (lambel) *cyanea trifida capiti* *scutario* impressa. In *Wapenb.* p. cit. 38. areolæ transponuntur, quæ iusta extant p. 112. sed utrinque *fasciola* illa omittitur.
- §. III. Hæc area *Brederodiam* ipsam gentem notat, & quidem quod ex comitibus Hollandiæ descendat, quorum præ se ferunt leonem, sed scuto, more antiquitatis, adhuc in *Francia* & *Belgio* recepto, *fasciola* diminuto, eo quod ex minori tractu descendat. (brutæ.) Lego equidem circa 1476. sub regimine *Mariæ* *Burgundicæ* familiam *fasciolam* hanc, quam leoni ipsi impositam eousque gestare solebant, omisit, & solo leone *Hollandico* absque *discerniculo* usus, ait *Philippum* *Archiducem*, cum ei 1494. homagium ut *Hollandicæ* *Comiti* præstaretur, eos ad recipiendam notam distinctivam adegisse, ex quo tempore *lambella* *capiti* *scutario* inscripta est.
- §. IV. Areola tertia & quarta *argentealeonem* continet *rubrum*, *cauda* *bifida* *in decussim* *trajecta*. Hoc *Falckenburg* notatur, *Dominium*, quod penes lineam *Limburgicæ* familiæ fuerat, cum igitur *Walrabii* *Limburgii* Dn. *Falckenburgii* tres filii sine liberis seculo decimo quarto decessissent, eorum ex sorore *Beatrice* *amnis* *Theodorici* Dn. *Brederode* successorem quærit, ait à *Ducibus* *Limburgiis* *agnatis*, qui *Dominium* hoc feudum masculum terebant, depulsi est: nihilominus illam *aream* suo inferuit *clypeo*. Sed superiori seculo dicitur eam omisit *Reinoldus*.
- §. V. Galea coronata est, ex qua protenduntur duo brachia cocco induta, binos equinos pedes nigros, auro soleatos, argenteo clavatos, carnei coloris manibus tenentia.
- §. VI. Aliud scutum illis assignatum videre est apud *Henninges Theatr. T. 3. P. 1.* p. 147. quod quadripartitum secunda & tertia quadra leonem refert. Prima vero & quarta iterum quadripartita est, in prima & ultima areola *fascia* appatente, in reliquis duabus ternis *plinthidibus*. Quæ nisi testata sint *Viane* & *Ameyde*, quod dicam non habeo. Galeis imponit huic *clypeo* duas coronatas: ex quarum priori canis species exurgit, alteri incumbit equus instructus. Verum quo auro hæc insignia *Henningesius* prodiderit, non novi.
- §. VII. Titulum istum vidi: *Dominus Brederoda, Viane & Ameyde, Burggrævus hereditarius Vrijelintum*: quam dignitatem forte *Dominium* *Viane* annexam sibi habet. Ultimo autem *Wolfgango* illum vidi adscribi, *Comes Brederode, Baro Viane & Ameyde*.

§. VIII. Sunt alix etiam ex Brederodus orta familie. Ex his sunt *Teilingani* domini, orti à *Smone dom. Teilinge*, quem quidem Pentus Heuterus (ex quo Henning. Theatr. d. I. p. 151.) Siffredi Brederodii fratrem, Comitum Arnoldi filium tacit, sed Junius Siffredi filium agnoscit, Paulus Vocatus Guilelmi III. Brederodi fratrem conliruit. In hujus posteris *Gerhardus II.* qui 1164. obiit, hie edem Leccanam uxorem habebat, unde sequentes *Teilingæ & Leccæ domini* orti fuerunt. *Ulrichum* ultimum domini Teilingæ (nam filius *Theodoricus* titulo abstulit, quod ob occisum Florentium Comitem Hollandiæ maxima fortunatum parte exutus est) & Leccæ filia Catharina, Guilelmi Brederodii uxori, Leccam genti intulit, at Theodoricus illis nati filia Catharina iterum eandem marito Joanni Polano attulit.

§. IX. Ex Teilinganis oriuntur alix lineæ Langeracorum & Tollensium. Hungonis enim Teilingani Domini filius minor Florentius cognomine Toll levit Langeraccios, quorum alia linea altero cognomine contenta videtur mansisse. Tolli utebantur Leone rubeo in scuto aureo plinthibus minutis strato imposita leoni lambella trifida argentea. Langeraccii Leone rubeo in scuto aureo, cum fasciola leoni incumbente cærulea, quod ipsum *de Bruz* Brederodiorum antiquum est.

§. X. *Theodoricus Brederodius* filius *Alisteri* seu *Alisteradi* Dn. Brederodæ, qui 1253. decessit, duxit *Mechtildem Verdunam*, familie *Verdun* seu *van der Duyn* (ex Verduniis Comitibus derivatæ) heredem, cujus posteri nomen hoc maternum van der Duyn assumere, sed servato gentilitio Brederodio Leone cum imposita fasciola.

§. XI. Ejusdem originis habetur familia *Atrichum*, quæ Leonis Brederodii (cui desuper fasciola cærulea imminet) pectori imprimit rotam argenteam. Alii eidem attribuunt familiam de *Groote*, cujus symbolum in scuto argenteo leo cæruleus auro coronatus, lingua & falcibus cruentis.

CAPUT IX.


Domus Guelfica Duc. Brunsvici & Lünaburgi.

ARGUMENTUM.

1. Familia Guelfica origo. Divisiones plures.
2. Lunaburgense sentum. Brunsvicensis Ducatus.
3. Lunaburgensis.
4. Comitatus Ebersteinensis.
5. Homburgus.
6. Com. Hoje. Genealogia Comitum.
7. Brackhusius Comitatus vetus & novus.
8. Diepholt.
9. Galea Brunsvicensis. Columnæ an pileus? Dominium Siehelstein. Stella Erico Duci data.
10. Galea Hostensis & Diepholtina.
11. Scutum lineæ Lunaburgicæ paulo aliter. Linea Wolfenbutelana.
12. Ejus areæ.
13. Com. Hohnstein. Lauterburg. Dom. Labr & Clittenberg.
14. Ad Brunsvicenses.
15. C. Reipstein & Blanckenburg.
16. Episc. Halberstadtum.
17. Galea.
18. Frederici Ulrici dispositio. Henrici Julii.
19. Lunaburgensium dispositiones.
20. Augusti Ducis sentum, & filiorum.
21. Linea Cellensis.
22. In Calenbergia Ducis Joh. Frederici.
23. Duc. Ernesti Augusti. Episcopatus Osnabrugeris.
24. Telamones.
25. Tituli Veterum pleniores. Wansdorp. Wölpe. Hallermond. Linea Grubenhagen.
26. Alia Domina in Ducatibus hui. Castelnburg. Olburg. Rongebem. Dassel. Winzenburg. Pezme. Pleffe. Woldenburg. Poppenburg. Lauterode.
27. Carmen Buntinga.
28. Alterius Poeta.

§. I.

Serenissima hæc familia *Guelfica* in Germania (nihil enim ad nostrum scopum attinget, in Italia alius originem perquirere) autorem agnoscit *Azonom Atrolinam* seu *Essensem*, qui *Cunigundam Welfi III.* (aliis quartus numeratur) filiam duxit, & *Guelficum* jus ac nomen suæ genti intulit. Ex ejus filio *Azone* (secundo matrimonio, ut aliqui volunt, atque ita *Juditha* Conradi II. Imp. filia, edito) reliqui Marchiones orti sunt, qui præter *Atefien* diversis temporibus *Genuam*, *Medolanum*, *Acconam*, *Syracenam*, *Ferrariam*, *Mantuanam*, *Mulinam*, *Regium* & alia tenere: imprimis vero *Ferrariam* Du-



caru tandem claruere, & nunc quoque *Modica* seu *Modens*. Ex primo autem thoro Azo genuit *Welfum*, Henrici IV. beneficio dein *Bavaria Ducem*, expulsum quidem deinceps ob Pontificiarum partium Studium, sed tandem restitutum: successere illi *Welfus II.* & *Henricus niger*, patet *Henrici* cognom. *superbi*, qui praeter *Bavaria Ducatum* etiam *Saxoniaem* 1177. a socio *Lotharo* Augusto concessum tenuit: utrumque vero amisit, cum impetium adversus Caesarem affectasset. Filius eius fuit *Henricus* cognom. *Leo*, potentissimus Germaniae Principum, qui a Rheno ad Albem, à Balthico mari ad Italiae fines, velut Joh. Avent. L. 6. annal. Boic. eloquitur: *Astrupene Adriatico ad sinum Codriam Oceanumque Germanicum*, impetavit, gestis prae terca inclutus, sed tandem ab Imp. Frederico Barbarossa in Comitibus Heibipolentibus 1180. majestatis damnatus & proscriptus est, Saxonia data Bernharo Afcano, Bavaria Ottoni Wittelpachno. Cont. quae de hoc Henrico Leone & causis calamitatis eius, peculiari disputatione, ut solet, magna industria & diligentia tractavit Excellentiss. *Comr. Samuel Schurzleisch*. Reddita demum Henrico in tetpositione foci *Brunsvicum cum Lunaburgo*, Saxoniae Ducatus *Antenapax*, seu potius provinciae, quae ad liberum ac nulli obnoxium Gueltorum patrimonium eousque spectaverant, adeoque proseriptionis formula non comprehensit: ut memoratus Schurzleisch docet. Inter tres filios *Henricus Comitatus Palatinum* habuit, sed per filiam ille translatus est ad *Bavarios*: *Otto* Augusta dignitate ornatus est, & *Wilhelmus* gentem propagavit, genito *Ottone*, qui 1235. *Dux Brunsvic & Lunaburgi* (quae tum primum videntur Imperio facta beneficiaria) creatus est, postquam Imperator juri, quod in Brunsvicum obtinuerat, renunciasset: in hujus filius linea in diversum ire ceperunt, nam à *Joanne Lunaburgica* cepit, sed in ejus proneptibus terminata: ab *Alberto* cognom. *Magno Brunsvicensis* stirps continuata est. Filii ejus, *Henricus mirabilis* ex se dedit *Grubenhagen* stirpem: *Albertus pinguis* reliquam *Brunsvicensim*, patet *Magno* filii, hic *Magno Torquati*. A Torquati filii duobus (*Fredericus* major natus Imperator eligi meruit 1400. sed Francofurti rediens caesus est.) *Bernharo* atque *Henrico* iterum duae lineae ortae sunt *Lunaburgica* & *Brunsvicensis* seu *Guelfoburgica*. Quae in praesens adhuc taculum duravere, sed hac extincta illa sola superest.

Divisiones
plures.

Lunabur-
genic
tum.

§. 11. Uti vero diverse fuerit linea, ita insignium quoque dispositio non una fuit. Examinabimus ante omnia ea schemata, quae in *Sbmachi*, armoriali P. I. p. 5. representantur, & quidem initio illud, quod *Lunaburgici* tamen fuit. Scutum linea una perpendiculari, & duabus transversis, in sex areas distinguitur (*party d'un coupe de dux*.) Prima area *ecceina* retet *leones duos gradientes* (leopardorum ad modum) vel juxta aliorum phrasin, *leopardos*; quos etiam potius sequar, in primis fustigatio Amplissimi & Nobilissimi *Dn. Joh. Henrici Hofmanni*, (qui rerum Serenissimi Domus peritissimus hoc ipsum argumentum insigni opere, cui titulus *Cyren fleitod des Jürstl. Hauses Braunschweig Lüneburg* tractat, & ex eo plurima benevole mihi subministravit, in quibus hactenam) confirmatus, *antecos, lingua & filenlis carulis*. Hos Henrico Leoni donante traditur *Richardus* Rex Angliae fociet. Conf. *Spalat. apud Hortled. de caus. B. Germ.* t. 4. 23. pag. 1492. Et faretur ita formasse eum scutum, cum ex Anglia rediret esse factus, equo Saxonico qui prius clypeum ornabat, & matrimonio Gertrudis Saxonicae (Lothario Augusto ex Supplenbergnis & Quicuriis atque Rixa Henrici Northemii à conjuge Saxonicae Marchionis atque ita symboli illius heredis filia natae) & Henrici superbi Bavariae Ducis huic genti cum ditioribus accesserat, in apicem rejedo, *H. Bunting. Chron. Brunsv.* p. 166. Sed & *leo Aeterna* gentis insignie fuisse perhibetur, ex qua ortus est Henricus. Conf. *Th. Hasing. de jur. insign. c. 6. P. 5. p. 350. 351.* Forte illud etiam non in super habendum, quod idem *c. 6. P. 7. n. 1160. pag. 401.* leonis tectem tanquam vetus Saxonum Saxonicaeque militiae signum & insignie fuisse memorat. Iterum *c. 8. n. 266. p. 357. ex Reuß. & Hanning.* allegat, Fredericum Ottoni, quem Ducem *Brunsvic & Lunaburgi* Moguntiae creaverat, attribuisse arma, quae avus Henricus Leo ex Italia attulerat, duos fulvos leones pro ditione Brunsvigae, & tertium coloris cyanei, quo olim in armis usus Herman. Bilungus Saxonicae princeps. Id 1235. factum est, cum Ducis Saxonicae titulum imita cum Afcanis conventionione abdicasset. Quaequid vero sit de symboli origine, certum est, jam *Brunsvicensim* eo designari ducatum, Brandenburgicae Marchiae, Magdeburgicae & Halber-

Brunsvi-
censis Du-
catus.

Halberstadiensi dia celi, Mansfeldio & Stolbergio Comitibus, Liffeldia, Thuringia, Hassia, Weittalia & Lunenburgio Principatu conclusum. Nomen a *Brunsvico* habet, civitate ampla & satis valida, quæ libertatem adversus Duces diuturna est, nec nisi certo modo illos Dominis agnoscere voluit, non semel ab eis hoc obviola: nuper vero in potestatem principum redacta est. Rationem quod leones gradientes pingantur illam, quam se ipse videtur, tradit *Ag. Gela. de C. A. r. mag. l. 2. l. 4. p. 209. Ab omnibus creditus duos leones pardinos a Richardo Angliæ rege Henrico 1. leen. p. natos, quando omnibus ditioribus ob arrogantiam & ambitionem exutus duos tantum Ducatus Lunenburgensem & Brunsvicensem retinuit. Quare imagines interpretans ex primo, leones non erectos sed humi gradientes & respectantes, duos autem absque, ut is duabus illis provinciis provide magis & circumspicere absq. elatione posteri incedant. Forte non nisi poeta dignum hoc inventum.*

§. III. Alter laterculus aureus corculis sanguineis (alii rosarum solia vocant) spartur, & imprimatur leone caruleo lingua & saleus coccineis. *Th. Heppig. c. 6. P. 5. §. 6. p. 351.* perperam arex album assignat colorem. Primum hæc insignia *Form. Bilingo* ab Ottone I. cum ei Saxoniæ ad *A. bim* vel inferiorem donaret, cuius pars fuit *Lunenburgensis ditio*, data fuerunt: sed qui temporis illius rationem cogitat, aubitandis rationes inveniet: certe eo seculo hæreditaria insignia frustra queriveris. Unde aliqui ex *Cranzio* §. Saxoniæ 18. (conf. §. præced.) dixerit, *Fridericum II. cum Ottone Ducem Brunsvici & Lunenburgi crearet, hunc leonem prioribus adjectisse. Sed cum in veteri membrana Magni Bilingo Saxoniæ Ducis imago pingatur tota armata, dextra gladium erectum, sinistra scutum cum his corculis & leone gestans, galea autem coronata testa, ex qua duæ adverte falces pavonis pennis ornata eminent. Bilingo dicitur planè hoc abjudicare nequimus: inde ex *W. Ultildi Magni* filii jus ad hæc gentem. Eo vero *Lunenburgum* jam notari dubio vacat. Et quidem *Lunenburgum* initio in peculiari linea, quod §. diximus, fuerat: cumque *W. Ultildi* eam morte sua 1359. clauderet, gravi contentioni occasio data est. Duas habebat *V. Vilhelmus* filias, *Elisabetham* *Ottoni Saxoniæ inferioris* Duci & *Matildam Ludovico* agnato nuptas: & quidem initio heredem scripserat *Albertum* Saxonem nepotem 1355. confirmante *Carolo IV. Imperatore*. Dein mutata voluntate alterum generum *Ludovicum Brunsvicensem* ejusque fratrem *Magnum* instituit. Ob quæ bello otto his non prius terminata, quam Magni filii *V. Venceslai* Saxonis filias ducerent. Ita permansit in familia, quod ejus proprium fuerat. Accesserat alia præsentio *Ottonis Com. V. d. decembris*, qui *Mechildem* *Ottonis* (*V. Vilhelmi* fratris) filiam uxorem habuerat, adeoque hoc dotem & alia hereditaria bona ad 100000. marc. argenti puri ei solvenda *V. Vilhelmus* 1357. & 1361. à *Carolo IV.* condemnatus, cumque non pareret in *Bannum Imperii* declaratus, & 1366. ab Episcopo *Mindensi* excommunicationis sententia percutus, atque in eam mortuus est. Duravit vero processus a 1354. ad 1399. quæ non ultima causa crederet, quod dem *Fridericus Brunsvicensis Imperator* electus ab *Henrico Com. V. Valdecio* cæsus sit. Porro includitur *Lunenburgicus Ducatus* Brunsvicensi Principatu, *V. Vestalia*, *Bremenis* diocesi, *Hollatia*, *Megapoli* & *Brandenburgica* *Marchia*.*

§. IV. Succedit tertia areola, quæ secundi ordinis prima est, carnea leonem ar- gentum deferens, lingua coccinea. Sculptoris hic intercessit aliquod vitium. Nam & ille leo, qui in *V. Volfenbuttelio* seuto locum occupat, argenteus est, ita coronatus, qualis & hic esse debet, uti nunc quoque in usâ est. Porro notatur comitatus *Ebersteinus*: qui olim suos habuit Comites, aliquorum sententia (conf. *Rittersh. Tab. Geneal.*) eandem cum *Ebersteinus Sveciæ* comitibus originem agnoscentes: quibus diversitas insignium opponi potest: nescio veto an tatis valide. Porro ex his, qui in Brunsvicensi Principatu vixere, ultimus *Hermannus Comes*, cuius filius *Otto* ob patrum homicidium auferat, circa finem seculi decimi quarti genero suo *Ottoni Brunsvicensi* comitatum legavit. *Hamelmann.* de tam. emort. l. 2. p. 110. tacinus *Ottonis* etiam memorat, sed ob hoc ejectum dicit circa 1425. & *V. Vilhelmum* bellicosum tanquam suum feudum tam amplum Comitatum in *antistia* & *Chinmille*: addit comitatus hujus esse amplissimas Præfecturas, ut *Forst*, *Furitenberg*, *Ottenstein*, *Oßen*, *Grönn*, *Arzem* & *Poll*; deinde civitates *Hamelunga*, *Boemw* eia. Ceterum *Ottoneum* illum homicidam nonnulli factorem constitunt *Comitum Eberstei-*

utorum Pomeraniae, qui à *Neugarten* denominantur, & proxime demum 1663. 3. Dec. in Comite Ludovico Christophoro ultimo inare extincti sunt. Alii eos agnatos tantum Ebersteiniorum Brunsvicentium faciunt, non vero ex ipsis ois. De agnatione dubios non esse sunt insignium identitas: si Ebersteiniorum Neugartenium intuearis seutum in *Wappenb.* P. 1. pag. 17. P. 3. pag. 15. Ceterum modo dixi, Ottoni Duci a conjugè obgitile hunc Comitatum, quod tateur *Henr. Bunting. Braunschweig. Chron.* pag. 236. Idem vero paulo post p. 492. 493. alium titulum allegat, nimirum bello adversus Comitem Spiegelbergensem & locios Comitatum hunc occupatum, & suis adjectum esse à VVilhelino Duce Brunsvicenti: quem, ait idem, primum transfecit, qui titulus eundem suis adscripserit, & symbolum interuenit secuto.

Homburgus.

§. v. Proximus latereculus *rubeus*, sed *limbo ex argenteis & cyanis segmentis composito cinctus* (ein Schachtafel darinn her / oder eine leyte / so in blaue und weisse vier edere felder vertheilet /) continet *leonem aurum lingua & falcibus caeruleis* inmutantem. Ita designatur comitatus *Homburgus*, quondam etiam à peculiaribus comitibus reclus; quorum aliquos recenset *Hamelmann. de sam. emort.* L. 2. p. 117. Hujus comitatus successorem, si hinc matricula progenie *Henricus* Comes extinguetur, *Sophia Abbatisa Gandersheimia* ex Brunsvicentibus, domui huic concecit 1409. apud *Bunting. Chron.* P. 4. p. 584. Ultimum horum, nempe *Henricum* istum, Ebersteinius Comes interpretata trucidavit sed ditionem occupavit cum patruo *Bernardo VVilhelmus senior* Dux Brunsvicentis, de quo §. preced. Unde idem primus cum Ebersteinio simbolo hec etiam suis adiecit. Titulum emtionis allegat *El. Reusner. Basiliæ. Geneal.* p. 418. his verbis de *Bernardo*: *Comitatum Homburgensem cum omnibus episcis, arcibus, pagis & vicis eius ab Henrico Comite à raris. A. C. 1409.*

Com. Hohen.

contractu matrimoniali Hugonis Dn. de Bournonville & Jolande Dn. de *Leunies*, cuius illud *deus* fuerit.

Ducis Am-
brofii feu-
tum majus

§. vi. Plenus scutum Serenissimo Duci *Ambrosio* adscribit Sammartha. l'est. de la 1r. pag. 330. cuius medio illa gentilis incubat parmula. Ipsum scutum quadratum est. Primus quadrans *caeruleus septem numos byzantinos aureos* 3. 3. 1. continet, *cephalo feu vno ejusdemmetalli*: que tertia est *Melodunie* gentis, de *Melun*. Secundus quadrans iterum *quadrifidus prima & quarta arcobis bipertitis hinc duodecos cantherios aureos & rubeos Fomondanos*, illhinc in *argenteo solo datus fascies alternatim utrique pinnatas rubeas Arcubis* porum defert. secunda vero & tertia *leones hinc aurum in caeruleo Geldricum*, illhinc *morum in auro luctacissem* continet: toti huic quadranti imposita parmula quadrupeta ex *Lucenburghis*, videlicet *leone rubeo in argenteo*, & *Baleis* (Balk) stella 16. radiorum argentea in medio, s. in *bolis*: Tertius quadrans quadrupetum *Palatinum aurum conatum leonem in solo nigro*, & *Barbaricos laser culos rhombis argenteis atque caeruleis virgatos* exhibet. Ultimus quadrans *Montmorantiorum cruce* & *aquilas* ostentat.

Avi & avie
Ducum

§. vii. Intelligendis his laterculis Ducum avos aviasque intueri necessesse est

Alexander, Ambrosius & fratres DD. de Bournonville.	Alexander Dux de Bournonville E. A. V.	Odoardus de Bournonville Com. de Hennin.
	Anna de Melun Pr. d'Espinoi.	Petrus de Melun Pr. d'Espinoi.
		Hippolyta de Montmorency de Bours.

Rationes
arcolarum

Itaque symbolum *Melunacum* asumptum est ob aviam paternam *Egmondana* tertia inferitur: rationes autem, ob quas *Egmondano* scuto alii laterculi inserti sunt, reperantur ex L. i. c. 21. ubi illud consideravimus: *Palatino Bar. n. cum deus* referendum est ad *Maria Christina Egmondana* matrem *Savina Com. Palatinam Rhemi & Bavaria Ducum*, *Fridericus III. Electoris* sororem, *Lamorali Egmondani Princ. Gaueræ* uxorem. Ultimum *Montmorencium* symbolum ab avia materna adsciscitur.

Apex.

Telamones.

§. viii. Huic clypeo imponitur galea coronata, ex qua emergit *leo aureus*, ut *Sammarthanus* ait, sed potius *argenteus* juxta *Chifflet*. insign. Eq. A. V. num. 373. scutario similis. Lacinae sunt *argenteae & nigrae*. *Telamones* asumpti duo *leones aurei*, uterque vexillum, dexter veteri *Burnonvillia* testera ornatum, que fuit in auro (ita supra ex *Carpenterio*: *Sammarthanus* hic alterum mavult metallum) *tria cochlearia nigra*, quoad *levam* est, novo *Burnonvillio* symbolo, *leone*, scilicet, pictum gestantes.

Tituli.

§. ix. Titulum Serenissimi Ducis *Alexandri* illum apud *Buechnum* video: *Dux de Bournonville & Princeps, Hennini Comes, Caumonti Baro, Ranchicourt, Divionis, Bondu, Dimsic, &c. Dominus*. Fratri ejus *Ambrosio* ille datur, *Dux de Bournonville, Vicecom. de Barlin, Baro de Houllafort, de Hourée, de Capres, de Divion, de Ranchicourt, &c.*

Rationes.

§. x. Quod *Ducatum* attinet, *Henricus IV.* illud axioma contulit, diplomate in eam rem dato 1600. & 1603. De Comitatu *Hennini* non succurrit, quomodo familiae allatus sit: sicuti nec de aliis quibusdam. *Ranchicourt* est ab *Anna de Ranchicourt Guidonis* conjugis, ut & *Divion*, atque *Vicecomitatus* & *Baronia de Barlin*: *Baronia de Houllafort* obigit ab *Isabella des Prets* filia *Joannis* ex *Magdalena de Houllafort*, *Joanni Bournonvillio* nupta, a qua etiam *Capres* allatum.

CAPUT XI.

Du Cambout. Dux de Coislin.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Apex. Telamones.

4. Tullus.

§. i. Cambou-

§. I.

Camboutiani Illustrissimam familiam *le Labouerius* & ex eo *P. Anseau* deducunt à *Joanne Du. du Cambout* Joannæ Rohanæ marito, patre *Atani* M. Magistri aulæ Ducis Britannæ, avo *Stephani*, proavo *Joannis* iterum aulæ Mag. D. Britannæ, abavo *Joannis* eadem dignitate incluto, atavo *Alani*, tertio *Renati*, qui Magnus venator Britannæ fuit: hoc natus præter alios *Philippus* Dominorum de *Bais* autor & *Franciscus Du. du Cambout* & de *Coislin*, qui 1625. ætatis 81. anno excellit, maritus *Franciscæ du Pleffis*, Cardinalis Richelieu amicitæ. Hic pater fuit *Caroli* & *Ludovici*. *Ludovicus* tenuit Dominos de *Beçay* & de *Carcheil*: *Carolus* Gubernator: *Stetiæ* & interioris Britannæ locum tenens generalis 1638. extinctus, ex *Cesire M. de Coislin* 1641. præmortuo, nepotes reliquit *Joannem Armandum* & *Petrum*, hunc Episcopum *Aurelianensem*, illum Ducem de *Coislin*, patrem *Petri* Marchionis de *Pontchasteau*, *Armandi Hieronymi* M. de *Rochebernard* & aliorum.

§. II. Familia utitur clypeo rubeo, exatato tribus fasciis, argento & cyano duplici tractu tessellatis. Scutum.

§. III. Scuto insitit galea coronata, & super eam exsurgit mus ponticus naturalis habitu pictus. Ilaciniæ sunt argenteæ, coccineæ, caelestina. Telamones assistunt pariter duo pontici mures. Apex. Telamones.

§. IV. Titulus est: *Du Cambout Dux de Coislin seu Coislin, Par Franciæ, Comes de Crecy, Br. de Pontchasteau & de la Rochebernard*. Ex his *Coislin* accessit ex matrimonio *Renati Camboutii* & *Franciscæ* filia *Francisci Baye* Du. de *Merionec* ex *Joanna Chauvin Domina de Coislin*. *Pontchasteau* *Franciscus* sibi comparavit. De reliquis mihi non constat. Quod vero *Ducalem* dignitatem attinet, ea in curia confirmata est 1665. Idem vero *Ducatus* est, qui prius Dominio *S. Lichaud Villemor* in gratiam *Petri Seguierii* Cancellarii Ducis de *Villemor*, Cancellarii *Franciæ* annexus erat; & illo titulo demum *Joh. Armando* ejus nepoti ex filia concessus est. Titulus.

CAPUT XII.

Com. de Castel.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Familia ex Ducibus Franconiæ, Com. Rotenburgen. Lineæ. | 3. Scutum. |
| 2. Castellæ, Norici Comites cum his consue. | 4. Apex. |
| | 5. Titulus. |
| | 6. Scutum aliud, Castellavorum Noricorum. |

§. I.

Illustrissimi Comites *Castellani*, qui secundum inter *Franconiæ* Comites, proximum nimirum post *Hohenloicos*, locum obtinent, originem suam reterunt ad veteres orientalis *Franciæ* seu *Franconiæ* Comites. Ita *Celeber*, *Nicol. Rottershius* ordidit eorum seriem à *Gosberto*, quem *Bucelinus* *Gozbaldu*m vocat, *Franconiæ* Duce, qui 696. decessit, patre *Gosberti* Ducis & *Cunberti* Com. *Rotenburgenfis*: quorum hic *Hertani* ultimi *Franconiæ* Ducis 740. extincti, (post ejus mortem *Hippinus* Ducatum filio *Carolo*, dein Episcopatu *Herbipolitano* dedidit perimetur), ille *Fuad plz Com. Rotenburgenfis* pater fuerit: inde *Rudolphi* filium *M. Arnan Inm Com. Rotenburgensem* & *Castellanum*, *Hertani* filiam *Armaniam* seu *Imaniam* duxit: quibus parentibus nascunt *Arnoldus* Com. *Rotenburge* (à quo forte *Rotenburge* est reliqui Comites, quorum Genealogiam sed valde maneam recenset *Hennings* *Histor. T. 3. P. 1. p. 408.* quique uti sunt in palma *caerulea cantherio aureo*, cujus siliquium caput *rotis* ex eodem metallo *meridiet.* *Wavenb. P. 2. pag. 17.* Apex autem erat p. nullo *caeruleo* insitens columba candida alis ad volatum expansis, ob quam etiam sunt teste *Hexning.* *Domini d. Colunni.* His insignibus jam uti collegium *Chambo* *7. 1. 1.* autor est *Heping. de Jur. Jusse. 8. n. 29.* & *Marquardus* primus *Com. Castell.* qui 828. decessit, ex filio *Burchardo* gentem præparavit: *Burchardi* nepos est *Philippus*, quem ut 942. imperium obtinuisse, quod legitur alibi non memini, licet primo illo *Ottonis* M. Familia ex Ducibus Franconiæ
Com. Rotenburge.

potere certum sit, plures in imperio ortas esse turbas. Philippo trinepotem *Rupertum II.* assignat, qui 1168. sub Indemio Barbarossa primus factus ut *pincerna Hero volitans*, (*Spang. nb. Chron. Henr. v.* tamen a Pipino hoc officium demandatum Castellanis perhibet.) Secum sunt oratione reliqui Comites ad nostra usque tempora. *Georgius* Marecallus atque *Ludovicus* Electoris Palatini communis per filios *Wolfgangum* & *Godofredum* pater sint duarum linearum *Ren. 10. 2. 15* & *Rudolphus*, quarum unam filius *Wolfgangi* *Georgius*, hanc *Georgius* videlicet contulit.

Linea.

Castellæ
Norice
Comites
cum his
contulit.

§. 11. *Aham* Genealogiam necit *Lazius de migr. gent. L. 7. pag. 328.* & ex eo *Henninges*. Sed videntur confundere Comites *Castellæ Franconice* & *Norice*. Ad hanc enim plerosque spectare credo, quos cum *Sulzbacensibus* ejusdem proleptate faciunt; fatore constituto *Ernejo* ex *Scelandia*, qui ob maris mundanionem profugus, cum uxore, supellectili & aliquot colonis in *Noricum* venit, & castellum tribus lacellis, ad totidem fontes singulis, conspicuum extruxit circa 975. Hunc suspicantur patrem *Fridericum* Castellani & *Godardi Sulzbacensis* Comitum. Ad hos etiam vix dubium est, quod sit *Fridericus II.* filius *Hermannus*, qui arcem Castellæ in monte *Castelberg*, à tribus arcibus cognominato 1098. in cœnobium *Benedictinum* commutavit, cujus etiam filius *Otto*, dem *Hersberg* & *Heiberg*, ad finem perduxisse scribitur paternam fundationem. Ad *Franconicos* vero nostros Comites spectare videntur *Stuezo*, qui cum aliquo fratre *Friderico* conditus sit in *Eboracensi* *Cisterciensium* apud *Francos* cœnobio, in quo & alii ex *Franconica* stirpe conditi teste ex *Bruschio, M. Zaler. itin. Germ. P. 2. p. 170.* tum *Rupertus* cum fratribus *Hermannus* atque *Adalberto* circa 1149. *Wilhelmus*, qui 1460. Joanni Episcopo *Herbipolitano* comitatum vendidit, & eundem perpetuo jure feudi a cathedra posteris suis accipiendum sanxit: *Joannem*, qui cum filius 1510. vixit. Has vero duas familias isti auctores in unum confundere videntur, cum tamen distincte sint, & prior *Castellæ Noricæ* diu appareat defecisse. Cœnobium tamen ad fl. *Luteram* in superiori *Palatinatu* adhuc extat, sed legi seivitis jam appropriatum est.

Scutum

§. 111. Modernorum Comitum *Castellæ Franconicæ* (quam ad differentiam alterius *Noricæ* in superiori *Palatinatu* aliquando *Obin-Castel* legi nuncupatam) scutum ex antiquitatis more simplex est, quadrifaria sectione argento & minio, qui *Franconici* colores veteres facere, tinctum.

Apex.

§. 1v. Galeæ incumbit pileus acuminatus, cum ora reducta iisdem scuti coloribus quadrifertum pictus, corona aurea & super eam pennis pavonis (*Henning*, eas in plumas struthionicas convertit) fastigiatus. Lacinix dependent argenteæ & coccineæ.

Titulus.

§. v. Titulus item simplex est: *Comes & Dominus in Castellæ*. Ex *Bucelini* tabula in *Ger. T. II.* inserta video duodecimo, decimotertio & quarto titulis illos addidisse *D. i. gratia* *Comes in Castellæ*, usque ad *Wilhelmum*, qui 1479. decessit.

Scutum
aliud
Castellæ
natum
Noricæ
tuum.

§. vi. Aliud Castellensibus comitibus *Wapenb. P. 2. pag. 11.* datur scutum, vid. licet extruleum tex filis argenteis 3. 2. 1. in tinctum, quibus etiam in apice jugum alarum complicatum superbit. Hanc tesseram non dubito assignare *Castellensibus Noricis*, de quibus modo §. 2. diximus: quia *Sulzbachus* & *Amerthalus* comitibus simile *Wapenb.* assignatur, coloribus tantum variatis: illi enim totidem lilia argentea pariter ruber, hi nigra argenteæ inscribent; quod eadem pagina videre licet. Hos autem ex gente *Castellensium Noricæ* fuisse supra didicimus, & P. 1. cap. 8. pluribus exemplis edocti sumus, sæpe ejusdem gentis ramos illo distinguendi modo ut solitos fuisse.

CAPUT XIII.

Bar. de Clam.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---------------------|
| 1. Bar. de Clam ex Carinthia in Austriam. | 2. Scutum. Nopping. |
| | 3. Perger de Clam. |
| | 4. Galea. |

§. I.

Illustres de Clam Barones, prius dicti Perger de Clam, ex Carinthia in Austriam ve-
nere, & sub Ferdinando I. ab Hardeceis Comitibus 1524. Clam acquisiverunt. Bar. de Clam ex Carinthia in Austria.
Eorum aliquot graduum Genealogiam describit *Bucelinus German. Tom. 3. pagina 19.*

§. II. Eorum scutum exhibet *Salmach. Wapenb. Pl. pag. 34.* quadripartitum. Scutum.
Primus & ultimus laterculus *diagonali dextra linea* secatur: priori parte *nigra* altera *argentea*. Hæc tessera (quam *Bucelinus* illis gentilem tribuit) est familie *Nopping-
gia Bavarica*, ex qua *Christophorus Perger de Clam* & *S. Pantaleone*, qui 1532. Nopping.
obit, uxorem *Walpurgam* habuit. Stirpe verò hæc extincta *Ferdinandus Pergeris* jus
hujus symboli & rubra cera signandi concessit.

§. III. Alveolus secundus & tertius, qui *Pergerorum* familiaris est, auro tin- Perger de Clam.
gitur: in eo ex tribus rupibus suo colore pictis, quarum media reliquas supereminet, emergit puberulus virgo sylvestris pilis viridibus (*schwarz-grün*) aspera, capillis aureis volitantibus, laurea corolla redimita, dextera nigrum cornuum cervinorum jugum sursum protendens, sinistram lateri admoventem (*die lincke Hand an die seite spreuend.*)

§. IV. Galeæ scuto insistent dux coronatæ: prior sustinet alam diagonaliter Galea.
ex nigro & argenteo sectam; posterior ex rupibus exurgentem virginem nudam scutariam. Laciniæ sunt circa priorem ex argenteo & nigro: circa posteriorem aureæ & atræ.

CAPUT XIV.

Domus Cordub. Duces Sese, Segorbia, Cardona, Fera, &c.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Familia. Deductio Genealogica. | 9. Tabula progenologica. |
| 2. Scutum Comitis de Fera. Figueroa. | 10. Scutum Ducis Cardona & Segorbia. |
| 3. Coramba. | 11. Ratio laterculorum. |
| 4. Manuel. | 12. Ducis Cardona & March. de Comares. |
| 5. Pontis de Leon. Tabula progenologica. | 13. Rationes areolarum. Cardona. Aragonia. Urgelitanus Com. Parlas. |
| 6. Apex. | 14. Tab. Geneal. Cardonenfis. |
| 7. Scutum Al. de Priego. Ribera. | 15. Duc. Cardona & Ducis Fera. |
| 8. Ducis de Sesa. | 16. Ducis Sese. |

§. I.

Cordubensis familia inter Hispanas illustres ex nobilissimis est, & in Galicia sub Familia.
nominebus de *Tomez* & *Chantada* floruit: inde *Corduba* Mauris erepta nomen
mutavit, & sedem in Beticam transtulit. Ea in aliquot lineas divisa metetur luc
compendio exhiberi, usum in sequentibus futura.

Alfonfus Fernandez de Corduba Dn. de Cagnete, qui testatus est 1325.

Deductio
Genealogica.



Scutum
Comitis
de Feria.

Figueroa.

Corduba.

Manuel.

§. II. Hujus Cordubensis nominis quinque equites aurei velleris Joh. Jacob. Chiffletius producit, & eorum scuta describit: quos ordine videbimus. Primus est *Petrus Fernandez de Corduba Comes Ferris*. n. 209.) qui quidem ex alia familia fuit, sed hoc nomen à matre assuntit. Ejus scutum transverse bipertitum est. Caput duabus perpendicularibus lineis iterum in tres regiones distinguitur. Primus alveolus aureus solis quinque ficulneis prae fixis decussatim dispositis imprimitur: quod ipsi inigne fuit gentile. Gentem hanc *Svareciam de Figueroa* (unde alitum ficulneis totius) derivare solent à *Laurentio Domino de Zafra & Feria* sub Henrico II. Joanne I. & Henrico III. regibus, qui Magister Ord. S. Jacobi 1409. gloriolus dececit. Ceterum pater hujus Petri Laurentius fuit Comes de Feria, Garsia & Maria Toletana natus.

§. III. Area proxima aurea triplici cocineis fasciis exaratur, quod dicitur ipsorum *Cordubensium* est: a Petro autem adscitum, jure *Catharinae* matris, Petto Fernandez de Corduba M. de Priego ex Aguilario ramo nata. Ea enim successione Prieganam marito attulerat, quod in tabula vidimus.


§. IV. Alveus tertius capitis quadripartitus est ex *Manuelica* & *Legionensi* testera: quorum illa exhibet in solo rubeo manum dextram coloris naturae auro alatum, nudum ensim auro instructum tenentem: Haec leonem rubcum auro coronatum in scuto argenteo. Jus hujus symboli est à Petri proavia materna *Maria* filia *Petri Manuelis*, Dn. de *Montalegre*, conjugis *Laurentii Svarezi* Comitis de *Feria*. Ceterum familia *Manuelica* gestabat praeter manum (quae videtur paronomasia longius repetita ad nomen familiae respicere.) Legionensem illum leonem: quia originem refert ad Ma-

2. d. Manuelem seu Emanuelem infantem Hispanie Ferdinandi Regis Legionis & Castellæ filium, Altonsi qui ad Romani Imperatoris fastigium elevatus est tratem.

§. v. Scuti inferior pars iterum bipertita est, ita ut alterum latus *Legionensis* Leonem, alterum *Aragonicos palos* contineat, tota vero circumdatur limbo extenuato octo parvulis aureis zona cyanea exarata impresso, quæ *Biduria* tessera est: Omne vero hoc *Pontiorum Legionensium* est gestamen. Cur vero Petro illud assignetur symbolum, non plane perspicuo, nisi a conjuge assumit, vel potius hinc hoc quam patris scutum fuerit. Cujus illi maiores tuere

Pontus de Leon.

Tabula pignologica.



§. vi. Scuto huic insidit galea torque spirali testæ, è qua exoritur aquila nigra Apex auro coronata, laciniis dependentibus aureis & coccineis.

§. vii. Patum differt ab hac dispositione, illa qua usus est *Alfonso Fernandez de Corduba & Figueroa Marchio de Priego & de Montalvan* apud *Christi. tom.* ex Cordubentibus quintus num. 364. Cum enim bis sectum sit transverse scutum, caput *Cordubensi* tessera repletur, pes scuti *Pontio-Legionensis* symbola continet, fascia bis perpendiculariter secatur, atque inter symbola hinc *Svarezi-Figueroense*, isthinc *Manuelio-Legionensis* quadripartitum disposita; medio loco *duos Riberiorum*, quod est latereculo auro fascia prafina triplex inducæ. Ratio reliquorum facilis est, si cogites, eum Laurentii Svarezi Com. Fernani, ex Altonso filio atque Petro nepote pronepotem, nec non ejusdem Laurentii ex filio Petro, & hujus atque Annæ Pontæ filia Catharina, quæ Petri mater, atque Altonsi istius avi matris, abnepotem fuisse. Ribera autem fasciæ assumit ob matrem Joannam Henriquez de Ribera ex Ducibus Alcala.

Scutum M de Puc. 20.

Ribera:

§. viii. Secundus quem enumerat *Chifflet.* (num. 215.) fuit *Constan. Fernandez de Corduba, Dux de Sese & Terranova, Comes de Cabra.* Hujus scutum fuit transversa una & tribus perpendicularibus lineis in octo areolas divisum. Prima areola quadrupertita fuit ex *Cordubensi tessera* (videlicet auro tribus fasciis rubeis inducto) & *Castellana* (quæ est rubea micripto castello auro aureo) secunda est *Zuagana* (quæ constat areola argentea baltheo nigro exarata cum catena aurea octo annulorum ad oram impressa.) Tertia erat *Gusmaniana vetus* (nempe cyanea cum alenis duobus aureis; limbo ambiente coccineo, cacabis aureis impresso.) Quarta *Gusmaniana*

Ducis de Seta.

Ayamontia (iterum cyanea cum ahenis duobus aureis, margine Castiliae castellis & Legionis leonibus ornato.) Quinta quae inferioris ordinis prima est, *Cer. Lannum* continebat *δύο* (hoc est, quadrifaria dispositione prima & quarta regione bipertita Castellani castrum in rubeo aureum, atque leonem Legionensem coccineum auro coronatum in argento, secunda & tertia cerulea tria lilia rubea Francoica referens.) Sexta *Mendozinum Ducum Infantatorum* del Infantadgo, quod est decussatum quadripertitum, in summo & imo prasino baltheum dextrum aureum tertia coccinea impressum, in lateribus aureis voce angelicas literis cartuleis ad oram inscriptas, ad dextram AVE MARIA, ad sinistram GRATIA PLENA exhibens.) Septima *Figueronum* (quod §. 2. diximus aureum cum quinque foliis prasinis ficulneis in decussum dispositis.) Extrema demum *Henriquezinum* nempe areolam a tummo bipertitam, utrinque castello Castellano latera rubea ornante, in imo rotundatim lacernatam argenteam cum rubro leone Legionensi.) Toti imponebatur *Cordubiensis* parmula aurea cum tribus tateis minatis. Demum limbus scuti angularibus quadris Castellanis & Legionensibus ornabatur. Scuto verò miscebatur galea coronata cum phaniee diversicoloribus pennis ornato & in mediis flammis constituto Lacinae dependebant ex auro & imio.

§. IX. Horum laterculorum ratio ex avis Consalvi repetenda est

Tabula
progonologica.

Consalvus Fernandez de Corduba, D. de Seta. † 1526. 1606.	Ludov. de Corduba Dux de Seta. † 1526.	Didac. Fernan. de Corduba Com. de Cabra.	Didacus II. Fernan. de Corduba, Com. de Cabra.	Didacus Fernandez I. de Corduba, C. de Cabra.	
		Maria de Mendoza.	Francisca de Zuniga & Cerda.	Didacus Lopez de Zuniga. Joanna de Cerda. Inicus Lopez de Mendoza, M. de Santillana.	
	Elvira de Corduba D. de Seta. † 1515.	Magnus de Corduba, D. de Seta. † 1515.	Brianda de Luna.	Didacus Lopez de Mendoza D. del Infantadgo.	M. de Santillana. Catharina Svarez de Figueroa. Jehan. Hurtadus de Mendoza.
			Maria Manrique.	Petrus Fernand. de Corduba, Dn. de Aguilat.	Petrus Fernand. de Corduba, Dn. de Aguilat. Leonora t. Caroli de Arrellano, Dn. de los Cameros. Petrus Nunnez de Heitera, Dn. de Pedrazza.
	Elvira de Corduba D. de Seta. † 1515.	Magnus de Corduba, D. de Seta. † 1515.	Elvira de Herrera.	Elvira de Herrera.	Dn. de Pedrazza.
			Maria Manrique.	Fridericus Manrique.	Mantique.
		Beatrix de Figueroa.	Beatrix de Figueroa.	Figueroa.	

Ex his de ratione symbolorum Cordubensis, Zunigani, Cerdani, Mendozii, Figueronani facile constat: de Gulmannis & Henriquezio alis cogitandum relinquo.

Scutum
D. de Car-
donæ &
Segorbie.

§. X. Tertius est *Alfonfus de Corduba & Aragonia Dux Cardonæ & Segorbie*: Huius scutum apud *Chiffet*. n. 216. quatuor constabat palis, quorum primus *Aragonis* symbolum referebat, videlicet in aurea area quatuor palos rubeos, secundus secutus *est illum* Castellani superiori parte, interiori leonem *Legionensem* continebat, tertius *scutum* (quod est laterculus in decussum quadripertitus, in imo & tummo auro inscriptos palos quatuor coccineos, in lateribus argenteis aquilas singulas nigras auro coronatas continens,) quartus *Cardonius*, miniatas tres carduos aureos foliatis representabat. Ex galea coronata erumpebat draco volans aureus. Lacinae item erant ex auro & cocco.

Ratiola-
terculo-
rum.

§. XI. Porro hic Alphonsus non fuit ex Cordubensi familia sed ex *Aragonia*, filius *Henrici Aragonia Ducis Segorbie* ex Guimara de Castro & Norogna ex Portugallis, cujus pater *Henricus Aragonia infans M. Villena* Catharinam Henrici Castellani

Castellani Regis filiam uxorem habuit, ipse filius Ierdnandi iusti Regis Aragoniæ & Siciliæ, nepos Joannis Regis Castiliæ & Legionis ex Leonora fil. Petri Aragoniæ & Siciliæ regis. Ex qua deductione laterculorum ratio evidens est, excepto Cardonæ, quem à conjugè *Ioanna I. Ferdnandi Raymundi D. Cardonæ* alimuisse videtur, quod ab ea Ducatus ei obigerit. Unde autem ipsi Cordubensè cognomen acitum sit, neutiquam capio.

§. xii. Quartus est *Didacus Fernandez de Corduba Dux Cardonæ, Marchio de Comares*. Eius num. 258. *Chifflet.* scutum ita describit, quod fuit transverse bipertitum; summum iterum ad perpendicularum tritatum divisum, ex lyn bolis *Aragonico, Castellano*, cum supposito *Legionensi*, & *Siculo*: innum autem ab summo bipertitum: ita ut prior laterculus, denuo tamen bipertitus, hinc exhiberet decussatam sectionem in superiori scima parte *palos Aragonicos*, in laterum dextro testera *Cardonæ* inscripta, in sinistra *Andinâ priori*; isthinc alia decussata sectione iterum *Aragonicos palos*, laterum utroque testellis aureis & nigris impleto, quod est *Urgetitanum* sibiolum: Alter laterculus, qui scuti extremus erat, *Paulinus* scia *de Paulis*, representabat in auro aquilam bicipitem nigram, cuius pectori appictum scutulum cocineum, stipulis (*sistus de palle*) tribus aureis oblique dextrorsum collocatis impressum. Denum toti imponebatur *Cordubensè* scutulum. Apex erat super galea coronata futa erumpens, surva tota: laciniæ ex auro & nimo.

§. xiii. Laterculorum horum ratio illa est. Medium scutulum designat ipsam gentem *Cordubensim*, ex qua hic *Didacus*. Reliqui laterculi omnes sunt ab uxore *Ioanna Aragonica Ducissa Cardonæ & Segorbiæ* adsciti: & quidem tres superiores alveolos ea à patre habuit *Alfonso*, de quo §. ii. diximus: duos vero interiores à matre assumit *Ioannâ Ducissâ Cardonæ*, unde apud eundem *Chifflet* num. 156. *Fernando Remonsolek* seu *Reimundo Folckio* Joannæ patri idem duo alveoli sed dispositione quadripertita attribuantur. Ratio vero gestammum illa videtur. *Aragonio-Cardonæ Andinam* areolam puto esse ex matrimonio *Hugonis Comitis Cardonæ & Blantæ Raymundo Berengario infante Aragoniæ*, atque *Blavca Andina* filia *Philippi Ducis Tarentini* despota *Romanæ* ex *Andinis* natæ. *Hugonis* filius *Johan Raymundus Folch Cardonæ* Comes iterum ex *Aragonis* duxit *Ioannam* filiam *Alphonii Aragoni Ducis Gandiæ*, sed ex hoc matrimonio ad *Andina* hila nullum jus. *Urgetitanum* sibiolum est ex conjugio *Ioannis Raymundi III. Com. Cardonæ & Ioannæ Petro Aragonio Comite Urgetitano* natæ, cuius avia *Teresia* f. *Gombaldi Entenzæ* comitatus *Urgetitani* heres fuerat. Quod atinet *Paulinum dâyuz*; notavi quendam *Borllum Com. Palitariensem* fuisse patrem *Lupi* avum *Suniatii Comitis & Marchionis Pallariæ*, cui è conjugè *Theuda* f. *Ramundi C. Ripacurtii* (cui ipsi tamen idem *Pallarium* titulum video assignari) suscepit *Raimundum* Comitem, hic abum *Raymundum*, & matrem *Valentia Arnaldi Myronis Vicecomitis Ageri* filie, quibus natus *Petrus Comes*. Forte ultimus recte lineæ fuit *Arnoldus Rogerius* comes, pater *Sbylla*, quæ *Hugoni Mataplano* nupsit, & ei peperit *Arnoldum Rogerium Comitem Palitariæ*, qui *Utracam Entenzam Urgetitanam, Teresiæ reginæ* sororem, in matrimonio habuit. Unde forte cum *Urgetitana* successione simul hæc etiam areola domui obtingit.

§. xiv. Cum *Cardonensis* *Folckia* familiæ (à quodam *Huzone* ortæ, qui ex *Franciâ* in *Cataloniâ* venit. jin §. præcedenti facta sit mentio, in pote cuius successio ad *Cordubentes* delata est, operæ pretium fuerit, partem ejus *Genealogiæ* hic adscribere.

Ducis Cardonæ & March. de Comares.

Rationes areolarum

Cardonæ.

Aragonis.

Urgetitanus Com. Paulis.

Raymundus IX. Folch Vicecomes Cardonæ, cognom. Proombre.
Uxor Maria Alvarez de Haro Com. de Lerin.

Raymundus X. Vicecom. Hugo de Cardona Admir. Aragoniæ. † 1334.
Uxor Maria de Canellas. † 27. Uxor Beatriæ de Angletola.

Hugo 1335. primus fit comes Cardonæ a Petro R. Aragon. † 1409.
Uxor Blanca f. Raymundi Betengarii infantis Aragoniæ.

Joh. Raymund. Folch. C. Cardon. Antonius C. de Hugo B. Petrus com. de Colh.
cogn. Cap. S. Joh. Bapt. Calatebellotom de Bel- sano protrex Sici-
Uxor Joanna f. Alfonsi Aragon. D. Sicil. A quo payg. liz 1446.
Gandæ M. Villenæ. linea.

Joan. Raym. 2. Folch. com. de Cardona Jacobus Hugo de Car- Artali. comes de
& Prades. Cardinal. dona. Colifano.
Uxor Conſalva Ximenez f. Sancii Xime- † 1466. Uxor Blanca Petrus 2. comes de
nez de Arenos, heres comitatus Pr. Navarræ. Colifano.
Prades. Autor lineæ.

Joh. Raym. 3. Folch. com. de Cardona & Anto- Petrus Archi- Artalis com. de Co-
Prades, Prorex Siciliæ. † 1479. nius. episc. Tarra- lufano, Conestabil.
Uxor Joanna Aragonia, f. Jacobi com. conis. & Admiralis Sicil.
Urgelitani. † 1415.

Joannes Raym. 4. Folch. fit Dux 1491. † 1510. Fuit etiam Marchio
de Pallas.
Uxor Aldoncia Manrique, f. Friderici Henriquez Admitalis Castil.

Ferdinand. Raym. Folch. Petrus Alion. Antomus Pro- Ludovicus Henricus
D. Card. fit Conestab. Gubern. ius. rex Sardin. † Archiepisc. Cardinal.
Aragonæ. Catalan. 1533. pater Jo- Tarracon. † 1530.
Uxor Francisca Manri- autor li- annis. † 1532.

Joanna heres Ducatus Cardonæ. Maria com. Altonsa com. Anna com.
Uxor Alfonsi Aragon. D. Segorb. mater Olivæ. Lerin. Aytonæ.
Francisci Aragoni Ducis Cardonæ & Segor-
biæ, qui † 1575. & Joannæ, quæ marito Ferdinando de Corduba,
M. de Comares successorem attulit.

§. xv. Præter istos à *Chiffletio* enumeratos *Sammarth.* f. est. de l'Esp. duos ad-
dit, postid tempus Equitibus A. V. associatos pag. 118. *Ludovicum Raymundum* d' Ara-
gon, Folch, Cardona & Corduba, Ducem Cardonæ, Segorbæ, Lermæ & Cex, M.
de Comares, de Pallas & de Denia, com. d' Ampurias, de Pradez, de Santa Gadea &
de Buendia, Vicecom. de Villamaçar, qui sex titulis inter Grandes Hispaniæ nume-
ratur, Magnus Aragoniæ Conestabilis est, & 1665. tanquam Decanus Ordinis Eq. A.
V. Carolo II. Regi collare velleris induit: & p. 131. *Ludovicum Ignatum Fernandez*
de Corduba, Figueroa & Aguilar, D. de Feria, M. de Priego, de Montalvan & de Vil-
lalva. Ille filius fuit *Henrici* Ducis Cardonæ & Segorbæ, quem in tab. num. 1. vidi-
mus. Hic ex posteris *Laurentii* com. Fernæ est, in quem successorem tamen Priegii
transiisse diximus; unde eadem utitur dispositione, quæ §. 7. March. de Priego assi-
gnata est, apud *Sammarth.* f. est. p. 48. Ille verò prior (Dux Cardonæ) filiam reliquit,
apud *Sammarth.* p. 44. *Catharinam* de Cardona, d' Aragon, de Corduba, de Sandoval,
Ducem Cardonæ, Segorbæ, Lermæ & Cex, uxorem Joh. Cerdani D. Alcala. Hujus
scutum eodem modo format *Sammarth.* p. 44. uti supra §. 12. descriptum fuit scutum
Didaci Ducis, eo excepto, quod Cordubensi sÿmbolo subjicit *Comarense* sÿmbolum, quod
constat argenteo latetulo representante regem Maurum cyaneo amictu, aurea

catena

catena revinctum. Apicem assignat leonem purpureum coronatum & falcatum auro, adversa fronte, sed vultu femineo, confidentem : laciniis cocco & auro tingit.

§. XVI. Idem p. 40. 41. recenset scutum *Antoni Ferdinandi de Corduba, de Cardona, & Aragon, Ducis Sese, Somae, & Baenae, Com. Cabrae, March. Pozae, &c.*, qui nepos est *Beatricis*, in quam Cabrensem ramum desinisse num. 1. vidimus. Huic dat bipertitum scutum. Prior pars quadripartitum exhibet in 1. laterculo, decussatim in summa & ima regione *Aragonicos palos*, in dextro latere carduos *Cardonios*, in sinistro *Andina lilia*, in secundo *Cordubense* symbolum cum *Comarensi* subiecto, in quarto tripartitum *Arizonum, Castellanicum*, cum subiecto *Legionensi, Aragonio-Stulium*. Tertium quadrantem non satis exprimere novit, nisi quod in eo quatuor fasciae conspiciantur, subiectis tribus palis, in altera partitione tribus apparentibus rochis laterculariis (Forse haec insignia sunt familiae *Angresola*, ex qua avus laicus Ferdinandus fuit) Altera scuti medietas aurea quinque stellas caeruleas in decussim trajectas exhibet, notam familiae *de Roxas*, ex qua eius mater *Maria March. de Pozas* oriunda fuit. Apex est coronata galea impositus phœnix diversicolor in flammis constitutus. Laciniæ ex auro & cocco.

CAPUT XV.

Cossii Duc. de Briffac.

ARGUMENTUM.

1. *Familia origo. Successio.*
2. *Scutum. Cossiarum divisa.*

3. *Apex.*
4. *Titul.*
5. *Com. Cossii scutum.*

§. I.

Illustriissima *Cossiorum* familia refertur ad *Joannem Dn. de Cossé in Andibus*, quem ^{Familia origo.} Iuxta antiquos de *Cossé in Meduanis* genús retulisse accepi. Ulteriorem originem apud *Cossiarum* inter Neapolitanos gentem (ex qua *Baltasar Cossé*, sub nomine *Joannis XIII.* sedem Pontificiam tenuit, donec à Constantiensis Concilio potestate exueretur; tum suo tempore *Philip. Comn. L. 5. c. 2. p. 374. Joannem Cossé* Seneschallium Provincie memorat, virum probum & ex nobili domo Neapolitana) quarunt; alios eam ex *Cocceji Nervae* gente deducere memini, sed antiquiora non moror. Joanne supradicto natus est *Theobaldus* Gubernator Andinorum, pater *Joannis & Renato*; ille ^{Successio.} *Dominus de Cossé* avus fuit *Franciscae de Plantis*, quæ *Renato Com. de Sanz* nupta huic genti dominum *Cossé* intulit: hic *Dominus de Briffac*, Gubernator Andium, magnus falconarius & panariarius (*grand pannetier*) Franciæ (sive falcconum curæ praefectus & structor panarius) fuit: patet *Caroli & Artis*, quorum uterque Marecallus fuit, illo genitus *Carolus primus Dux Briffacensis*, Marecallus & Panarius seu Artocopus Franciæ, necnon Britannicæ Gubernator, fuit *Francisci Ducis & Caroli M. d'Arigné* pater: *Francisco* denovo natus est *Luovicus* Dux & *Timoleon Comes de Cossé*, panarius structor; illo autem (Ludovico) modernus Dux *Henricus Albertus*.

§. II. Scuto utuntur Cossii nigro imprellis tribus aureis fasciis inferius dentis ^{Scutum} *culatis*, seu *ferræ laminis*. Quod quidem symbolum omnino diversum ab eo est, ^{Cossiarum} quod familiae *Cossiarum* Italicorum tribuit *Gelior. p. 95. 97.* & constat scuto argenteo tribus ^{divisa.} *bus baltheis* pralinis insignito, imposito cephalo rubeo cum crute humano argenteo.

§. III. Apex est ex coronata galea emergens aquila aurea. Laciniæ sunt ex ^{Apex.} auro & nigro. Telamonis duæ aquilæ aureæ.

§. IV. Titulus Ducis: *Dux de Briffac & de Beaupreau, P. Franciæ, Marchio de Thouracé, Baro Baronarum de Montijan, Penancé, la Guerche, Chasteaugiron, Coustmen, Malesroit, &c.* Parenti ille datur apud *Sammarth. l'est. de Fr. Dux de Briffac, Par & M. Panarius Franciæ, Comes de Chemillé, & du Chastel, Viccomes de Tiffauges, Baro de Montijan, de Sillé la Guillaume & de Chasteaugiron. Briffac* comitatus titulo insignitum est 1560. inde Ducatus & Patriatus axioma nactum 1611. cui accessit confirmatio ^{Titul.} curiæ

curia 1620. *Reaupreau* à Ludovico Hurino ornatum titulo Comitatus & Paria-
tus 1326. inde 1354. Marchionatus, demum 1562. Ducatus. A patre *Guidone de Sape-
aux Com. de Chenoué* hunc Ducatum habuit *Joanna* uxor *Henrici Gondii Ducis R. et S. Fran-
ciæ*; unde à Franca *Gondia* Ludovici Collet uxore ad hanc gentem venit. Eodem
modo *Chemillé* comitatus per Gondios ad Colleos delapsus est. *Montjean, Coctin, n.,
du Châtel, Ataléfont*, videntur esse ex hereditate *Judithæ d'Arque* t. Joannis VIII.
Marchionis, uxoris Caroli Ducis Briffaci, quæ 1358. deceiit. Nam uxor Joannis VII.
Dn. d'Acigné acia *Judithæ* avia fuerat *Anna* Dn. de *Montjean, de Ataléfont* & de
la *Beliere*, filia Ludovici Dn. de *Montjean*, atque *Joannæ du Châtel* Dn. de *Combour*,
Joannis autem mater, Joannis VI. uxor, *Gilla* seu *Aegidia* Baronilla fuit de *Coctin*,
Vicecom. de *Tonguedec*. Video tamen etiam *Leauannam*, uxorem *Guid. de Rieux* Dn.
de *Chast. auncel*, vocari dominam *du Châtel* filiam *Claudii* Dn. du *Châtel*, à qua
avia sua materna prædicta *Joanna* uxor *Henrici Gondii* hoc dominium habere po-
tuit. De *Chasteaugiron* nulla succurrit conjectura, quia *Valeria* Domina de *Chasteaugiron*,
de *Rougé* & de *Derval* filia *Armeli* Dn. de *Chasteaugiron* nupserat *Godofredo* de
Chasteaugiron comiti de *Combour*, & his nata est *Gilletta* de *Chasteaugiron* dicta de
Derval, Domina de *Chasteaugiron*, mater ex *Joanne* *Raguene* Vicecomite de la *Be-
liere* *Joannæ*, quæ e. *Tanaquile* du *Châtel* Dn. de *Renac* *Joannam* genuit *Ludovici* de
Montjean uxorem, *Annæ* *Ludovici* & *Joannæ* filiam *Joannis* VII. d'Acigné conju-
gem, quam *Judithæ* aviam diximus, hujus successione fuisse causam. De reliquis
non satis mihi exploratum est.

C. Colleo
feutum.

§. v. *Timoleoni Com. Colleo & Castrogironio*. patru Ducis, *Sammarth.* l'est. de *Fr.
p. 413.* feutum dat quadrifidum ex symbolis *Borbomio*, *Aragonio*, *Britannico* &
Andino-Siculo, quibus media Collea palmula incumbat. Sed quadrarum ratio-
nem non capio. Apicem dat aquilam nascentem, ast pro aurea nigram, quo colore
etiam assistentes feuto aquile tinguntur: haud dubie discernendi causa.

CAPUT XVI.

Domus de Crequy. Duc. Lediguierii & Crequii.

ARGUMENTUM.

1. Familia *Crequy*.
2. Scutum Duc. *Lediguierii*.
3. *Crequii* familia. Successio. Linea.
4. *Blanchefort* famul. Successio in nomen &
arma *Crequii*.
5. *Agoult*. De origine fabula.
6. Gentis deductio. *Varie* linea.
7. *Montauban*. *Arca* dn.
8. *Ves* seu *Vaesc*. *Arca*.
9. Linea de *Grimana*.

10. *Montlor*.
11. *Maubec*. *Boisozel*. *Montlorium* nomen
assumptum.
12. Hereditas *Christiani d'Aguerre*. Tabula pro-
gonologica *Francisci Ludovici Com. de
Sault*.
13. *Bonne*, *Dux de Lesdigueres*.
14. *Apex*. *Telamones*.
15. Scutum Ducis *Crequii*.
16. Tituli. *Lesdigueres*, *Crequy*, *Fresson*, *Ca-
naples*, *Poix*, *Morcul*, *Vienne*, *Pontdormy*,
Sault, *Ragny*.

§. I.

Familia
Crequy.

Antiquitate & meritis Illustrissima familia *Crequiorum* hoc tempore duos Du-
ces *Lediguierium* seu *Diguierium* & *Crequium* complectitur, quorum distin-
cta scuta sunt.

Scutum
Duc. *Le-
diguierii*.

§. 1. *Dux Lediguierius* (de *Lesdigueres*) feuto utitur bis perpendiculariter & se-
mel trans eise feuto incumbente media palmula rubra cum Leone aureo, & ajuto ce-
phalo sicut arto carulo, inscripto tribus rosis argenteis familiae *Bonne* seu de *Bonne* desi-
gnanda. Ex laterculis feuti majoris primus aureus chameærasum rubicam comple-
ctitur, gentis *Crequie* notam; secundus aureus duos leopardos rubeos tenet, quæ tes-
tera est *Blanchefortis* seu de *Blanchfort*; tertius ex eodem metallo lupum rapacem ca-
ruleum, unguibus cruentis detert, simbolo gentis *Arca* seu de *Sault-Arou*; quar-
tus, qui inferioris oramus primus est, caruleus tres surris aureas repræsentat, & hujus

gentis

gentis *Montalbauæ* (Montauban:) quintus *caeruleus* trius *pala argenteis* (alii *aurios* pingunt) exaratur, cum *capite* ex eodem metallo, quo notatur *Vaise* seu *Vise*: extremus *areus* insignitur *duobus leoparæ caeruleis* pro *Montauria* seu potius *Mauberia* stirpe. Ceterum omnes istis areolis designatas familias *Historia Genealogica* diligentissime excollit *Clariss. Guido Allardus Consil. R. Franc. Impress. Gratianop. 1672.*

§. III. Quod *Crequianam* ipsam celeberrimam quondam *Picardie* familiam attingit, ea ab *Allardo* ex *Sammarthanis* & *Mortherio* recensetur: facti initio ab *Arnoldo* *Crequii* *pho Dn. de Crequis*, qui 897. ceciderit *prælio* contra *Heribertum Veremandum* ex partibus *Caroli Simpliciis*: ei uxor datur *Ignodis* f. *Odoacri Flandrie forstarii* f. comitis, sicuti filius ejus *Odoacro Tolandæ* seu *Tolettæ* filia *Baldum Com. C. 1214.* *Odoacri* arnepos *Baldurnus II.* dicitur obvirtute in bellicam à *Baldum* comite *Flandrie primus Arceffæ* *Ruro* esse constitutus, & habuisse uxorem *Margaritam Lovaniensium Dn. de Bierbeck*, cujus alter filius *Huricus Dominus de Bierbeck* genuit, *Bucharidus Crequius* propagavit, hujus filius *Rimelinus* *Abbatiam de Rouffearville* fundavit, nepos autem *Gerardus* *Godofredum* *Bailionum* in *Palestinam* comitatus est. Hujus abnepos *Philippus* filios habuit *Engerandum* *Episcopum Cameracensem* & *Teroameusum* circa 1306. *Hugonem* *fatorem* *lineæ Crequiorum* *Dominorum de Romboul, d's Granges, de Rouverel, d' Triolant, & comitum de l'Angle*, & his majorem *Baldunum V. Dn. de Crequy*. *Baldum* arnepos *Joannis* 1330. ex primis fuit, quos *Philippus Bonus* *comes aurei velletis* legit, alius *Joannis* pater quo genuit *Joannes, Philippus & Georgius*: hic *Dominus de Risse & de Bequinx* levit, qui defecere, iste *Barones de Berniculus & de Belquin, Comites de Cleri, Dominus de Mont*, ille iterum filium habuit *Joannem*. Hic cum ex filio *Joannes* in juventute moteretur, *Lutovicus* *prælio* eaderet, *Antonius* *Ecclesiasticam* sectaretur vitam. *E. scopus Namnetensis*, inde *Ambriensis*, demum *Cardinalis*, filiam habuit heredem *Mariam*, quæ *Crequium* nomen & successionem attulit marito *Gilberto de Blanchefort*.

§. IV. *Leopardi Blancfortium* familiam notant, quæ in *Crequium* successit nomine, & quæ proprie ea est, ex qua *Duces Lediguerii* & *Crequius* oriundi sunt. Hæc teste *Allardo* ex inferiori *Lenovario* oriunda, creditur descendere ex aliquo minori filio *Regis Angliæ*, unde hæc sint insignia. Mentio fit *Bernardi Dn. de Bl. n. h. fort* anno 1030. & *Bernardus d. Blanchefort* 1158. *Magnus Magister* fuit *Templariorum Equitum*. Integram tamen *Genealogiam* orditur *Allardus* à *Salomone Dn. d. Blanchfort* 1230. Ejus trinepos *Guido M. Magister Rhodæ* fuit 1312. ac seq. mortuus est, & *Joann. miratrem* habuit propagatorem *stemmatis*: patrem *Gilberti*, qui *Marian. Crequian* 1330. duxit, & genuit *Antonium*, qui *renunciò* *Antonio Cardinali* successit, ea conditione ut anima & nomen *Crequiorum* assumeret. Ipso & *Christiana d' Aguerre*, divite herede fuit dominus, natus est *Carolus de Crequy, d' Aoult, de V. se, de Montlor, de Montuban* ab uxore *Dux de Lesdigueres*: pater *Franc. sc. Ducis de Lesdigueres*, quonatus *Dux Franc. sc. Emanuel*, & *Carolus Nicolaus M. de Ragny*, atque *Carol. Com. de Cnaples*, genitoris *Caroli moderni Ducis Crequii, Atonsi Comitis de Cnaples & Francis. Marefalle Crequii*.

§. V. *Lupus Agoutios* designat, celeberrimos *Provinciae & Delphinatus* *pro-Agoulr*, *ceres*. De eorum origine ex *Ces. Nostradam. Bouche, Pithono, Anton. de P. nec*, & aliquo *Archiepiscopo* *Stettim* in *Saxonia*, refert *fabellam Allardus D. tr. pag. 87.* Quendam *Hugonem de Trich*, principem de *Goulnaud* in *Saxonia* *Ottonis I. Imperatoris* con sanguineum, fartivo concubuit imprægnat: filiam *Waldungæ* *Regis Pomeraniæ*: Hanc cum de delicto constaret, inturri alseratã peperit filium, quem parentis iram reformidans *linceis* pretiosis involutum per rust. cum asportari voluerit, sed hanc loco *lupam* infantem arcepum in *lustrum* suum asportasse, quod *Hugonis* *venatores* cum vidissent, *lupaterum* digressã, hos infantem ille eum repetuit, & hæc suo obtulisse: qui suum agnovit, ei nomen *Wolf* indidit, & pro suo educari iussit. Sed & *Regem* *avum* rei: miraculo motum parentibus ignoville, eosque coniugio junxit: Hanc dem *Wolf* ex *Sytra-k* filia *Regis Russe* filium *luteipite* *herem Wolf*, qui *Beraldum* *Saxonem*, cum *Regi Arelateni* auxilio veniret, comitatus *vallem Sault* occupaverit. Verum tenui ipse *Allardus* hoc commentum rei et, & conqueitur, quod similibus *tabulis* *aliarum genealogiarum* fides in dubium revocetur:

Ita nonnullæ circumstantiæ vanitatem produnt: Nullus est principatus de *Gontnaud* in Saxonia, quamvis Goltovia Pomerania sic e vita: all eo seculo Pomerania nemquam Saxoniæ annumerabatur, sed a *Vandals* seu *Vandis* tenebatur. Porro Pomerania reges nunquam habuit, quumvis habuerint *Heruli* & *Vandali*, in quibus tamen nullum *Waldung* veltigium reperire licet. Sed & ipse qui allegatur autor, *Archiepiscopus Sretinensis* talis uletus est; Sretinensem nullus unquam Episcopus vel *Archiepiscopus* fuit. Ita transpatet fauule vanitas. Nec melior sit alius vestita circumstantiæ, veluti eam refert & uidet *Le Libourcur de l'orig. des arm. ann. 65.* quod *Wolffius* ille filius fuerit principis Bohemici, ex furtivo congressu conceptus, cumque eum in sylva Bohemica exponi curauit, à lupa nutritus cum nutrice bestialem in modum raptò uixerit, donec captus à venatoribus hoc nomen accepit. Sed tædet his immerari: rectus *Allardus* nomen *Wof* seu *Lupi* à seu iconi funtium coniecit: cuius re alibi item extant exempla.

Genis deductio.

§. vi. Primum gentis reperit *Allardus Agentum de l'Wolf*, cui *Henricus II. Baroniæ Siltus* seu de *Sault* cum valle eo spectante contulit, diplomate scripto prope *Papiam*, 1004. cuius apographon autor ipse integrum scripto suo inserit. In eo Imperator vocat *Agentum militum, Marefcallum suum ac S. Imperii*. Recognouit diploma *Leopoldus notarius tunc Domini Reynardi Colon. Episcopi & Italia Archiepiscopi*. Unde itane *Baroniæ* primitus immediate ab Imperio tenuit familia. Hujus filius fuit alius *Agoutus d'Agout Baro & Dn. de Sault*, pater *Raymundi*, qui alia bulla confirmationem ab Imp. *Friderico II. 1108.* obtinuisse dicitur, quod cum *Chronologia* neuitquam conciliari potest: hoc natus est *Bertrandus*, genitor *Raymundi* & *Guillemi* celebri Poeta. Ille clarus in *Historia* *Provinciæ* genuit *Isnardum, Raymundum, Bertrandum*. A *Raymundo Domini d'Agout de Truts* & de *Cypres* descendunt, qui pridem defecere. *Bertrandus d'Agout, Dominus de Mison, de Carban, du Monfrier, de Laxal Drome, de Laxal de Turenne*, amplissimum habuit & habet potentatem in septem diuisis lineis: Prima de *Carban* defecit in *Ludouico II. seculo* decimo quinto; secunda de *Pregon* seu de *Bonneval* adhuc superest; ut & tertia de *Chanouffe*, nec non quarta de *la Baume des Arnauds*. Quinta de *Luc & Pillon*, seculo decimo quinto defuit: nec non sexta de *Beurres* & septima de *Serouiron*. Quod *Isnardum* attinet, cui *Philippus Imp.* se regem *Arelatensem* dicens, 1204. regalia confirmauit: Hic filius datur *Fouquet*, qui à matre cognomen d. *Pontevex* assumpsit, & autor reliquorum, qui hoc nomine gaudent, esse dicitur, atque *Isnardus II.* qui à comite *Provinciæ* coactus est ad homagium 1291. amplissima tamen *Baronatus* adhuc libertate. *Isnardus* natus est *Raymundus III. Seneschallus* *Provinciæ*, pater inter alios *Fouqueti* seu *Fulconis Bar. de Sault* & eius uallis, *Dn. de Rhelane, de S. Michel, Maune, Fontiane, S. Esteve* (que illi à *Regina* *Joanna 1349.* data sunt, cuius etiam *Cancellarius* & *M. cubicularius* ac *Provinciæ Seneschallus*, quod officium aliquando genti familiare fuisse uideretur, extitit) & *Raymundi Agouti II. Dn. de Laxal d'Oule*, &c. eorum *Seneschalli* *Provinciæ*: illo natus præter *Fouquetum* seu *Fulconem* *Vicecomitem* de *Rhelane*, ob fortia gesta ciuitate d'Orgon, comitatu *Nole, Injuba & Marchionatu Corsin* à *Joanna regina* donatum, & *Ioannem Archiepiscopum Auenensem 1380.* *Raymundus IV. Baro de Sault, Vicec. de Rhelane, Comes de Geris Calabris*, pater *Phancti* heredis *Sault*, quæ successione attulit marito. Hoc (*Raymundo Dn. de Laxal d'Oule*) natus *Fouquet* seu *Fulco Phancti* agnate conflux, & ob id *Baro de Sault*, atque *Raymundus*. Ille filium habuit *Raymundum* cubicularium *Ducis Burgundiæ*, qui liberos non suscepit: Hic dictus *Agout d'Agout*, Dominus tuit de *Barret*, &c. & genuit *Fouquetum* seu *Fulconem, Baronem de Sault*, ex patruelis hereditate, & *Guilhelmum Dn. de Cypres*, patrem *Raymundi VI. ultimi* ex hac stirpe *Biouois de Sault & Ludouica*, quæ *Claudio de Montauban* nupta ei attulit hereditatem fratris; unde & bona & nomen in aliam transiit stirpem, quod mox uidebimus.

Variaz listæ.

Montauban Artaldi.

§. vii. Proximus alveolus, secundi ordinis primus, turres deserit familia *Montaubane*. Hæc quidem non uetus illa *Montaubanensis* est sed *Artaldi* (*Artaud*) quæ isti successit. Ex antiquis *Montaubanis* recenset *Allardus Dragonetum ac Montauban, Dn. de Montmeures de Baume Nare* circa 1192. quo *Raymundus* genitus, hic genuit *Raymundum, Raynaldum, Dragonetum Episcopum Sapincensem, Rossilinum Dn. de Lunes* & *Mabri*

& *Mabiliam*, uxorem *Guilhelmi Artaud* : *Remaldus* nihil quidem *Raymundum*, sed hic 1310. mortuus *Guilhelmum Artaud* heredem habuit. Quod *Artaldus* attinet, hos ex regibus Franciæ, comitibus Provincie, *Forcalquerii*, *Duc* atque *Librodum* derivant. Ceterum Genealogiam *Allardus* deducit ab *Isoardo Com. Diensi* circa 1095. patre *Isoardi* comitis, qui non nisi filiam habuit, atque *Iosfrandi Dn. de Luc, d' Aix & de Bellegarde*, quo nati *Isoardus Dn. de Luc*, & *Hugo Artaud Dn. d' Aix*, qui familie hoc nomen indidit, genuitque *Hugonem Artaud II. patrem Guilelmi Artaud*; cui ortum debet *Guilelmus*, a quo familia *Artaud* propagata, & *Isoardus Montalbanensium* fator: Hic enim *Dn. de Montmaur*, &c qui vixit 1334. pater fuit præter alios *Raymundi Montalbanii*, (quo genus *Aynardus Baro de Montmaur*, pater *Raymundi Com. &c*, qui fororis *Isoardi* filio *Joanni Artaud*, *Montmaur* & alia, patriuæ autem *Raymundo Boulz, Lux & Glandree* reliquit) atque *Dragoneti Dn. de S. Julien*, quo genus *Raymundus Dn. de S. André*, quem diximus aliqua ab agnato *Raymundo* accepisse: Hic pater fuit *Raymundi II. avus Raymundi III. Baronis de S. André*, proavus *Claudi de Montauban Bar. de S. André*: qui filium ex *Luisa d' Agout* habuit *Ludovicum de Montauban d' Agout Baronem de Sault*: quo genus est *Franciscus d' Agout de Montauban Com. de Sault*, pater ex *Joanna de Vesc* *Franciscus Ludovici*, qui ex *Christina d' Aguerre* genuit *Ludovicum, Philippum & Joannam* uxorem *Claudi Francisci de la Baume comitis de Montrevel*. Verum filii *Ludovici* heres mater *Christina* fuit, que 1611. in favorem *Crequie* Domus testamento de bonis suis disposuit, ut tamen comitis de *Sault* titulus primogenitorum esset. Alias etiam lineas *Montalbanensium* *Dominorum du Villard & de Jariaye*, quorum aliqui supersunt, *Allardus* noster recenset.

§. VIII. Proximus latereculus designat familiam de *Vesc* seu *Vesce*, celebrem ab antiquo in comitatu *Valentino* Delinatus. *Allardus* primum reperit *Dominum* de *Vesc* & de *Montjoux Hugoninum* circa 1180. hoc natus *Armandus*, iste *Hugo* autor lineatum de *Beconne* & de *la Baume*, atque *Almericus*, patet *Hugonini & Dalmati*. *Dalmatius* cognomen habuit de *Comps*, à familia antiqua (cujus scutum rubecum referebat aquilam aureo & nigro tessellatum) de *Comps*, cujus hereditatem vel materno vel uxorio jure adiit, pater *Guilelmi de Vesc*, dicti de *Comps Dn. de Comps*, quo natus *Dalmatius*, hoc *Joannes*, hoc *Raymundus*, iste *Petrus*: pater *Sebastianus*, à quo lineæ *Dominorum de Comps, de Combement, de Loriol, & Stephani*, qui in summa gratia *Caroli VIII.* floruit, & *Dux Nole* atque *Avelini, Com. Astuli & Tripaldi* & creatus, atque *Dominum Grimand* in ejus gratiam *Baronatus* titulo auctum est, a quo deinceps reliqui *Barones de Grimand & de Forcalquier* orti sunt. *Hugoninus* vero de *Vesc*, *Dn. de Montjoux & Condominus de Vesc*, genitor fuit *Petri*, hic *Americus & Guilelmi*. Hic fator est lineæ *Dominorum de Vesc*, qui hodie supersunt, geruntque in palma rubea turres tres seu castrum ex argenteo, utrinque pinnatas alternatim nigro colore (breteilles & contrebreilles) Ille (*Americus*) genuit *Petrum II.* iste *Rostanum*, patrem *Petri Dn. de Beconne*, reliquorum *Dominorum de Beconne*, nec non *Dominorum de Briancourt* fatoris, *Joannis Episcopi Vantensis & Agathensis*, usque majoris *Claudi Domini de Montjoux*, de *Vesc* & de *la Penne*. Hic genuit præter *Joannem & Asmarum* Episcopos *Vantenses*, (istum etiam *Agathensem*) *Antonium*, cujus filii *Claudius & Joannes* prole caruere, atque *Asmarum* *Dominum du Teil & de S. Tomé*, cujus pronepotes lineam clausere.


§. IX. Ex his in primis huic spectat linea *Baronum de Grimand*, orta quod diximus ex *Stephano*, hujus enim filius fuit *Carolus*, pater *Antonii Episcopi Agathensis & Valentini* atque *Dienis* post avunculium *Franciscum Claromontanum Cardinalem*, de mum etiam *Cathrensis*, atque *Joannis*: Hic 1548. mortuus ex *Flora de Montlor* genuit *Florum Baronem de Grimand & d. Forcalquieret*, *Dn. de Chateaugnaud*, de *Caromb*, de *S. Hippolyte*, &c. *Joannem*, improles, & *Joannam* uxorem *Francisci d' Agout B. de Saut* fratrem heredem, que adeo successorem attulit mariti domui, unde in *Crequam* ea delapsa est.

§. X. Superest *Montauris* seu *Montloria* familia. Familiam ex *Linguadocio* oriundam *Allardus* deducit à *Pontio Domino de Montlor & d' Aubenas in Viret*, unde 900. feuda nobilia dependent, qui patrum habuerit *Hugonem Episcopum Reimsensem*, inde 1166. *Archiepiscopum Aquensem*. *Pontio* nati sunt *Heraclius, Petrus Episcopus Massiliæ* 1229. *Joannes Episcopus Magalona* 1234. *Heraclius*

genuit *Guidonem Episcopum Valentinum & Pontum II. Baronem de Montlor & d' Aubenas Dn. de Paquieris & de Cabneres*, patrem *Heracum II. avum Pontum III. proavum Guidonis*, abavum *Guidonis II. Baravum Ludovici Magni*, omnium *Baronum de Montlor*. Hic *Armandus* genuit *Baronem de Polignac* à matre, qui ante patrem mortuus est, atque *Joannam heredem*, quam 1425. duxit *Hugo Dn. de Maubec*, cujus filii *Montlorum* cognomen assumeret. Ceterum antiquorum *Montloricium* parma fuit aurea inscripto *leone coronato & vario velleto induto*.

§. XI. Quod *Maubecios* atinet, qui in nomen *Montloriorum* successere, & quorum testera fuisse *duo leopardi carneti in parma aurea*, nomen habent à *Maubec* in *Piennensi* Delphinatus agro sita Baronia, terra ex quatuor Baronibus ejus Provinciae, dein ornata *Marchionatus* titulo. Familiam deducit *Allardus* ex *Humberto de Bofozel*, qui vixit 1093, ejus pronpos *Aymon* genuerit *Guidonem*, *Aymonem* & *Humbertum*; à *Guidone & Humberto* progenitos illos, qui nomen *Bofozel* servarunt; *Aymon* vero, sorte quod heredem *Maubeciam* duxerat, hujus *Demum* sumit nomen, & genuit *Aymonem II. Dn. de Maubec*, qui loco antiquorum inlignum *Bofozeliorum*, quæ fuerit in solo aureo circustessillatus *duplici ductu argenti & cyani*, atavit *Maubecium* antiquam testera auream, cum *leopardo carulo*, cui alium postea dem junxere: hoc genus *Mauberius*, pater *Aymonis & Hugonis*, qui *Franciscum* genuit, patrem *Hugonis & Humberti*, à quo linea de *Renage*. *Hugo II. genuit Hugonem Dn. de Roche*, cujus nepos lineam terminavit, & majorem *Franciscum Ludovicum*, qui à matre *Joanna Ludovici Montlori* filia & herede nomen de *Montlor* amittit, & reliquit *Ludovicum de Maubec de Montlor Dn. & Baronem de Maubec & Montlor*, *Ludovicum* patrem, avum *Flora*, quæ *Joanni de Vesc Baroni de Grimaud* 1526. nupit, eiq, peperit *Florem* in prolem, *Franciscam* uxor. *Gabriels de Breillac*, *Joannem* *Domini de Grimaud*, de *Chasteau regnard*, de *Caroul*, de *Chasteau de Mazant*, & de *Savigny Francisco Agoutio C. de Sault* 1526. nupram, *Franciscam* *Abbatissam*. Eadem *Flora* ex secundo marito *Iacobo de Raymon Dn. de Modene*, genuit *Ludovicum de Montlor*, *C. de Montlor*, *M. de Maubec*, *Baronem de Modene*, qui non nisi filias reliquit.

§. XII. Ex dictis apparet, quatuor hos laterculos enumeratos uni deberi hereditati *Christinae d'Aguerre*, & quidem quam illa à filio *Ludovico d'Agout de Montauban de Vesc de Montlor C. de Sault* obtinuerat. Ut vero, qua ratione ille familie in hujus *Ludovici* patre, *Christinae d'Aguerre* (quæ ex priori marito *Antonio Crequio* *Carolum Crequium* generat) secundo marito, *Francisco Ludovico* confluerint, clarius pateat, ejus progenitores feliciter exhibebimus.



§. xiii. Superest scutulum medium, quod familiam *Boniam* designat, cujus ^{Bonne.} natales apud aliquos in Germania ex civitate *Bonna*, ab aliis ex Burgundia, vel *Pedemontio*, vel vicino repeti testatur *Alardus*. Ipse deducit a *Bosone* seu *Bosonetto d' Bonne* circa 1250. patre *Francischi*, avo *Francischi II.* proavo *Francischi III.* qui pater fuit *Gabrielis, Martini*, a quo creditur *Marchionem de Bonne* descendere, *Jacobi* seu *Jamocis*, a quo linea Dominorum *d' Aurtat & de la Rochete, Vice. de Tallard*, nec non Dominorum *des Aolds* descendit, & *Raymundi*, qui *Episcopus Alionensis* mortuus est circa 1388; *Gabriel* genuit *Franciscum II.* Condominum de *Lave, de S. Laurent du Cros, de Lediguieres, du Gresli, &c.* hic *Joannem Dn. de Lediguieres*, virum bellica laude insignem, patrem *Joannis II.* qui iure ab Episcopo Vapincenti recepit, quæ ille iniuste detinebat bona ad ipsum spectantia; ob quæ deinceps etiam gravis ei cum Episcopo contentio fuit. Hoc natus est *Franciscus I. Dux de Lesdigueres, Par Francie, Marefcalus & demum Consiliabilis*, cujus gesta superioris excuntis & huius ingreditur scutulum annales loquuntur. Mortuus ille est 1626. nullo relicto filio, cum duos, quos genuisset, pueros amiserit. Ex filiabus *Maria Helena & Francisca, Carolo Dn. de Crequy*, tertio *Catharina Caroli & Magdalena* filio *Francisco de Crequy Duci de Lediguieres* nupsere, & ei genti nomen, arma & insignia intulere.

§. xiv. Huic clypeo Dux *Lesdiguerius* imponit cassidem coronatam, ex qua ^{Aper.} duorum cynorum colla ex argento pinguntur adversa, rostris, quæ rubent, tenentia annulum aureum adamantine insignem. Lacinæ sunt ex auro & cocco. ^{Telamones.} Telamones assistunt duo viri sylvestres colore naturali picti.

§. xv. Diximus præter *Lesdiguerium Ducem*, etiam *Crequium Ducem* ex hac esse gente. Nam ex *Magdalena de Bonne Carolus Crequius*, non solum *Franciscum Lesdiguerium* genuit Ducem, à quo moderni, sed & *Carolus C. de Canaples*, qui successit *Carolus Duce Crequium*, *Alphonsum C. de Canaples*, & *Franciscum Marefcallum Francie & M. de Marines*, patrem *Francischi Iosephi M. de Crequy, atque Caroli Francischi C. de Blanchefort*. Hi scuto utuntur simplici *Crequyo*, hoc est, aureo cum chameæ raso rubea. Apicem etiam eundem servant cum patruelibus, nisi quod legi viros sylvestres, qui assistunt scuto, auro tingi. Nec observavi discernicula ab illis usurpari.

§. xvi. Quod titulos concernit: *Carolus communis pater illis utebatur: Ca-* ^{Tituli.} *rolus de Crequy, d' Agout, de Vesse, de Montlor, de Montauban, Dux de Lesdigueres, Par & Marefcallus Francie, Dn. de Crequy, de Freslin, & de Canaples, Princeps de Poix, Baro de Viennæ & de Dompniart, Dominus de Moreul, de Pontdormy, &c.* Ex filis *Franciscus* usurpavit titulos *Ducis de Lesdigueres, C. de Saulx*. Ex huius filius minor vocatur *Marchio de Ragny*. Alter filius *Caroli Carolus C. de Canaples* dictus est; ex nepotibus *Carolus Dux de Crequy, Princeps de Poix, B. de Pontdormy*, salutat. De familiarum cognominibus fusc jam dictum est. *Lesdigueres* emit *Franciscus de Bonne IV.* (vid. §. 11) *Duca* ^{Lesdigueres.} *is* vero & *Parvatus* titulus accessit 1611. confirmatus à curia 1620. *Crequy* audivimus, quomodo ex *Crequia* originaria familia delatum sit ad *Blancfortios*. §. 3. ^{Crequy.} *Dignitas Ducatus & Parvatus* accessit literis datis 1653. confirmatis a curia 1663. *Freslin* ex anti- ^{Freslin.} *quis* titulis veterum *Crequiorum* fuit, quem primum adscriptum lego *Gerhardo Crequio*, *Bulloneti* in expeditione *Asiatica* comiti. *Canaples* in potestate fuit familiæ ^{Canaples.} *Ambianæ*, inde in *Pequigniam* translata est matrimonio *Mariæ d' Amiens*, viduæ *Balduini V. Crequii*, & *Joannis de Pequigny Dn. de S. Oyn*: horum filia *Joanna de Pequigny*, atulit *Canaples* & *Outrebois* marito *Joanni II. Dn. de Crequy*, unde cum reliquis *Crequis* bonis ad *Blancfortios* transiit. *Poix* principatus conjugio ^{Poix.} *Joannis VII. Dn. de Crequy* atque *Joslinæ* filiæ *Joannis de Soissons Dn. de Moreul & Principis de Poix*, ad *Crequios* devenit: quocum jungendus est titulus de *Moreul*. ^{Moreul.} *Viennæ* Baronatus obtigit *Carolo* a matre *Christina d' Aguerre*, filia *Claudii d' Aguerre* Baronis de *Viennæ*. *Pontdormy* invenio inter titulos *Crequiorum*, datum utplurimum secundogenitis, unde vero primum stirpi obtigerit, non observavi. De comit. ^{Pontdormy.} *Saultis* seu *Saultis* factis dictum §. 6. & 7. *Ragny* *Mareluonatus* spectavit ad familiam ^{Ragny.} *de la Magdelaine*: ex qua filia & heres *Leonori de la Magdelaine M. de Ragny Anna Francisco D. Lesdigueris* nupsit, à quo filius secundus titulum gestat: nec tamen

facis dicere possum, utrum etiam Magdalena insignia patris junxerit: Sunt vero 21. mailla *Magdalena* apud Paillot. La vr. & parf. te. pag. 187. 188. *Scutum hermonicum exaratum tribus baltheis rubeis, quibus inscribuntur, 11. concha aurea, slio ordine 3. 5. 3.*

CAPUT XVII.

Cueva Duc. Albuquerqueii

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Scutum.
3. *Mendoza* scutula.

4. *Apex.*
5. *Aliter ex Pailloto.*
6. *Ex Julio Chiffletio vera effigies.*
7. *Discrepantia.*

§. I.

Familia. *Cuevarum* illustis apud Hispanos gens plures ex se ramos emisit, in quibus ille præcipuus, qui *Duces Albuquerque* in *Extremadura* fimbis de dit, quam dignitatem 1464. *Beltramo de la Cueva*, quem prius *Ledesma* comitem creaverat, hoc terra-
do comitatu, *Henricus IV. R. Castilia* contulit.

Scutum. §. III. Gestant illi *Duces* apud *Joh. Jac. Chifflet. E. A. V. num. 170.* scutum in summo recta linea bipartitum, utraque parte aurea palo coccineo exarata: in imo rotundatum chlamydatum prasinum aureo dracone imprellum. Patris limbus circumdatur minutis, septem aureis decussibus mutilis tondemque scutulis *Mendoziorum* symbolo exornatis alternatim impressus. Quo cum concordat *Sammarth. Test. de l'Esp. p. 32.*

Mendoza scutula. §. IIII. Scutulorum *Mendoziorum* rationem petendam puto à *Mencia Mendoza* filia *Didaci Hurtadi de Mendoza Ducis del Infantadgo Beltramo* primo *Duci Albuquerque* nupta.

Apex. §. IV. Ex galea auto coronata, lacinia dependens ex auro & minio, exurgit autem draco aureus.

Aliter ex Pailloto. §. V. Aliter *Paillot. parf. te. voce Enté* ea depingit: *Cueva en Espagne porte d'azur à trois fleurs de lis d'or, parti d'or à 2. pals du gueules, enté en pointe de sinople au Dragon couronne d'or, à la bordure de gueules chargée de 8. sauteurs d'or.*

Ex Julio Chiffletio vera effigies. §. I. Et ita quidem rectius depingi non dubito, cum *Julius Chifflet* epist. præfixa *Clandi Chiffletii* hœllo de *Numimate* antiquo ad *Alfonsum Card. de la Cueva*, ita etiam eadem designet, teste *Ed. Billæo NN. ad Nicol. Upton. p. 71.* qui integrum ejus locum, quem exhiberet, & adderet figuram æti incusam, dignum judicavit. Ex hoc ergo, quæ à patre aliter tradita, ducere malumus, vel dicemus, ex eo tempore *Cuevas* more toties recepto suum scutum auxisse. In dextra scuti divisi area carulea splendent aurea lilia tria, ab *Hugone, è Comitibus Tolesanis orundo*, nominis sui instauratore, qui in memorabili prælio de *Salado*, contra *Maurorum* reges, vexillum cruciatum *Aventione à S. Pontifice benedictum* prætulit, jubentibus *Alfonso, Castella XI. & Lusitania VII. regibus A. C. 1340.* In sinistra parte scuti aurea, duo sunt pali directi coccinei, quos à regibus *Aragonie* ob præclarè bellis gesta majores *Tui* habent. Imo scuto argenteo exaratus est draco prasinus ex atro suo caeca emergens, symbolum fortitudinis, vetustissima gentis *Tuz* tessera. Ora scuti montata, octo decussibus aureis impressa est, quas *Tui* sibi vindicarunt, post celebrem pugnam *Anni 1227.* qua civitas *Bacca à Murorum* servitute liberata est, quæ quia die *S. Andreæ* festo contigit, nobiles plerique victores, cruce *Apostoli* scutorum suorum limbos exornaverant. *Conf. supra P. 1. c. 2. n. 41.*

Discrepancia. §. VII. Concordat descriptio *Chiffletii* cum *Pailloto*, nisi quod infimam scuti partem hic prasinam, draconem aureum vult, cum ille huic viridem colorem, solo argentum tribuat.

CAPUT XVIII.

Dauvet Com. des Marefſis.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Comitatus Marefſis.*2. *Famil. Dauvet. Linca.*3. *Vermandois. Rouvroy S. Simon. Tremouille.**Montmorancy. Sarbrucke.*4. *Apex.*

§. I.

QUI falconum curæ præpoſitus ſeu Magnus Gallix Falconarius eſt *Nicolaus* Scutum Comitatus Marefſis. *Dauvet* Com. des Marefſis, Bar. de Bourſau, de Trélou, de Ruperteux, Vitry le Croiſſé, Aiguilly, Bellan, Petit Nogent, Berneul, Fraucourt teſte L. eſt. de Fr. (anni 1676.) pag. 318. & Sammarth. pag. 368. illa utitur diſpoſitione ſcuti, ut ſcutum quadratum, prima quadra bipertita hinc teſſellæ aureæ & cæruleæ, impoſito cephalo ſcutario cæruleo tribus hinc aureis inſcripto, iſthinc nigro ſolo inſcriptam crucem argenteam quinque conchylis rubeis impreſſam teſerat, *Vermanduo* & *Sanſimonio* ſymbolo. Secunda quadra *Tremouille* eſt, hoc eſt aurea induceto cantherio rubeo, cujus cuſpide impreſſum viſitur hinc argenteum, cantherium vero ſtipant tres cæuleæ aquilæ. Tertius laterculus *Montmorenciam* crucem rubeam 16. aquilulis cæuleis ſtipatam in auro teſerat. Quattus *Sarapontana* ſeu *Sarbruckia* ſtirpi notandæ, ſolum cæruleum cruciculis acuminatis argenteis ſpatium ex eodem metallo leone ornat. Toti imponitur ſcutulum gentile *Dauvet*, nempe ternis argenteis & rubeis baltheis diagonalibus exaratum, ut tamen primo argenteo impreſſus leunculus niger obſeruetur.

§. II. Rationes areolarum non valde diſciles ſunt. *Dauvet* nomen eſt ipſius Fam. Dauvet. gentis, non uno ſeculo inter illuſtiores habitæ. *Johan. Bapt. de L'Hermitte-Souliers* & *Franc. Blanchard* in elogio omnium prim. præſid. curiæ Paris. edito 1645. deducunt eam à Simone Dauvet. Dn. de la Bourgogniere in Andibus, cujus uxor fuit Antonia de Brezé, filius Jacobus Senefchallus Andium fuit, nepos Joannes primus Tolofani ſenatus præſes, mortuus 1471. Filius hujus Guilelmus ex Joanna L'Huilier Dn. de Rieux & de Fraucourt ex tribus filiis *Petro*, *Roberto*, *Joannette* lineas teſerat, *des Marefſis*, de *Rieux*, de *Berneul*. Sed prima mox in Petri filio Nicolao defecit, & titulus des Marefſis ad tertium delatus eſt, ex Joanne profatam, cujus filius *Petrus Dn. des Marefſis*, de *Fraucourt*, de *Berneul* Martham de S. Simon uxorem duxit, qui parentes fuere *Casparis*, quo & *Iſabella Brulard* Nicolai Cancellarum filia natus eſt, de quo hic loquimur, Illuſtriſſimus *Nicolaus*, & qui nunc munere fungitur ex Chriſtina de Lantange filius. Leunculus diſcerniculum eſt ob lineas priores Dominorum de *Rieux* & de *Lioez*. *S. Valerien* atque Dominorum de *Reines*. Obſervandum, in *Sammarth.* ad corrigendum eſſe, cum vult baltheos argento & cyano tingi, nam coeco utitur familia.

§. III. Reliqui laterculi ſunt à *Martha de S. Simon*, filia Joh. de S. Simon Dn. de *Vermandois* Sandricourt, & Ludovica f. Rolandi de Montmoency Bar. Poſſeux, uxore Petri Dn. des Marefſis, quæ Nicolai aviatiut. *Vermandue* teſſellæ & hinc unde ſint, ex L. 1. c. 85. n. 3. diſcere licet, ob ſucceſſionem Vermanduorum ad gentem *Rouvroy* delatam. Rouvroy S. Simon. Tremouille. Crucem cum conchylis *triyæ* ſtirpi de *Rouvroy S. Simon*, Marthæ paternum ſunt. *Tremouille* laterculus designat *Margaretam de la Tremouille d'Ours*, uxorem Joannis de *Rouvroy* Dn. de S. Simon, qui Marthæ fuere proavis & proavia; Liliū cantherio impoſitum diſcerniculum eſt lineæ de Dours. *Montmorancy* ſymbola à matre allegare Montmorancy Sarbrucke. Martha potuit: *Sarapontana* denum à Gaucherii de Rouvroy Dn. de S. Simon conjugæ *Maria Sarapontana* deduco, quibus parentibus natus eſt Joannes Margarete Tremouille maritus. Fuit vero Maria filia *Amedei de Sarbruck Dn. de Connoy* ex Maria de Chasteauvillan.

§. IV. Apicem nullum vidi, niſi galeam coronatam; Lacinias pingit *Sammarthianus* cyano & argento, ſed cyani loco minium ſubſtituendum ex prioribus Apex. ſatis liquet.

CAPUT XIX.

Lib. Bar. de Degenberg.

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Scurum.

3. Latereculus secundus.
4. Apex.
5. Sub Bavaria Ducibus.

§. I.

Familia. Illustrium de *Degenberg* integrum non vidi stemma, sed solum fragmentum, quod *Gabr. Bucel. P. II.* pag. 63. in eruit, ubi *Sibotons* vel *Sigiboti* mentionem facit ex torneamenti *Brunsvic. 1196. Welffrani ex Tigurinis 1168. Wilibaldi Regis ex Norimbergensibus 1198. Ebertz 1192* a quo sciemus justam orditur. In hujus posteris fratribus *Sigismundo & Iovanni* Liberatorum Baronum & Dominorum nomen adscribitur, quorum ille patet *Ioh. Sigismundi* tui, in quorum uno gentem defecisse existimo.

Scurum

§. II. Scurum representatur *Wapenb. P. I.* pag. 24. quadrupertitum. Prima & quarta arca aurea refert hermam rubeo indutum, collari argenteo; capite gestat coronæ genus, cujus circulus seu orareducta argenteo fulget, ei tres radii vel eulpides rubei insunt singuli in globulos argenteos desinentes. Hoc symbolo Dominium *Degenberg* nunc tanquam dubium mihi est, quod post mortem ultimi Barons *Duces* *Bavariæ* sibi vindicarunt: qui jam antea iudicio *Camera* exemptionem herum *Dominorum* obtinuerant.

Latereculus secundus.

§. III. Areola proxima cerulea fruticem quinque foliorum rubeum cum radicibus evulsam representat. Quid hæc testera noceat, non scivi.

Apex.

§. IV. Galeæ insunt duæ, quarum prior hermam seu, altera jugum alarum complicatarum sustinet, & in earum priori fruticem secundi latereculi refert. Lacinie sunt hinc ex coeco & auro, illinc rubeæ & ceruleæ.

Sub Bavariæ Ducibus.

§. V. Hi Domini in matricula imperii locum habuere suum, ut videre est ex *Goldast Reichshandlungen* de an. 1332. apud *Linn. Bar. Publ. 1. 7.* sed eos suo imperio subiecere, causa in *Camera* obtenta, & demum extinctorum bona crevere *Bavariæ* *Duces*. *M. Zeller. Itin. Germ. P. 2. c. 1. p. 26.* *Bavarii* hat solchen Stand dem *Reich* in *Camera* aberhalten / und nach absterben des letzten *Greyhern* von *Degenberg* emgezogen.

CAPUT XX.

Burggrav. de Dhona.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo.
2. Pons *Dresdensis* & *vestigal* in eo.

3. Deductio familia. *Lineæ.*
4. *Insignia.*
5. *Titulus Burggraviorum.*
6. *Dhona amissa.*

§. I.

Familia origo.

Illustriſſimam *Cemitum* & *Burggraviorum de Dhona* familiam integram tribus tabulis exhibet *Celeber. Ritterbuchius*: eorum veto memoriam imprimis ornavit *Gerh. Ioh. Voss. comment. de rebus pice belloque gestis Fabiani sen. Burggravi de Dhona.* Originem deducunt à quodam *A. v. de Trpach*, qui è *Linguadocio à Carolo XI.* adductus ad *Albim* fixit sedem. Et adhuc superest *Dona* opidum & dynastia in confinis *Bohemiarum*, sed castrum *Dona* tantum rudera conspiciuntur. Inde veto genti nomen fuit.

Pons Dresdensis & vestigal in eo.

§. II. Ab ea conditum ajunt insignis operis pontem *Dresdensensem*, qui utramque civitatem conjungit: & quidem *Conrado I.* illum honorem habent, qui tempore *Ludovici Regis Ludovici Augusti filii* eum condiderit. Alii tempus setius anno-

tant

tant 1070. vel 1175. Unde ab antiquo vectigal pontis vel ejus pars ad familiam spectavit, quod demum arte Augustus Flector Saxonie redemit. Conf. *Zeller. Itin. Germ.* P. 1. c. 17. p. 387. & P. 2. c. 17. pag. 208. ex Peccentlemio. Nemo tamen quid ei tribuendum sit, quod Voll. etc. p. 18. ait: *Lect. ju. hoc olim a Dhonana familia alio fuerit translatum, tamen jam a multis retro annis illi Abrahamus Dhonanus, qui apud Silesios libera potestatur dynastia Wartenbergica quasi postliminio recuperavit.* Allegat etiam in ipso ponte opere antiquo Dhonane gentis insignia bicornia conspici.

§. III. Ex Contadi posteris memorant *Wolbertum*, 890. *Wilhelmum*, 933. *Wit-* Deductio
familie.
helmum in torneamentis Mersburg. 968. *Hincenem* Imp. Ottonis Vicarium, qui Boleslaum Ducem Bohemie cepit. 976. *Friedericum* in ludo equestris Brunvic. 996. *Henricum* in Hallenti 1042. A *Wolfgango* 1074. justam sententiam dicitur *Rittershufus*, dato ei filio *Jona*, in cujus filias divisa sunt linee. A *Colbatio*, qui contra Saracenos abiit, & in Monte olveti 1147. eques creatus fuerit, deducit nepotem *Ernstium*, qui 1208. cum Duce Saxonie de limitibus contenderit, cujus posteros iterum in tertium gradum deducit. At ex Colbatratre *Jona* deducit *Henricum*, patrem *Henrici*, quo nati *Wernerus* & *Henricus*. A *Wernero* derivantur, quibus cognomina in Altengera, Graffen, Holzdorf, Nubey, Crafschen, Heymnsdorf. In primis ex ejus posteritate *Henricus* junior circa 1484. pater constituitur *Chrystophorus* Burggravi in Dhona, Du in Crafschen, & *Stanislaus* item Burggravi Du. in Deutchendort. A *Chrystophoro* deducit in primis lineas *Silesias*, in quibus celebris *Abrahamus Du. in Wartenberg & Pralen*, praefectus Lusatae superioris, pater *Caroli Hannibils*. A *Stanislaio* autem Borussiae lineae, quae praesertim gentis gloriam iterum superiori & hoc seculo militari alarumque virtutum gloria extulere. In primis insigni prole avas tunc *Achatius*, qui 1601. decessit, pater inter alios *Chrystophori* Gubernatoris Atentionensis (ab atine principe arci & urbi isti prepositi) & *Fabianum* fortis bello Ducis. Ab *Henrico* *Werneri* fratre plures iterum linee. Epus enim nepos *Otto*, qui 1282. vixit, *Henricum* & *Ottomem* *Heiden* genuit illius posteritas Dominorum de *Grafenstein* in *Carolo* videtur superiori seculo defecisse. *Ottomem* *Heiden* nepos *Henricus* *Wierich* genuit *Jasay* seu *Jarislavum* & *Joan-nem*; ab hoc linea Dominorum in *Sirapitz* & *Kindberg*, qui etiam Domini *Muscovie* in Lusata tuere, quam *Caroli* *Chrystophori* filia *Ursula* *Catharina* Calenbergio dotalem attulit. A majori fratre *Jasay* seu *Jaroslao* genuit *Jasay* & *Nicolaus*, quos 1425. *Sigmundus* Imperator de Comitatu Dhonano investivit. *Nicolaus* tunc *Judicarius* 1454. *Wildenstein* condidit, a cujus filis Domini in *Doelchuz*, in *Bonateck*, in *Okots* & *Rostock* descendunt.

§. IV. Scuto utuntur caeruleo, in quo duo cornua cervina argentea, singula Insignia.
sex dactylis fruticosa, inferiori sui parte in decussim trajecta sed sursum potrecta videntur. Ex coronata galea inter duo cornua scutaria, quae manibus prehendant, virginea species exturgit caeruleo habitu, corona & crinibus volitantibus inauratis. Laciniae sunt ex argenteo & caeruleo colore. *Wapenb.* P. pag. 19. Legi aliquando ea cornua non argenteo pingi, sed subflavida auro ornata esse.

§. V. Quod attinet *Burggravorum* titulum, qui alioqui cum Gallico *Peccent-* Titulus
Burggravorum.
mitum convenit, audiamus *Vollium*: *Quaquam Dhonani Comitum axioma atque honore fuerint decorati, quod tum aliis documentis, usque plurimis atque evidentiis, tum etiam Sigismundi Caesaris libello discimus, qui e regno pari fratrum, Nicolao & Jarislao Dhonensium Comitatum feudi munere concessit anno 1425. plurimum tamen Burggravorum titulus magis arrisit. Neque eo minus honoris a posteritate consequuntur. Nunquam enim non predicabitur in eis singulare decus, d. v. m. e. gratia pignus, quod cum in aliis prope familiis omnibus, certe in *Alstina* *Leinickentium*, *Altenburgensium*, *Starckenbergensium*, *Lorbicentium* (forte legendum *Sorbicentium*) *avorum* *Burggravia* dignitas exprimit. Dhonani tamen & mascula virtute retinuerit, & pari gloria propagavit, magnanimi heroes, nati melioribus annis.*

§. VI. Dhonam suam amittere bello, quod inter *Wenceslaum* R. Bohemie & *Wilhelmum* *Cochtem* *Misura* *Marchionem* gestum fuit: Hic enim arcem *Dhonensem*, quae seculum semper fuerat Regni Bohemici, obdidit, expugnavit, evertit, Dhona
amissa.
unde

unde ejus rudera ad mania opidi superstitis videntur. Alii volunt 1402. destructam à Matchione, cui Dhonentis colaphum infixerat, ob conjugem inter choreas osculo exceptam.

CAPUT XXI.

Princ. Com. & Barones de Dietrichstein.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Origo. Deductio. Linez, Sigismundi primi Baronis virius. | 6. Rottal. Thalberg. |
| 2. Scutum. | 7. Pincernatus hereditarius. Ofleroviz. |
| 3. Dietrichstein. Diversa tessera. Cultri vintorii. | 8. Finckenslein. Holenburg. |
| 4. Diploma Maximiliano Cæsaris concessum Sigismundo Dietrichsteinio. | 9. Finckenslein. Conjectura. |
| 5. Axiolarum rationes. | 10. Galea. |
| | 11. Aia senti diffusio. |
| | 12. Principis scutum. |
| | 13. Tituli. |
| | 14. Principalis dignitas. |

§. I.

Origo. PRIMUS, cujus in hac *Carinthia* Illustrissima familia fit mentio, est *Reinbertus*, quem ex Comitibus de *Czelsbach* derivant, *Carinthia* Ducibus cognatione junctis, qui vero singulari animi moderatione, ut familiae confuleretur, Comitibus titulo abdicato, arce *Dietrichstein* contentus vivere voluerit. Vixit ille 1056. & cum Leopoldo *Carinthia* Duci bello *Dalmatico* adfuit, fortitudinis egregio testamento. Mortuus est 1064. uxorogenarius. Alios enarrat *Dietrichsteinos* *Clavil. Gabr. Enc. L. n. T. II. appendic. Czelsbachum* 1059. *Reinbertum II. Ulrici* Comitis *Palatini* in expeditione *Palastinae* comitem 1090. & alios. Orditur verò genealogiam iustam ab *Ottone II. Du. de Dietrichstein*, qui *Ulrico* Archiduci *Carinthia* assistit in bello *Ungarico* 1164. In hujus nepotis *Popponis* filibus cepere diversæ lineæ: sed in alterius *Henr. III.* qui in *Ratispon. torneamentis* fuit 1264. nepote altera defecit. In *Rudol. I. seu Rudol. II.* ejus fratris filius *Ottone II.* & *Nicolao* nova divergia linearum: qui ab illo descendere, iterum defecere. Inter *Nicolai* filios *Bernardus* imprimis durabilem habuit posteritatem. Nepos ejus *Georgius* genuit præter alios *Pancratium* & *Mauritium*: hic lineæ in *Radmanstorf, Waltensburg* & *Bleichsterten* factor fuit, quæ defecit: ille genuit *Franciscum* atque *Sigismundum*. *Franciscus* lineæ Baronum in *Rabenstein* autor est, nec non Dominotum in *Lienau*, qui nunc quoque superant, & ex quibus *Sigismundus Ludovicus* atque *Joannes Balthasar Comes* à *Ferdinando Imp.* creati sunt. *Sigismundus* vero decus illustre gentis suæ fuit, Maximiliano Augusto à secretis, supremus Camerarius & per 25. annos *Styriae* supremus Capitaneus (*Vandeshayntmann*) ubi rebelles rusticos sua autoritate compescuit: primus etiam *Baronis* dignitate auctus est, & *Lazio* teste *de migr. gent. L. 6. p. 202.* apud *Styros* nactus est *Pfannenberq. Cimerberq. Ernau, Hartperg, Waxeneck, Dalberg, Aspang,* & alia. Cum moreretur 1540. ut hereditibus mandaverat *Maximilianus Imperator*, ad heri hujus sui pedes in tumbam ejus reconditus est. Ex *Barbara* de *Rottal* (cujus nuptias raro exemplo *Vladislaus R. Ungarix,* *Sigismundus Rex Poloniae* & *Ludovicus R. Bohemiae,* qui *Maximilianum Augustum* faciendæ concordia ergo convenerant, exornarunt) genuit *Sigismundum Georgium* & *Adamum*: Ab hoc Principes, ab illo reliqui Domini & Comites *Dietrichsteinii* orti sunt.

Scutum. §. II. Quod insignia attinet, ea representantur in *Sibmich. Wapenb. P. I. p. 24.* quadripartita. In area prima *argentea*, crux & pedem cultoris nigrum videre licet. Secundam *rubram* ornat *crux argentea*. Tertiam *nigram* percurrit *cantharus argenteus*; In extrema *aurea* niger anguis in palmis modum sed exris suis sinuosis pingitur. Media parmula diagonaliter lecta ex cocco & auro duos entros vintorios tergis obversos *argenteos* seu ferrei coloris, *capulis aurcis* continet.

Dietrichstein. §. III. Ex his medium scutulum *Dietrichsteinium* adeoque gentile est. In genealogia, quam à *Bucelino* operi insertam sed à *Sereniff. Principe Ferdinando* sub-

similitam

ministratam §. 1. laudavi, videre est, non semper eadem familiam usam esse tessera. Nam *Conrado* seu *Chuenzel*, qui circa principium seculi decimi quarti vixit, tribuit literam *A* cum gladio & pugione, quod inigne etiam à suo *Cholone* scriptatum scribit, qui *Henrici* II. lineam clausit. Ex *Rudolphi* posteris *Ottonis* filius *Rudolpho* II. 1340. cultros vinitorios tribuit, *Bertholdo* 1246. Kutum *coroni* inscripta exornatum, quæ etiam tessera assignatur *Nicolai* nepoti *Petro*, à quo tamen hodierni descendunt. Unde si quid conjectura valeat, crediderim ab illius filio *Georgio* vel hujus filio *Pancratio*, quoniam nunc viventium communes patres sunt, cultros ita ascitos, ut deinceps communis manerent tessera totius gentis. Porro nutari non debemus, ascitam in secula illustrium figuram ex agricultura & re vinitoria, quo enim in pretio etiam apud nobilitatem præcæm illa fuerit, latere eos non potest, qui antiquitatis periti sunt. Contet quæ de suo clypeo Illustris *Herbersteinus* Baro supra L. 1. c. 37. disseruit.

Diversæ
tessera.Culti vi-
nitoria.

§. 1v. Ut reliquas areolas intelligamus, utile fuerit, partem diplomatis, quo dato Gemundæ 8. Jul. 1514. *Aleximilianus* I. *Augustus* *Sigismundo* *Dietrichsteino* dignitatem *Baronis* & alia privilegia contulit, & cujus communicationem Nobilitatis *Do. Heronymo* *Wilhelmo* *Musel* de *Esbenau* & *Eckenheid* debeo, huc tran ferre. Wir *Marimilian* von *Östres* *quaden* erwählter *Römischer* *Kaiser* / ic. ic. bekennen öffentlich mit diesem *Brief* / und thum fund allermaßenlich; wann die höch *Römischer* *Kaiserl.* *Majestät* und *Würdigkeit*, jemüdiglicher die ihre *gnad* und ehr unter die unterthanen des heiligen *Reichs* außsetzet / ie mehr Sie erleuchten *Thron* erhebet / und die liebe und gehorsam der Ihren behaltet und mehret; Und wieviel Wir auß solcher *Kaiserl.* *Würde* / darzu Wir von *quaden* des *Ältesten* erwählet / auch auß angebohrner *Fürstl.* *güte* und inwend allezeit geneigt seyen / aller und jeder *Unser* und des heil. *Reichs* / auch *Unser* erblichen *Fürstenthum* / unterthanen und getreuen eh / nuz und bestes zu betrachten und fürzuwenden; So ist doch *Unser* gemüth billich mehr begierig denen *Unseren* zu seyn liebe *Gnade* nutz zu theilen / und die mit mehrern ehren zu erleuchten die älter von *Adelichen* und frommen *geschlechtern* und weisen *herkommen* seyn und die sich gegen *Uns* und das heilige *Reich* / auch *Unser* erblichen *Fürstenthum* in gehorsamer und unverdroß fener *dienstbarkeit* für andern getreuen und embig beweisen und erzeigen. Das haben Wir wahrgenommen und betrachte solch *alt* *Adelich* *herkommen* / gut seyn und frommkeit des *Geschlechts* von *Dietrichstein* / darzu die getreuen *willigen* *dienste* / so dasselbe *Geschlecht* *unseren* *Vorserderern* am *Reich* und *unserem* *hauß* *Österreich* / auch *Uns* *bishero* gethan hat / und fürnehmlich die *tuugend* / *geschicklichkeit* und *redlichkeit* des *Edlen* *Unseren* und des *Reichs* *getreuen* *Sigmunden* von *Dietrichstein* / *Erbschenkens* in *Kamerten* / *Unseren* *Raths* und *Silber* *Cämmerers* / dannt er sich von niemand auß in manchen *Unseren* *diensten* / *heerzügen* / *kriegsnothen* / und andern *Unseren* *treiflichen* *anliegenden* *geschäften* / zu *abbruch* *unserer* *Feinde* / *eroberung* *ihrer* *Laude* / auch *besserung* und *erhebung* *unserer* *Gränzen* gegen *unsern* *Feinden* alles mit *darstrecken* und *schaden* *seines* *leibes* und *gutes* / *fleißig* / *mannlich* / *tüchlich* / und *Uns* zu *anaenehmen* *welgethellen* *geißt*. *Darmit* auch *manchmal* *Uns* und des heiligen *Reichs* / auch *unser* *erblichen* *Fürstenthum* / *ehr* *nuz* und *wolthat* *schembarlich* *getrödet* / und *schaden* und *verlust* *görendet* / samt *vielen* *andern* *guten* *truchbaren* *handlungen* / dadurch er *quadien* *willen* *bey* *Uns* *gegen* *unsern* *erblichen* *Fürstenthumern* / *Landen* und *Leuten* / und *herwieder* *derselben* *lieb* / *treu* und *gehorsam* *gegen* *Uns* *beweget* *hat* / zu *dergleichen* *getreuen* / *redlichen* *diensten* *sich* *auch* *erwelder* *von* *Dietrichstein* *noch* *hinsür* *willig* / *bereit* und *schuldig* *gegen* *Uns* *erkennt* und *erbennt*. Und so *dann* *keine* *gutthat* *umbelohnet* *bleiben* *sol* *darumb* *zu* *erkenntlichkeit* *der* *anzuzetaten* *seiner* *tuend*: *schicklich* / *gehorsamen* *getreuen* *redlichen* und *müthlichen* *diensten*: Und *ihn* *auch* *seine* *Erben* / *hinsür* *zu* *dergleichen* *zureuen*. *Haben* *Wir* *mit* *wolbedachten* *müth* *auß* *eigener* *bewegniß* und *rechter* *wissen* / auch *mit* *gutem* *zeitigen* *rath* / *Unser*

Diploma
Marimilian
Cæs.
concessum
3. Junij
1514.

und des Heiligen Reichs Churfürsten / Grafen / Freyherrn / Edlen und Getreuen / darzu Unsere innersten Hof Räte / den vorgenannten Sigmund von Dietrichstein diese besondere Gnade gethan / sein schloß Smetten / mit samt dem schloß Hohenburg / so Wir ihm auß Gnaden lauff weiß erblich und eigen zugestellet haben / wann er oder seine Erben dasselbe zu thren handten ledigen werden / mit allen derselben beyden schloßer Herrschafften und zugehörungen / und nemlichen auch mit ihren Bergwerken / so ein gedarmnen wären / oder lünnig genunden und erantet wurden / zu rechten freyen Herrschafften gemacht / und den beneldten von Dietrichstein / auch seine eheliche Leibes Erben und derselben Erbens Erben seines namens / trammens und geschlecht / für und für in ewigkeit auß dieselben ihre Herrschafft / so dazu auch auß das schloß Thalberg / so fern ihm das nach abgang ohne Leibes Erben / des Edlen / unsern lieben / getreuen / Georgen von Kerthal / Freyherrn dalselbit zu Thalberg / zutheilen wurden / getreuet / in den stand / er und würde unser und des Heiligen Reichs Freyherrn und Frauen / geleicht und zugesehlt / sie damit aller und reallicher ehren / wülden / gnaden / freyheiten / rechten / alten herkommen und gerechtigkeiten / wie andere Unser und des Heiligen Reichs Freyherrn und Frauen / empfanglichen / tauglich und theilhaftig gemacht / Thun ihm solche Gnade / machen die beneldten schloßer Smetten / auch Hohenburg zu rechten freyen Herrschafften / freyen auch ihn und seine eheliche Leibes Erben und derselben Erbens Erben auß dieselben ihre Herrschafft / darzu auß Thalberg / so fern ihm das anfallen wurde / erheben und / so the in den stand / er und würde Unser und des Heiligen Reichs recht / geuer / eben Freyherrn und Frauen / geleichen und stellen sie auch zu derselben schaar / geschlecht / und machen sie solcher ehren / wülden / gnaden / freyheiten / vortheil / rechten / alten herkommen und gerechtigkeiten empfanglich / tauglich und theilhaftig / alles von Röm. kaiserl. macht / vollkommenheit / weisentlich in kraft dieses brieffe : Wemmen / seien und wollen / das wir hinfuro in ewigkeit die obbenanten schloßer Smetten und Hohenburg / so daselbe zu handten der von Dietrichstein kommen würdet / mit aller ihr beyder Herrschafften und zugehörungen / und sonderlich mit den Bergwerken / freyen Herrschafften sein : Daranß nach auch auß Thalberg / so ihm das zutheilen würde / der margemeide Sigmund von Dietrichstein / und seine eheliche Leibes Erben / getreuet Unser und des Heiligen Reichs Freyherrn und Frauen sein sich Freyherrn und Frauen zu Smetten / Hohenburg und Thalberg / oder welches sie daranß nach ihrem willen heissen / nennen / selreiben / und von männlich also genant / geschrieben / und in geistlichen und weltlichen sachen mit ihren ständen / auch hohen und niedrigen Benennen und Leben zu tragen / nach in alle andere weg dafür geacht und gehalten werden / und sich gemeinlich aller und reallicher ehren / wülden / gnaden / freyheiten / vortheil und gerechtigkeiten / wie andere Unser und des Heiligen Reichs recht gebohrer Freyherrn und Frauen / getreuten / gebrauchen und gemessen sollen und mögen / von aller männlich inuerrhindert / unbeladit und ungeherr / doch sich mit der Jurisdiction und gehorsam obbenelter Herrschafften bey und mit unserm Fürstenthum Kärdten halten / und daven nicht weigern : Wir haben auch / als Erbs Herzog zu Oesterreich / Herz und Landshurst / dem benannten Sigmund von Dietrichstein / Freyherrn zu Smetten und Hohenburg / zu mehr erachtlichkeit seiner redlichen und Uns anagenehmen und nützlichen dienste / diese besondere gnade gethan / und ihnen den Pan und Ncht / über das blut zu richten / in den Landgerichten bestimmter Herrschafften zugestelt und gegeben : Also daß obbenanter Sigmund von Dietrichstein / Freyherr auß Smetten und Hohenburg / und nach ihm seine eheliche Leibes Erben / und derselben Erbens Erben allezeit der Restre Pan und Ncht / über das blut zu richten haben / und die hürer allezeit ihren Landrichtern zu gleichem gerechtigen gericht leyhen sollen und mögen. Und gebieten dar auß / ic.

§. v. Ex his forte non difficulter de telluris iudicari potest: primam, nempe *Arcole-*
crus & pedem, tribui audio Domino *Hollenburg*, quod audivimus venditum *tu m ra-*
 esse Sigismundo Dietrichsteino à Maximiliano Aug. Crucem tribuunt Domino *tionis.*
Thalberg: cantherium officio hereditario, quo pincernae sunt Carinthiae: anguem Domi-
 nio *Finckenstein*. Haec explicatio est, quae mihi subministrata huc merito referen-
 da fuit.

§. vi. Si vero mihi sit potestas, aliqua annotandi & dubia mea adferendi:
 Crucem secundi laterculi non ambigo altissimam esse ex scuto familiae *Roththal*.
 Quod eadem *Roththal* describitur in *Siemach. Wapenb.* P. 1. p. 38. & apud *Bucelin.*
Geom. P. 3. p. 194. prout infra etiam peculiare caput huic dabitur familiae. Ea à *Thoma*
de Roththal deducitur, qui circa 1419. vixit, & parens fuit *Georgii*, cuius filiam *Barbara-*
ram Sigismundus in matrimonio habuit. In hoc vero haereo, quando *Bucelinus* ei *Thalberg.*
 marem filium assignat *Ioannem*, quem *L. B. de Thalberg* vocat, qui patrem 1487. in Bel-
 gium secutus & thesaurarius designatus posteritatem in Belgio habuerit, quam ibi
 recentior, cum in diplomate *Catharico* ita de eo sermo sit, tanquam qui sine heredibus
 alius moriturus existimetur: nisi dicas supervivisse patrem filio, & nepotum, qui alio
 migrarint, non habitam esse rationem. Porro cum *Roththal* successio hac notatur
 cruce, simul Dominium de *Thalberg* includitur.

§. vii. De cantherio dubitari potest, utrum eo pincernatus hereditarii officium
 denotetur, cum talia officia non soleant nisi illis notari figuris, quae ipsi muneri *Pincerna-*
 analogae sunt, qualis hic estet calix; ut in *Limburgiorum* scuto videmus, qui impe- *tus here-*
 ritu sunt hereditarii pincernae. Forte rectius dicemus notari familiam *Ostervitz*, quae *ditatus.*
 teste *Furfl. Wapenb.* P. V. p. 25. cantherio hoc argenteo usque usque in palma nigra, &
 eundem apicem etiam gessit, qui hic lateri iungitur. Ut vero appareat conjecturam
 fundamentum non carere, sciendum ex *V. Laz. de murr. gent.* L. 6. pag. 193. *Ostervitz*
 pincernas fuisse apud Carnos. Addit: *Ceterum à sicente hac stirpe titulum pin-*
cernarum Dietrichsteinii nobiles, modo Barones in Carnis impetraverunt, una cum Dominis
Wynckensteyn & Holenburg circa annum M.D.SI. Cui ergo familiae successere, eius
 etiam assumere symbolum. Quod verò *Wynckensteyn* dicit, non dubitaverim esse
Finckenstein, quod ipse pag. 202. *Wynckensteyn* scribit. Unde *Ostervitz* symbolo si-
 mul comprehenderetur & dynastia haec & dignitas illa ex gente ista ascita.

§. viii. Anguem *Finckensteinio* Domino dari audivimus, sed videtur recla- *Fincken-*
 mate *V. Lazius*, qui equitibus ab *Holenburg* in aureo clypeo serpentem nigrum tri- *stein.*
 buit *L. 6. de migr. gent.* pag. 202. A quo ut recedamus, non sufficientem video ra- *Holens-*
 tionem. *burg.*

§. ix. Superest crus & pes avis, quae *Hollenburgio* Domino dari audivimus, *Fincken-*
 sed si locum habet *Lazius* sententia, aliam ejus telleram idem scutum continet. Quod *stein.*
 ergo haec designat tellera? Fateor hic me haerere, nisi *Finckenstein* notetur, atque
 ita non vulturis sed fringillae, nominis indicio, crus esse dicatur. Et quidem audivi-
 mus in diplomate imperiali nomen Domini *Finckenstein* propositum fuisse. Ita res
 si habeat, cantherius solum indicium successiois familiae *Ostervitz* tenet. Has *Conjectu-*
 conjecturas meas peritioribus excutiendas propono, neque de illis acriter conten- *ta.*
 dam, si illusterrimae familiae aliae interpretationes probentur.

§. x. Galeae tres imponuntur scuto, & duae apponuntur lateri, omnes coro- *Galeae.*
 natæ. *At. d. a* tres sustinet struthionicas plumas erectas & anteriorum reflexas nigras,
 inscriptis cultris scutaris: Lacinae sunt coccinae & aureae: proxima in ad dextram pre-
 mit pes volucris alveoli primi, cum phaleris argenteis & nigris: ad laevam extrema
 sustinet inter duas alas expansas rubeas crucem argenteam (*Rottthal* in apex hic
 agnoscitur ex *Wapenb.* P. 1. pag. 38.) plumaria ornamenta sunt ex argento & coccino.
 Ex galeis, quae lateri scuti apponuntur, altera sustinet alatum nigrum complicatum
 nigratum, cum cantherio argenteo, laeva tres plumas struthionicas argenteas. Ultri-
 que adduntur lacinae nigrae & aureae.

§. xi. In *Sibmaeberti* armoriali P. 1. p. 22. alia adhuc extat dispositio, quam exi-
 stimo lineae esse, quae à *Francisco* Pancrati filio oritur. Iam scuti quadruperti al-
 veolo primo cultros vinitorios, secundo cantherium, tertio crus & pedem volucris,
 quarto anguem refert. Atque ita non nisi *Roththal* seu *Thalbergum* crucem *Alia scuti*
 dispositio.

omittit, utpote quæ à Barbara Sigismundi uxore familiæ allata est. Quod amplius meam conjecturam de areolis confirmare videtur. Huic scuto dux coronatæ callides insunt, prior cum fasciculo pennarum nigro, cui incumbunt cultri sic utam, altera alam sustinens Ingram cum canthetio. Lacinæ dependent, hinc mimata & aureæ, illinc argentæ & nigre.

Principis
scutum.

§. xii. Quod *Principes* attinet, eorum scutum simplex pingit *P. Furst. Wa-*
penb. P. 3. p. 6. solo videlicet Dietrichsteimo symbolo ornatum. Cum vero alibi viderim Dietrichsteinam parmam ita pictam, ut *cultris in chapeo corona immineret*, quod etiam in galea & cultris plumario fasciculo inscriptis observatur, induco, ut credam, illud verum, quod à Principibus usurpetur, esse *enryca*.

Tituli.

§. xiii. Tituli sunt Principum; *Princeps de Dietrichstein in Nielsburg, Dn. in*
Hollenburg, Finkenstein & Thalberg, supr. pincerna hereditarius Archiducatus Carinthia.
Comitum iste: *Comes de Dietrichstein, Baro in Hellenburg, Finkenstein & Thalberg,*
Dn. in Reuth, Rethan & Intersee, supremus hereditarius pincerna (Oberster Erbs-
schenk) Carinthia. Baronum: *Dominus de Dietrichstein, Baro in Hellenburg, Finken-*
stein & Thalberg, supremus hered. pincerna Carinthia.

Principis
dignitas

§. xiv. *Principis* titulo primus ornatus est gratia Ferdinandi II. Imperatoris
1622. *Franciscus Cardinalis*, ea conditione ut ex stirpe sua quem vellet dignitatis he-
redem eligeret: hic ergo *Maximilianum* ex fratre nepotem huic honori destina-
vit, cui denuo Augustus 1631. axioma illud contulit ad posterum donaturum, ut semper
in linea descendentiū *senior* titulo illo & dignitate præfulgeret subjecta vero est
conditio, ut inter præceteros Imperii sessionem quo obirent, bona sibi in Imperio di-
gna illo fastigio compararent. Quamvis vero hæc factum non esset, *Maximilianus*
ob merita 1653. introductus est in Principum senatum, pristina tamen conditione re-
novata, unde etiam 1654. subscripsit recessus. Conf. Imperiale ad ordines scriptum
apud *Lamm. iur. publ. T. V. add. ad c. 7. p. 393.* Primi autem Comitum honore videntur
ornati patrum *Maximilianus* atque *Sigismundus*.

CAPUT XXII.

Doria Princ. Melitani.

ARGUMENTUM.

1. *Origo gentis.*

2. *Andreas Auria, Successores.*

3. *Insignia.*

§. I.

Origo
gentis.

A*urium* seu *Dertarum* Illustrissima apud *Genueses* familia apud *Hennig. Theat.*
Gen. T. 4. P. 1. p. 1018. refertur ad *Ardunum* regulum ex Naibonenti Provincia,
qui religionis ergo in terram sanctam profecturus duxerit in uxorem *Ortam* femi-
nam nobilem ex pulchra familia *Volta*, quæ *Cataneorum* fuit, natam, & receptus sit in
Voltozum threpeni. His præter tres alios natus *Ansfaldus Auria*, cognomine à matre
assumpto & ad posteritatem transmissio, vir roge & sagique artibus conspicuus.

Andreas
Auria.

§. II. Ex posteris multi optime de republica meriti sunt viri, & præcipuos ma-
gistratus pluries gessere, læpius etiam legati res difficiles peregere, vel duces terra
marique hostibus graves exitere. Hinc et omnes *Andreas 1611.*, quia Francisco I.
1527. classi præfectus ad *Carolus V.* transit, patria libertati vindicata: quæ inscrip-
tio publicæ columnæ ei constituta est: *ANDREÆ AURIAE CIVI OPT. FE-*
LICISS. Q. VINDICI ATQ. AUCTORI PUBLICÆ LIBERT. SENATUS
POPULUSQ. GENUENSIS POS. Præterea *P. ser. Patr. & alter Nipinnus*, ob
peritiam navalis militiæ, dici meruit. Huius 1560. mortui *elegiare censet Thuan. L. 26.*
p. 1196. Heredem sibi destinaverat patruelis Thomæ filium *Inetium*, 20. jam tri-
centibus attribuit, sed ea spes & fastus inde conceptus lanimo teralis fuit, atque
prope toti Republ. exitialis, seditione ob hoc à *Joh. Ludovico Filico Lavinae* Comite
1547. excitata, qua sanctus interit. Sed filius *Johann. s. Andreas* in eas spes successit,
Princeps Melitanus, quia ad *Echinadas Turcis* gravem intulit cladem, & 1606.
mortuus

Succes-
sors.

mortuus est. A quo descendit *Iohannes Andreas Paganus Doria, Princeps Melstianus*, grandis Hispanæ, M. Tonitæ, & S. Stephani, cujus insignia refert *Sammarth.* l'est. de l'Esp. pag. 89.

§. II. Sunt ea antiqua Auriarum, quæ n. 171. inter Equites A. V. *Andree* ad-^{Insignia} scribit *Ioh. It. Chifflet.* Scutum transverse lectum, sursum aureum, deorsum argenteum, utriusque parti aquila nigra impressa, rostro lingua & cruribus miniatis. Apex, aquila emergens, scutariæ similis. Fascia tortilis & laciniæ auro & nigro pictæ. Quæ eadem n. 312. *Andree*, huius *Iohannis Andree Paganus*, ut puto, patri, attribuit. Nec non 227. *Antonio Auris M. Sancti Stephani Dn. Gino*, sed cum discerniculo flammæ coccinearum, in primo capitis angulo & in duobus angulis pedis scutarii.

CAPUT XXIII.

Com. ab Erpach.

ARGUMENTUM.

1. Origo.
2. Confirmatio ex veteri documento. De *Enhardo & Imma Caroli Magni filia. Donatio Imp. Ludovici Pii. Donatio Enhardi & Immo* de cella *Michlenstati.* Descriptio *Marchæ* pertinentis ad *Michlenstati.* *Episcopatum Enhardi.*
3. Deductio gentiæ.
4. Scutum.
5. *Erpachius Comitatus.*
6. *Breuberg. Controversia cum Wertheimis.*
7. Apex.
8. Titulus. *Pincerne Palatinatus.*
9. *Eckbach* olim in scuto.
10. *Emta Dynastia ab Erpachius.*
11. *Ierum amissa ab Ilajit.*

§. I.

DE Illustrissimorum *Erpachiorum* Comitum origine, ita *Hub. Thom. Leod.* de vit. Origo, *Frid. II. Pal.* pag. 10. *Comites ab Erpach* arbitratur, se originem ducere ab *Eginhardo Archiepiscopo* notarioque *Imp. Caroli Magni*, cui in matrimonium data fuit *filia Caroli Imma nomine.*

§. II. Ut vero appareat, non traditione nuda, quæ sæpe fabulis nititur, hanc deductionem constare, illa heic inferere consultum duxi, quæ ab Illustrissimo Comite *Georgio Ludovico* pro gratioso in me ejus affectu communicata sunt: & ita sonant:

Confirmatio ex veteri documento.

Hæc sequentia Latino sermone conscripta de *Enhardo & Imma, Senesivina Imperatoris Caroli Magni filia, legitimo matrimonio in vicem junctis*, in *Archivo Selgenstadiensis Monasterii ad Manum*, (cujus fundator idem *Enhardus* fuit) memoria prædita inveniuntur, & eadem in vetusto privilegiorum (ut vocant) *Laureshamensis Monasterii* archetypo, antiquis literarum characteribus, in membrana conscripta habentur.

De *Enhardo & Imma Caroli Magni Imperatoris, &c. filia.*

Enhardus Archiepiscopus & Notarius Imperatoris Caroli, cum in aula regia laudabiliter serviens, deligeretur ab omnibus, à filia quoque ipsius Imperatoris *Imma nomine*, regi *Gracorum* disposita, amabatur ardentius. Aliquantum temporis fluxerat, & amar alternus quotidie inter ambos per augmenta crescebat: utrosque enim timor retardavit, & offensio regia, nec non tam gravia convenendi in vicem consumina. Sed amor improbus omnia vincit. Denique cum idem tur egregius in remediabiliter amando astuaret, auresque virginis per internuntium appellare nec præsumeret, nec sibi summa de semetipso fiducia, nocturno tempore, latenter ad puella tendebat habitaculum, ibidem ergo pulsans elanculo, & intrare permissus, tanquam allocutus jur euculam de regali mandato, statim versa vice, solus cum sola secretis usus a quoque, & datis amplexibus cupido satisfecit amori. Interea cum jam appropinquante luce diu, per silentia noctis, unde venerat, repredi vellet, de improviso vicem haud modicam decedisse cognovit, & ne per vestigia pedum virilium arguitus prodiretur, foras exire sinuit: amicosque pro sollicitis facti, anxius simul & formido intra remanere compulsi. Cumque in magna sollicitudine fluctuantes, quid factu opus esset, deliberarent, tandem elegantissimam juvenulam (quam audierim faciebat amor) consilium dedit, ut ipsi quidem super se confidentem inclinata acciperet, cumque usque ad locum, illius hospicio contiguum, antelucanum

De *Enhardo & Imma Caroli Magni.*

prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celsitudini nostræ, fidem quendam nostrum, nomine Enhardum, de quibusdam rebus proprietatis nostræ honorare, atque in sui juris potestatem liberalitatis nostræ gratiam conferre. Nec immerito, quippe cum & fidelitatis obsequio & obedientie devotione, hoc apud Serenitatem nostram digne meretur acrisse, qui totis visibus usque quaque nostro servitio, nostris iussionibus fideliter parere studet. Inde novit experientia atque utilitas omnium fidelium nostrorum tam presentium quam & futurorum, quia concessimus eidem fideli nostro Enharde, nec non & conjugi suæ Imme, in partibus Germaniæ locum, qui vocatur Miehlenstatt, in silva quæ vocatur Odonevvald, in cuius medio est basilica lignea modica constructa, de qua in omnem partem qua qua versus pertinent ad eundem locum inter Camium, &c. sylvam Leuzg dusa, id est, rassauna. Intra cuius mensurâ complexum manent presentis temporis servi nostri proprii XIII. cum uxoribus suis & filiis. Præter hos sunt in eodem loco inter masculos & feminas mancipia quadraginta. Hunc locum cum terminis suis sub integritate & mancipiis suis, nec non & villam quæ dicitur Mulinheim, quæ est in paro Moynegarve sita super ripam fluminis Moyi, quæ quondam Dragonis comitis possessio fuit, & habet basilicam parvam muro factam, in qua villa sunt mansi XVIII. & servi presentis tempore manentes cum uxoribus & liberis numero XIII. seu & in altera villa, eodem vocabulo, super eundem fluvium, quæ vocatur inferior Mulinheim, in qua sunt mansi III. & servi manentes totidem cum uxoribus & parvulis, qui pertinent ad superius dictam villam. Hanc villam, id est, superiorem Mulinheim cum appenditiis suis, & mancipiis propriis ad eam pertinentibus, & hæc omnia supra scripta cum Ecclesiis, villaribus, domibus, mancipiis, silvis, terris, pratis, pascuis, aquis, agrarumque decursibus, cultum & incultum, cum omnibus adjacentiis & appenditiis, totum & ad integrum, prædicto fideli nostro Enharde, & conjugi ejus Imme, in proprium per hanc nostræ donationis auctoritatem concessimus. Ita videlicet, ut quicquid ab hodierna in futurum de prædictis rebus & locis, vel de his, quæ ad eas pertinent, jure hæreditario facere voluerint, in omnibus possint arbitrio faciendi, & nullus quilibet ex fidelibus sanctæ DEI Ecclesiæ nostris, de præscriptis rebus, memorato fideli nostro & conjugi suæ à nobis concessis aliquid abstrahere aut minuere tentet: sed liceat eis ipsas res quiete habere & possidere, & cui voluerint, jure hæreditario relinquere. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ per curricula annorum inviolabilem atque inconversam perpetuo obtineat firmitatem, & à fidelibus nostris tam presentibus quam & futuris, seu etiam à successoribus nostris à nobis facta veritas certiusque credatur, eam manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari iussimus.

Signum HLudovici.



Serenissimi Imperatoris.

Helisachar recognovi data III. Idus Januarii, Anno Christo propicio, primo Imperii Domini Ludovici piissimi Imperatoris Augusti, indictione VII. Aquisgranii Palatii regio: In DEI nomine feliciter. Amen.

Venerabilis itaque Enhardus ob honorem simul & amorem Excellentissimi Caroli & piissimi Ludovici Imperatorum, præfatum locum & Cellam Miehlenstatt cum suis pertinententiis Laureshamensi tradidit, atque per huiusmodi testamentum confirmavit.

Donatio Enhardi & Imme, de Cella Miehlenstatt.

In nomine Domini DEI & Salvatoris nostri JESU CHRISTI.

Dominus ac Redemptor noster corporaliter in terris conversus homines varia peccatorum sordibus inquinatos amovere dignatus est, dicens, date elemosinam, & ecce omnia munda sunt. Et iterum: facite vobis amicos de Man. mona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Ideo nos, in ipsius DEI omnipotentis & ipsa juvenis nomine, Enhardus & Imma simul de salute animarum nostrarum cogitantes, & de alolendis peccatis nostris beatæque ac perpetuæ vitæ præmissis consequendis, pari de oratione tractantes hoc testamentum facere decrevimus, per quod spontanea & integrâ voluntate

Donatio
Enhard &
Imme de
Cella Mieh
lenstatt.

tate donamus, quod ab hodierna die donatum esse volumus, id est, cellam nostri juris, vocabulo Michlenstatt, sitam in pago Plungourve, in sylva que dicitur Odenenwald, super fluvium Mumblingen, quam nobis gloriosissimus Princeps Dominus Ludovicus Imperator largissima liberalitate concessit, & de iure suo in nostrum jus sollemni donatione transfudit, ac precepti sui auctoritate in proprietatem nobis confirmavit. Hinc ut diximus cellam sub integritate cum omnibus appendiciis & terminis suis, & cum omnibus ad se pertinentibus, id est basilicis, domibus, ceterisque adificiis, terris, pratis, sylvis, campis, piscibus, aquis, aquarumque decursibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus ac se ipsos morventibus, mancipiis diversi sexus & aetatis numero centum, donamus & tradimus ad basilicam sive monasterium venerandi Martyris Christi Nazarii, quod vocatur Lauresham, & est constructum in pago Rhenensi in ripa fluminis quod dicitur Wisgal, ubi tempore presenti vir venerabilis Alalungus Abbas, Deo deserventi congregationis Pastor & Rector esse cognoscitur. Et videlicet ratione memorata donationem atque traditionem facientes, ut quam diu in hac mortalitate, divina iustione viserimus, habeamus predictam cellam in nostra potestate & sub nostra ordinatione, absque ullius personae aut potestatis contradictione vel impedimento, tam simul quam singulim per successionem, si uno superstitie alter e nobis ante deciderit. Tulos quoque si nos habere contigerit, unus ex eis, in eadem possessione nobis iure precario succedat. Post obitum vero nostrum memorata cella cum omni integritate ad prænominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiatur, & in eius potestate atque dominio perpetuo permaneat. Et si aliquis contra hoc nostrum donationis testamentum resistere voluerit, aut illud contrahere atque evadere tentaverit, primiter Christum & S. Maritimum eius Nazarium, nefandis ausibus suis contrarium sentiat, & insuper sciso distringente multam de rebus propriis parti predicti venerabilis Monasterii coacter exolvat, auri videlicet libram unam, argenti pondo XII. Et hoc testamentum atque hec donatio firma & inviolata permaneat. Et si quocumque tempore a quolibet homine aliud instrumentum, in nostro nomine prolatum fuerit, quod huc nostro testamento contrarium sit, iudicium datorum anterius vel posterius habens, etiam si manus nostras videatur vel dicatur esse firmatum, vacuum & inane remaneat & nullum effectum obtineat, sed ut prædiximus hec donatio nostra perenni stabilitate firma & inviolabilis perseveret, stipulatione subnixi. Et ut hoc testamentum iuxta legis consuetudinem integram firmitatem accipiat, propriae manus subscriptione illud firmare decrevimus, & idoneorum testium, qui ipsam donationem viderunt, signaculis roborari fecimus. Facta donatio in Laureshamo Monasterio 11. idus Septembris Anno v. regni Domini nostri Ludovici gloriosissimi Imperatoris in Dei nomine feliciter.

Ego Enhardus peccator & donator recognovi & manupropria subscripsi.

Ego Imma contenti & subscripsi.

Signum Rabangarii. Signum Warboconis.

Signum Wolfberti & aliorum.

Ego Hirmimarus Diaconus & Notarius Impetialis, rogante Enhardo hoc testamentum scripsi & subscripsi.

Descriptio Marchæ pertinentis ad Michlenstatt.

Hujus donationis sive tenorem & locorum terminorumque descriptionem ipse Enhardus hoc modo designavit.

Descriptio
Marchæ
pertinentis
ad Mich-
lenstatt.

Quoniam sunt quidam, qui factu seculari surgentes & semetipsos amantes à Christi fidelibus sacris Ecclesiis seu Monasteriis tracta irradunt, aut ut sibi hereditario iure retineant, aut mundiali baltheo in beneficio dividant. Ego Enhardus, ne in his, quæ de regia manu Ludovici Imperatoris in loco Michlenstatt contraxi, manus iniquorum prevaleat: adverteat obsecro fidelium tam sequentium quam præcedentium memoria, qualiter in unum sint collecta, quibusve expressa vocabulis. Postquam enim locum prædiximus Laureshamensem donationi subjungere disposui, astitit quibus notum fuerat, terminum & vocabula locorum diligenter investigari, & recenti memoria notarum Lutherum exprimeret literis iusticia videlicet circumspectione, quia multorum Monasteriorum eis prædixi conjunguntur, & diversorum Dominorum beneficia circumquaque terminantur. Hæc ergo terminorum loca & locorum vocabula designantur hoc modo: Dum

à morte

à monte Momenhard incipiunt, & totum eundem montem usque ad plateam comprehendunt: à platea usque ad duplicem quercum, inde inter Vlenbuch & Rumpelshufen ad quercum: de quercu in fluvium Bromaba: per hujus descensum in Wllinbuch: per hujus ascensum usque ad lapideum rivulum: unde ad Wllinbuch, per unam portam intro, per alteram foras: inde in ripam Futerun: per hujus descensum ad Langensirft, ubi Langenwirst scinditur: super Langenwirst ad Breitenfol: inde per Eichenal in flumen Vretella: per hujus ascensum in Vasserbuch: inde ad Phaphenstein Enhardi: à Phaphenstein supra Riegheresnetten: inde ad verticem Claphendales ad Claphenberg: inde in Cunigesbrunnen: per hujus descensum in Mambliwen, per hujus ascensum ad Manegoldescellam: ab hac in fluvium Mosaha: per hujus ascensum in Beroldesbrunnen: inde ad Ellenbogen, in flumen Brantbach: per ejus descensum in Mamelingen: ex qua ad quercum inter Brasapht & Munttat: inde iterum ad montem Momenhard.

Epitaphium Enhardi.

Enhardus fueram, regum qui clarus amore,

Cui Caroli Atgini filia nupta fuit.

Quæque sub hoc mecum tumulo conclusa quiescit,

Ad superos donec nos tuba rauca vocat.

Hoc ego construxi de voto pectore templum,

Fratribus & largis contulerimus opes.

Corpora sanctorum summa tumulata sub ara

Congessi, vixit quæ mihi Roma dedit.

Anno Domini DCCC. XX. quarto Nonas Augusti. Obiit gloriosa Domina Iunonia filia Imperatoris Caroli Magni, fundatrix hujus loci, & servatur hic Annoverfarius ipsius, & Vastrade Regine genitricis sue, & Germani ipsius Ludovici Imperatoris, & Enhardi legitimi sui, & Gertrude Abbatisse sororis sue, & omnium fundatorum & benefactorum hujus loci. Obitus Eynhardi designatur. prædicte Idus Martii, non apposto anno.

§. III. Hæc ipsa quæ hic designantur, sunt in familia hujus ditione, & à Selmg-De Justio fladiensibus pro indubis fundatorum habentur Comites nostri successoribus: licet quæ fors pleratumque domum illustrem est, singuli gradus genealogici enumerari nequeant. Præter Meinolphum, qui in primis ludis equestribus 938. celebratis ex circulo Rhenano præses lectus est ludorum, post eum alius torneamenti subinde plures ex hac stirpe interfuerit. In primis ex ea claruere Gerlacus Episcopus Vormatiensis, qui 132. & Theodoricus Elector Moguntinus, qui 1459. decessere. Et superiorem seculo Georgius, qui ex quatuor conjugibus numerosam sustulit prolem; ex quibus decem filiarum exemplo illustribus conjugis elocatae sunt: ex filius autem non nisi minimus natus Georgius Albertus gentem propagavit; hujus enim filii sunt Illustrissimi Comites Georgius Ludovicus, Georgius, & Georgius Albertus: ex quibus medius 1678. fatis concessit, in reliquis veto duobus spes generis superat.

§. IV. Quo utatur familia clypeo in Wapentb. P. 1. pag. 15. videre est. Quæ Scutum. dicitur ille in primo & quarto quadrante Erpachium, in secundo & tertio Breuber- gium symbola desert.

§. V. Erpachium proprium ^{duarum} areola constat transversim secta, & superiori parte cocco, inferiori argento tincta: interceptis tribus stellis, cocco duabus argenteis, argento una rubra. Hæc gentilis tessera est, & Erpachium nunc denotat comitatum, qui diversus à domino Erpach prope Ulmam, quod ad Paumgartenenses spectabat, dein Vicecancellarii Imperii Dni. ab Ulm filios, vid. M. Zeuler. itin. Germ. P. 2. p. 28.) ab arte Erpach, prope Michelstatt e regione Furstenavæ (unde in his duabus areis plerumque conuim sedes esse solent) dictus, ad Ottomiam situs sylvam, Halliæ, Palatinatui & Franconiæ contiguus est: unde in circulo Francoconico familia locus inter proceres assignatur.

§. VI. Breubergeria tessera latereulo constat argenteo inductis fideis duabus minimis. Dynastiam hanc Elibetha Michaelis ultimi Domini filia Ruolpho Wertheimro Comiti aruit: unde in ea etiam hæret, dum duravit: Wertheimius demum extinguitur, à Maria Michaelis senioris Com. Wertheimii filia Eberhardi Erpachi conjugis jus in dominium hoc allatum est. Sororis vero Amaliæ Neuenaræ jus & reliqua successio Wertheimii alio titulo ad Læwensteinios Comites delata est: & ex eo commu-

Epita-
phium En-
hardi.

De Justio
gentis.

Erpachium
Comita-
tus.

Breuberg.

Contro-
versia cum
Werthei-
mii.

inter arcem eam possedit utraque familia, transactione 1351. inita. Cum 1637. Joanni Theodoro Com. Lutec. esseimo a Cesare custodia militaris & prætectura Breubergæ demandata fuisset, & 1647. cum Georgius Albertus castrum occupasset, nove exinde desuper lites, & utrinque scripta prodire. Denum pace Osnabrugenti ita sancitum: *Domus Erpachensis, in principis Comitis Georgii Alberti heredes, in castro Breubergicum omniaque ejus jura ipsi cum Domino Comite Læventhusensi communia, tam quoad presidium ejusdemque directionem quam cetera civilia jura restituantur.*

Apex.

§. VII. Galeæ duo misistunt cornua: dextri superior pars mino interior argento tingitur: sinistri partes oppositos colores servant. Inter hæc cornua ob *Breubergiam* dynastiam duæ lanceæ decussatim locantur, quarum vexilla rubeis ac argenteis fascis distinguuntur. Lacinae colores similes servant.

Titulus.

§. VIII. Hæc insignia sunt, quibus hodie Illustrissimi fratres *Georgius Ludovicus* & *Georgius Albertus* utuntur, illo etiam titulo contenti: *Comites in Erpach, Domini in Breuberg.* Olim *Pincernarum* (*Schencken*) & *Domnorum Erpachii* titulus in usu fuit, qui dein cum moderno Comitum commutatus est. Ceterum *pincernarum* ex eo nomen fuit, quia *Palatinatus* sunt *pincernæ hereditarii.*

pincernæ
Palatinatus.Bickenbach
clim in
scuto.

§. IX. Superioris seculi principio & prioris ultimis annis videas secundo & tertio loco symbola *Bickenbachia* ab Erpachiis gestata, quæ sunt in scuto rubeo duplex ordo rhombulorum argenteorum in baltheos contiguos dispositorum: Clypeo inidebat inter alas symbolo scutario pictas equus frenatus candidus, sedentis speciei. Conf. *Wapenb.* P. 2. p. 29. titulo Bickenbach.

Emta Dy-
nastia ab
Erpachiis.

§. X. Videri autem posset hoc symbolum Erpachiis matrimonio *Margaretæ Bickenbachie*, atque *Conradi Erpachensis* obtigisse. Sed secus habet, quod enim ex documentis domus edoctus sum, ultimus Bickenbachii dynasta *Conradus*, quia filius *Conradus* junior mente æger & regimini ineptus erat, omnia bona sua & allochalia & consensu Domnorum teuda genero *Alberto Comiti Mansfeldæ* ejusque conjugi reliquit, ea condicione, ut ab ipsis filius *Conradus* ad dies vitæ aleretur; ita *Conrado* patre mortuo *Albertus* uxorio nomine possessionem adiit. *Alberto* mortuo tutores liberorum ejus dynastiam cum omnibus, quæ ad eam spectabant, consentiente feudi Domino, nempe Moguntino Electore, 1470. *Erasmio Erpachio* 7700. flor. vendidit. Ita hoc dominium ad domum emtionis titulo devenit.

Iterum
amissa ab
Hallsis.

§. XI. Verum parum ultra triginta annos Erpachii eo gavisi sunt: nam 1504. in bello Bavarico, *Hallsis Landgravius*, quod Erpachii nomen suum literis diffidationis (seu denunciationis bellicæ, *Schde-breiff*) inseri passi essent, adeoque Cesaream Majestatem violassent, caufatus, armis, quæ Erpachiorum erant, dynastiam *Bickenbach, Præfecturas Schamberg, Dwinberg, Lugeubum & dimidiam Præfecturam Habizheim* eis ademit. Quamvis veto & alii Erpachios ut intontes excusarent, & ipse Imp. testimonio suo 1507. eos absolveret, non tamen aliud obtineri potuit, quam ut reliqua quidem redderentur; *Bickenbachium* autem cum 62. vassallis, omni abdicato jure, titulo & insignibus, recepta vicissim aliqua pecuniæ summa, Erpachii *Hallsis* cederent. Vidi designationem 1554. à Comite *Eberhardo* factam, qua computatis omnibus damna eo bello sibi illata eo tempore jam 154000. flor. æstimavit. Ita tessera hæc denuo ex feuto gentili expuncta est.

CAPUT XXIV.

Duces *Esfrei.*

ARGUMENTUM.

1. *Familia origo & series.*2. *Esfrei. Dynastia.*3. *La Cauchie.*4. *Galea.*5. *Tunb.*

§. I.

Familiæ
origo &
series.

Illustrissima *Esfrei* Bononiensis agri primorum Baronum & Senescallorum familia Iapud *P. Arsevaune Palais de l'honn.* p. 391. tetertur ad *Antonium Esfreum Dn. de Vallieu*, patrem alius *Antonii*, avum *Ioannis*, qui *Causvres* acquisivit, rei tormentariæ præfectus

ſectus fuit, & geſtis celebre nomen meruit. Hoc natus eſt *Antonius* iterum tormen-
taria rei præfectus, pater præter *Gabrielidem Ducem de Beauſort*, quæ ex *Henrico* IV. Rege *Frindocinos* genuit, *Franciſci Annibalis M. de Cœuvres*, *Com. de Nanteuil*,
& legationibus & bellicis expeditionibus celebris viri: qui *primus Mareſcallus Fran-*
ciae, & demum *Ducali* axiomate ornatus, 1670. vivis exceſſit: pater *Franciſci Ann-*
ibalis, qui nunc Dux eſt, *Cæſaris Epifcopi* & *Ducis Laudunenſis*, atque ab anno 1671. *Car-*
dinalis, & *Joannis Com. d' Eſtres*, Viceadmiralis *Franciae*.

§. 11. Scuto Dux utitur quadripartito; & quidem prima areola & quarta ar-
gentea cancellis nigris clathrata viſitur, cum capite aureo tribus nigris murulis exarato; Ducatus.
quæ ipſa gentilis tellera eſt. Cæterum ſub titulo *Eſtreo* Marchionatus de *Cœuvres* in
Sveſſionenſi agro *Pariaſus* & *Ducali* axiomate ornatus eſt 1645. ſed à curia rathubita
dignitas 1663.

§. 111. Latereculus ſecundus & tertius aureus leone inſignitur caeruleo, cujus coro-
na, ſculea & lingua rubent. Hoc ſymbolo designatur Dominium *la Cauchic* in *La Cau-*
Bonienſi agro, quod *Antonio II.* marito heres eius *Ioanna* attulit. chie.

§. 1v. Galea imponitur coronata, ſed et alium impoſitum apicem non vidi. *Galea*,
Laciniæ tinguntur auro, argento & nigro colore.

§. v. Titulus eſt: *Dux d' Eſtres, Par Francia, March. de Cœuvres, C. de Nanteuil*, Tituli.
primus Baro & Senſchallus Bononienſis agri, Vicecomes de Soiffons & de Pierrefonds. Ho-
rum vero ſingularum rationem edere neſcio.

CAPUT XXV.

Foxii. Duc. de Rendan.

ARGUMENTUM.

1. Gentis origo. *Su. ceſſio. Albigenſis.*
2. *Noviſſimi Foxiorum* ex *Dominis de Greilly*.
Successio in regno Navarre. Ramus Can-
dali & Flexius.
3. *Ducus ſenium.*

4. *Foxia gens.*
5. *Vacca Bearnerſum unde?*
6. *Beaunerſes Vicecomes. Hereditas ad Gaba-*
retos. Montada. Foxios.
7. *Apex.*
8. *Tituli.*

§. 1.

Illuſtri ſplendore antiquitatis, rerum geſtarum & aliorum decotum nulla facile il-
luſtriſſimam *Foxiam* gentem ſuperat. Eam ad *Arnoldum Comitum Carcaſſona* ſeculo
decimo referunt, qui pater fuerit *Oſtonis Com. Reddarii ſeu de Razez* atque *Rogerii*
Com. Carcaſſona & Fuxi ſeu Fluſſatam ſeu Fluſtatam. Hoc nati *Raymundus Comes Car-*
caſſona (pater *Ermengardis ſeu Mungardis*, quæ *Rogero Bernardo Trencavello Vicecom.*
Biterrenſi ſeu Bezzerio nupſit, qui ob hoc *Carcallonenſem Comitatum* ſibi vindica-
vit, ſed ob eum cum *Raymundo Berengano Com. Barcinonis* contendere necelle
habuit: ejus etiam poſteri eundem comitatum aſſeruere, & aliquando a *Barcinonen-*
ſibus ad homagium coacti ſunt, demum *Raymundi Rogeri*, qui cum *Albigenſibus*
faviffet, captus in carcere interit, filius *Raymundus Trencavellus* omnia *Simoni*
Monfortio 1211. & deinum 1217. regi *Ludovico* cedere coactus eſt.) & *Bernardus Com-*
es Conſerannorum atque Foxenſis, qui filiam *Stephaniam* habuit *Carliæ Regis Navar-*
re thoro dignam habitam, atque *Rogerium Com. Foxenſem*, qui expeditioni *Orientali*
interfuit: Hujus abnepos *Raymundus Rogerius*, qui ad *Accatonem Turcam* proceſſit
ſtatue ſtraverat, cum eo tempore *Albigenſes* in *Papatu* varios errores oſtendere ce-
piſſent, orientis lucis radius conviſtus cum uxore ſua partia ceſſit, & ſe ducem etiam
præbuit, ſed bis, imprimis poſt 1213. acceptam eladem, ſe ſubmittere coactus eſt; Fi-
lius *Rogerus Bernardus* ſtudem *Albigenſium* ſectatus partes, regis *Ludovici* iram in ſe
irritavit, qui peculiari expeditione in eum movit, ut ſupplex ſervi cogeretur. Tanta
eotempore viſ eleri *Papæ* erat, ut omnes facile armaret ad verius quoscumque, qui
ejus potentia cæca obedientia ſe ſubmittere recuſarent, & punitionibus oculis verita-
tem intueri amarent, quod de *Albigenſibus* illis credimus, qui inſanis quidem abho-
ſubus ſuis proſciſſi ſunt convitiis & calumniis. Unde gentis non dedecus ſed decus
eſt,

est, tales majores habuisse, qui in tenebris tam lapsis non nihil clarius viderunt Rogeri Bernardi nepos vel pronepos tunc *Rogerus Bernardus* Rex, qui præter hereditatem *Bearni*, quæ ab uxore obtigit, à Philippo audace rege, cui prius inobediens fuerat, sed in gratiam receptus est, tenuisse Aquitaniam præteritus constitutus, & 1306. mortuus est, Sororem habuit *Isela mundam* Jacobi Aragoni regis Balarum uxorem, nihil autem *Gaston*, quo natus, *Jo. I.* & *Rogerus Bernardus*, ille Gubernator Aquitaniam, qui Vicecomitatum *Lantrecanum* emit, *Gyslon* *Phabum* genuit, principem ad e magnificentiâ celebrem, qui 1399. decessit nulla legitima prole relicta, nam filius *Gyfo Phabus*, quod capsulam veneno plenam, cujus vim esse perivisus erat, ut in matrem cum qua dissidebat, hinc reconciliaretur, patri porrexisset, tanquam venenicus reus cultodix datus perierat ante patrem. *He* (Rogerius Bernardus) *Viccomes de Castellon* alium *Rogertum Bernardum* genuit, patrem *Matthæi* qui post Gastonis Phæbi mortem *Comes Foxii* fuit, sed ex *Joanna* Joannis Aragoni regis filia, cujus causa frustra regnum illud affectavit, nulla relicta sobole 1399. extinctus est maritum ultimus, & *Isabella* seu *Elisabetha*, quæ *Archibaldo* seu *Archenbaldo Capiti de Buch* nupta novam gentem *Foxiorum* orâta est.

§. II. Novæ hujus Foxiæ gentis origo in obscuro diu fuisse apparet, donec eam *Celeb. Sabaudicæ Genealogiæ* scriptor *Samuel Guichenonius* clarè luci exponeret. Refertur ea indubis testibus ad *Girardum Dn. de Greilly* in Gabienii tractu non procul Geneva (p. 10. de Gex) qui circa 1120. vixit, hinc natus *Joannes*, eo alius *Joannes*, pater tertius, quo genuit *Petrus*: quem patrem habuit *Joannis Dn. de Greilly & de Rolle*, qui primus ad Aquitanos transfuisse fortunæ sedem videtur, tactus pro *Edoardo R. Angliæ* 1307. *Guionne Seneschallus, Viccomes de Beaunages & de Castellon*: hujus filius *Joannes* ex prioris Foxiæ gente *Blancam* Gastonis Com. Foxii & Vicecom. Bearnenis filiam uxorem habuit, unde geniti *Petrus & Joannes*, hic Dominus de *Lanzon* factor est Dominorum *de Greilly, de Ville le grand, & de Veyzie* in Sabaudia, ille *Petrus Viccomes de Beaunages & de Castellon*, ab uxore *Asfalida Burdegala* *Capitulis Enffiorum* seu *Bojorum* seu *Botium* (Capit. de Buch. Fourn. Notit. orb. Geogr. 6, 28. vocat *Capit. ambrosini*) genuit *Joann. m.* alius *Joannis* patrem, atque *Archenbaldum* maritum præfate *Isabelle Foxiæ*, ad quam hereditas prioris stirpis delapsa erat: illis parentibus nati *Joannes Comes Foxius* (pater *Gyslonis*, qui Leonoram Joannis Aragoniæ & Blancæ Navarræ regum filiam uxorem habuit, atque ita regum genti decus intulit, unde natus præter alios *Gasto*, reliquit *Franciscum Phæbum regem Navarræ*, qui 1483. obiit. atq; *Catharinam*, à qua ad *Albricianos* & per hos ad Borboniam gentem regesque Franciæ regnum Navarræ delatum est & *Gasto Foxius Capit. de Buch*, Comes de Longueville, Baro de Gurfon, Dn. de Greilly, Ville le grand, la Rolle & Meille in Aragonia, pater *Joannis*, qui ex Margareta Suisoleia de Pol Comite *Candale*, *Joannem* genuit *Candala* & *Beauzou Comitem*, genitorem præter alios *Gastonis*, à quo descendunt & *Candalus Ramus*, qui in

Successio
in regnum
Navarræ.

Ramus
Candalus
& Flexus.

Margareta pronepte defecit *Joannis Ludovici de Nogaret de La Vallette Ducis Espernonis* conjuge (vid. L. I. c. 66. ubi n. 10. illud deleri rogo, quando inter affinitates Foxiæ de *Bourdeaux Puy Paulin* mentionem nullibi reperiri ailerueram; nam Petro Dn. de Greilly Capiti de Buch, quod supra dixi, *Asfalida* seu *Aislahe de Bourdeaux Dn. de Puy Paulin* nupsit) & *Flexus* (de Fleix seu Flers in quo *Johan. Baptista Gyslon de Foix Com. de Flex* 1646. ad Martiæ trucidatus filios habuit *Joh. Baptistam Gyslonem de Candale D. Rendunum*, qui 1665. extinctus est, relicta filia *Marta*, quæ biennio post patrem secuta, *Henricum Franciscum Foxium D. Rendunum*, & qui nunc Dux est *Hericum Carolum*.)

Ducis seu
tum.

§. III. Ducis Rendani scutum quadripartitum est. Prima & quarta quadrata *auræ tres palos detert. nubes*. Secunda & tertia *auræ binae vacæ rubæ, cornibus, unguibus, jugis & immixtabulis à collo dependentibus cyano colore tinctis*. Aliæ tamen immixtae cornu inficiunt.

Foxiogens

§. IV. Pali notant *Foxium Comitatum* vel familiam. Et quidem creduntur illi ex *Barcinonensium* comitum scuto mutuo sumti, quia antequam certiora de gentis Foxiæ origine investigarentur, apud *Froissardum* eam *Barcinonensibus* derivari amabat. Quæ species dilectnicum foret, numero figurarum immixtum, si deducto illa

illa fundamento non careret. vid. supra P. 1. c. 8. Verumenimvero in superius allegata Genealogia, quam incerta conjectura acquiescere malo:

§. v. *Vaccæ* symbolum sunt *Bearnii* seu *Beuernii* in Pyrenæis sitii Principatus. ^{Vaccæ Bearnensium unde?} Ratio harum non una allegatur. Aliqui (*Guill. Paradiso* autore) ei edunt notari ita antiquum nomen *Vaccorum*, ex quibus *Bearnensis*. Alii cum *Labourenno* tertilem rei pecuarie provinciam designati exultant, in qua *vaccarum* proventus sit uberrimus. vide quæ supra in hanc rem P. 1. c. 8. n. 15. notavimus. Aliam rationem traditio fert, incidit *Rogerium Foxium* Comitem in corpus *S. Vulstani* *Vaccen*um Apostoli ab *Arianis* oculi, illudque vehiculo suo quod *Vaccæ* trahebant impositum ad locum sepulture deduxit (vid. supra P. 1. c. 2. n. 45.) sed quæ conditio pleurarumque traditio hujus generis est, *Oront. Fine de Bretagne. Jewd. Arm.* p. 33 tabellis hoc factum miraculum recte annumerat.

§. vi. Quod hunc *Bearnensem Principatum* atinet, suos ille olim habuit *Vaccæ* ^{Bearnensium unde?} *Bearnensium*, ex quibus *Centullus* memoratur mortuus 940. & quidem ostendit fuisse ex propria *Lupi Centulli Vascorum Ducis*, qui 820. vixerat. *Trinepos* *Centuli* fuit *Centullus II. Vescomes*, qui è secunda uxore *Beatrice herede Bernardi Comitis B. & rronum* successorem Comitatus hujus nominis suis filis acquisivit, sed non fuisse a femella in alias stirpes ille delatus est titulus: Ex prima uxore *Centullus Gistoni III.* suscepit, qui orientali expeditione interfuit, & 1131. in Hispania bello contra *Maurus* cecidit. pater *Centullus V.* qui 1174. cæsus est a *Mauris* ad *Fragam*, atque *Gustardus*, quæ *Petro II. Vescome. de Gabaretis* seu de *Gazerion* nuptia successione transfuit ad nepotem ex filio *Petro* præmortuo *Gastonem I. Vescomitum*, qui 1170. mortuus forem *Atirison* habuit heredem uxorem *Guilhelmi Moncade*, ex *Celeberrima* gente his nati *Gistoni I.* seu *bonus*, *Guilelmus Raymundus Vescomes*, & *Petrus*, à quo *Moncade* reliquit. *Guilelmi* *Raymundi* filius fuit *Wilhelmus*, nepos *G. I. I.* qui 1250. uxoris matres iterum clausit, hereditate transiit ad filiam *Margaretam* uxorem *Rogeri* ^{Foxios.} *Bernardi I. Com. Foxii*, exclusi genero alio ex *Anata* seu *Mitka* filia *Gualdo C. Armeniacensi* nupta, quod ab eo tempore necessitatis bellicæ desertus fuisse nec *Armeniacensis* etiam armis ob hoc adventum *Foxium* gessit aliquid protecit. Ex eo tempore *Foxia Bearnensibus* armis conjuncta tuere, atq; ita ad hunc etiam *Candaliu* *Hælixum* ramum transmissa.

§. vii. Apicem Ducidant *galeæ coronatæ* impositum caput *vaccæ rubeum*: ^{Apex.} *laciniæ* aureæ & *coccineæ*: *telamones* duos *leones*. Verum *I.annes Com. Foxius*, proter *Avenione* in sacello *Cardinalis* *Foxii*, quod in *Cælestinorum* templo ita representatur teste *Geltor. inde. arm. 2. ore* *Tou òanner* et p. 646. *galeam* *diademate* totum textit, ex quo inter duas alas ad modum veterum *scutorum* *formatas* quas *scutellæ* vocant) & *Foxius* *pietas* *palis* prospicit caput *vaccæ rubeum*, *coronatus*, *uigo* & *antinnabulo* *caruleis*. *Scutum* tenebat *draco*, *cujus* *caput* in *galea* *reconditur*, *ex* *pante* *vero* *alæ* *loco* *laciniarum* *sunt*, & *palis* *Foxius* *iterum* *ornantur*.

§. viii. Tituli sunt: *De Foix, Par Francis, Dux de Rendin, Princeps Castellæ* ^{Tituli.} *Buch, Archiep. de Senecy, Comes de Fiers* seu *Fiers, de Beaufronmont & Candali*. Quod atinet *Rendan*, *Joannis* de *Polignac* *Dn. de Rendin* filia *Anna*. *terrima* *multa* *virtutis* *gloria* *illustris*, *Dominium* *attulit* *marito* *Francisco* *II. Com. dela Rochefoucaud*, *unde* *filius* *secundus* *Carolus* *Rupulcaudus* *fuit* *Comes* *de Rendin*, *Comitatus* *titulo* *Dynastie* *acquisito* *1566*. *pater* *Ioh. Ludovici Com. Rendin*, *quo* *nata* *Maria Catharina* seu *Clara Catharina* *uxor* *Henrici* *de Beaufronmont, Archiep. de Senecy*, *quæ* *sua* *cura* *Christianissimum* *regem* *Ludovicum* *XIV.* *educavit*, & *ut* *comitatu* *Ducatus* *atque* *Parvatus* *axioma* *1663.* *accedente* *curie* *approbatione* *inderetur* *metuit*. Ab his parentibus habet *Maria Clara* *Ioh. Baptiste Gysonis Foxii Com. de Fiers* *uxor*, *Ducis* *mater*. *Titulus* *Capit. de Buch*, ab *Asalida Burdigalensi Dn. de Puygault & de Chastaignet* *allatus* *est* *marito* *Petro* *Dn. de Greilly, Vescomi de Beauages & Cysli*. *nata* *quibus* *filius* *habuit* *Joannes*, & *nepos* *Joannes*, *qui* *patrum* *heredem* *instituit*, *alia* *hæc* *maræ* *natum*, *Archenbaldum*, *inter* *supra* *filios* *cum* *Joannes* *Foxium* & *Bigeronum* *Comitatus* *atque* *Bearnium* *haberet*, *Gasto* *alter* *Capit. de Buch* *dictus* *est*, & *hanc* *etiam* *dignitatem* *ad* *posterum* *transiit*. *Ex* *dictis* *apparet* *etiam* *ratio* *tituli* *de Beaufronmont & de Senecy*.

CAPUT XXVI.

Dom. & Baron. de Frauenberg, Com. de Hag.

ARGUMENTUM.

1. Familia Frauenberg. Quatuor Imperii Equites. Genealogia. Linea Hagenfis, Maffenhaufia.
2. Lazii error.
3. Successio lineæ Prunnensis. Comitatus dignitas.
4. Frauenbergia seu Frauenbergia lineæ, Barones.
5. Scutum Com. ab Hag. Successio. Nunc per. D. Bavaria.
6. Apex.
7. Diffusio apud Bucelinum.
8. Scutum lineæ Frauenbergia.
9. Apex.
10. Henningesi error.
11. Inmatricula non amplius reperuntur.
12. Frauenbergii Suevia.

§. I.

Familia
Frauen-
berg.

PER illustres familia Frauenbergiorum in Bavaria, inter quatuor equites (seu ut P. de Andlo vocat strenuissimos milites, proceres aut valvasores) imperii hereditarios (de quorum quatermonum origine & autoritate videatur Ioh. Limn. jur. publ. 1, 7.) referretur, & tamis Ansthorie, Sarandectia & Metdingia additur. Unde etiam in subscriptione Comit. Ratispon. 1557. additur nomini Caroli Frauenbergi, deß. Heil. Römisches Reichs Erbritter. Ex ea apud Gibr. Bucelin. Germ. Tom. III. p. 105. memoratur Henricus in torneamentis Rotenburg. 948. Post quem in ludorum equestrum historia plures adhuc recensentur. Iuxta series Genealogica apud Bucelin. & Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 509. incipit à Seyfrido de Frauenberg, qui Hagensem dynastiam seu comitatum est nactus, & Ottonem fratrem habuit 1251. Hoc Bertholdus natus est, qui 1276. vitam clausit, pater Seyfridi atque Wittlonis, à quo lineæ dux, illa Hagensis, hæc Frauenbergia. Seyfrido nati Conradus, Sigfridus, Ioannes, Bertholdus. Ex his Conradi curia Ludovici Bavarici March. Brandenburgici Magister, Wilhelmum genuit, utriusque Bavarie præfidei, bellis etiam celebrem, atque Christianum, qui 1392. primus Bavaricum fœdus constituit, pater Georgii, qui lineam terminavit, monasterio Ramfau fundato 1414. & castro Eck Bavarie Ducibus vendito; Ioannes vero Conradi frater reliquos Hagensis Dominos propagavit, pater Joannis, avus Stephani, qui ex Luneta de Achdorf, vel potius apud Henning. de Massenhausen genuit Georgium & Joannem, ipsum patrem Georgii, primi ex gratia Fridenci Imp. Liberi Baronis, avum aurem Wolfgangi, qui 1474. in Philippi Electoris Palatini nuptis, Iudo equestri occubuit, relicta tantum filia Cunigundi, quæ Wolfgango Com. in Hag agnato nuplit, hæc (Joannem) Dominum in Massenhausen, quo natus Ioannes junior, Baro creatus 1462. qui cum filias tantum haberet, agnatum Sigismundum heredem Comitatus Hagensis instituit, vidua vero Anna Marefcalla Pappenheimia 1477. Massenhausen Ludovico D. Bavarie vendidit.

Maffen-
haufia.Lazii er-
ror.

§. II. Ex hac deductione liquet, Wolfgang. Lazium labi, cum L. 7. p. 315. Franciscum circa 1468. extinctæ priori familie pure teudi à Ducibus Bavarie impetrato successisse, eum vero ex Suevia: nobilitate, gentis equitum de Freyburg tuiſſe tradit. Quosdem antiquiores enumerat Comites, Hartvicum 1140. Sigfridum, Eckenbertum, & Bernhardum 1176. Wernerum & Hermodum 1186. Eckenbertum II. quem tamen Comitem de Hagenau nuncupat 1213. ex antiquiori stirpe fuisse, non dubito, quam Guirorum agnomen gessisse, mox athenis.

Successio
lineæ Prun-
nensis.

§. III. Porro Sigismundus, quem dixi à Joanne agnato heredem Hagii relictum esse, abavum habuerat Joannem de Frauenberg & Hag. Dn. in Prunn 1311. Hic quibus intermediis ad Seyfridum Hagenſium autorem referatur, non adeo liquidum est, habuit verò filium Joannem L. Bar. de Frauenberg & Prunn. nepotem Hippolytum seu Hiltpoldum, aule Bavaricæ præfectum. Hippolyto natus est Ioannes, vir suo ævo Clarissimus, supremus aule Bavaricæ præfectus, & legatus in Galliam, qui 1478. moriens reliquit Sigismundum, quod antea dixi, Joannis in Massenhausen agnati heredem in Hagia dynastia, cujus Comes 1509. ob eximia merita à Maximiliano Augusto creatus

Comitatus
dignitas.

& 1512.

& 1512. *Spiritus Cameræ* Index constitutus est: Eo geniti *Wolfgangus* & *Leonhardus*, hoc *Ladislaus* & *Leonhardus*, quorum prior totam lineam marium 1567. morte sua terminavit.

§. iv. Hæc linea fuit Hagentis: *Frauenbergii* (quam sub nomine ingenuorum *Frauenbergia* seu *Fronbergia* linea. à *Fronberg* paulo aliter & contulius recentet *J. J. Zizius de mor. q. nt. l. 7. p. 345.* & ex eo reperit *Henning. Theat. T. 3. p. 534 535.* Aliquam etiam lineam vocat *Marescallum de Dornberg*, à *Wittilone* propagata est. patre *Thome* & *Wittelha*, illius posteritas in tertio tere gradu defecit, hic *Sigismundum* genuit latorem lineæ in *Urbinsheim*, quam nepos *Warmundus* 1517. videtur terminasse, & *Joannem* cognomento *Opulentum*. In hunc patrem habuere *Christianus*, cujus pronepos *Joachimus* lineam tenuit, & *Wilhelmus*, præter alios *Christophorus* pater, quo genitus est *Wilhelmus* hoc *Vitu*: Episcopus *Ratisbonæ* 1563, & *Joannes Petrus*, Joanne Petro *Joannes Georgius*, pater *Caroli Baronis de Frauenbergi*, qui *Joannem Victorem* reliquit, *Frauenbergi* Baronem, cui *Bucelinus* sua consecravat.

§. v. Quod insignia attinet: Scutum Comitum ab *Hag* videre est in Armoriali P. 2. pag. 9. videlicet *rubeum*, in quo equus erigitur *argenteus frenatus*. Hæc resera est *Scutum Hag.* *Hagensis*, forte paronomastica, nam à familia *Gurrorum* (*Die Gurren*) ad *Frauenbergios* Hagia devenit, *Sigfridi* ut *Bucelinus* opinatur uxore *Elisabetha* ex illa stirpe orta. Ab his ergo equum hunc primitus usurpatum credo: Inter eorum autem *Successio.* nomina vernacula idiomate usitatum hoc etiam est *Gurren*. Porro dynastia ab arce non procul *Oeno* inter *Oberndorf* & *Crayburg* nomen trahens, inter *Scitidi* seu *Sigfridi*, qui quod audivimus primus eam obtinuerat, & ab *Henning*, vocatur *Comes in Gurrenhag*, nepotes ad *Seisfridum II.* delata est. Inter hujus filios *Conradus* a tratre *Seisfrido* partem suam in *Hag* emit 1359. 4400. florenis. Inde ad alteram lineam translata est, donec *Joannes ultimus Sigismundum* agnatum heredem haberet. Hic in *Comitum* dignitatem evectus est, sed titulo illo non usus, ut nec filii sed nepotes, in quibus cum *Ladislau* Regi *Francisco* adhaesisset, dimidiam partem Comitatus *Carolus V.* ei ademit, & *Balsarus de Rabenstein* addixit. Demum intercessionem *Bavariæ Ducum* *Ce-* *Nunc penes D. Bavariæ.* *nes* reconciliatus est, & sua recepit, numeratis *Rabensteinio* 5000. florenis. Demum illo sine liberis mortuo Comitatus ut feudum imperii translatus est ad *Duces Bavariæ* à *Maximiliano II. Imp.* qui tamen heredibus maximam pecunie summam numerarunt. Ex eo tempore *Bavari* suffragium in *Comitum Collegio* hujus Comitatus causa ferre, *Svevico* scanno acrispi, solent, & *Comitiorum* recessibus subscribunt.

§. vi. Huic scuto illum apicem tribuit *Lib. armor. P. 2. p. 9.* ut ex coronata galea *Apex.* exurgat *imago muliebris coronata carulo amictu*, quæ manibus sursum portectis coronæ suæ imponit pileum turbinatum rubeum, coronatum & pavonis pennis fastigiatum, ora reducta argentea. Laciinæ etiam sunt ex argento & coeco.

§. vii. In *Bucelini* libro scutum *Hagie* Comitum quadrupertitum pingitur, equo *Dispositio apud Bucelinum.* in primam & quartam areolam locato: secundam autem & tertiam percunt palus, videlicet rubeam argenteus. Nec dubito ita gestasse *Comites* illos. Hic enim palus est tessera *Frauenbergia*.

§. viii. Quod ad *Frauenbergium* ipsum ramum attinet, eius clypeus à *Schmich.* *Scutum hinc Fraubergiz.* inter *Equites Bavariæ* refertur P. 1. pag. 79. Videlicet idem, quem modo ex *Bucelino* *Hagensibus* tributum audivimus, nisi quod latercuorum in vertus est ordo. Hic enim palus primum & extremum locum, medium equus tenet: Quo uti *Frauenbergi* potuere, ipsi etiam à *Seisfrido* orti, ad quem dominium situs desolutus erat.

§. ix. Scuto imponuntur duæ galeæ, prior tegitur pileo turbinato rubeo, coronato & pennis pavonis fastigiatum, ora reducta argentea. Qui proptius est *Apex.* *Frauenbergiorum*, & ob hoc ab *Hagensibus* §. 5. etiam gestatus, quem vitæ imago supra caput attolleret: Posterior galea sustinet *Æsculapii* equi scutum vitæ, quam perforat aurea linea transversa, cujus extrema iterum sustinent bacillos ex eodem metallo sursum erectos, coronatos & pennis pavonis supra coronulas ornatos. Hunc apicem aliquando *Hagensium* tuisse non dubito, sicuti alius etiam apices mutare, prisicis non insolitum fuit. Laciinæ sunt argenteæ & coccinæ.

448 Lib. II. Cap. XXVII. Bar. in Fraunhofen s. Fronhoven.

Henninge-
su error.

§. x. In Henning. uti pag. 509. vera tessera Frauenbergiorum apparet; ita quam p. 512. Frauenbergus ab Hag in Piumn tribuit, talit, potius *Fraibergus* debita, ut alibi videmus.

In Matri-
cula non
amplius
reperiun-
tur.
Frauen-
bergi Sve-
viz.

§. x1. *Frauenbergi Equites* apud M. Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 33. inter eos re-feruntur, qui in matricula non amplius reperuntur, sed ad eam spectaverint. **Fraunberg adelich geblecht.**

§. x11. Distinguentia veto est hæc *Fraunbergia* seu *Frauenbergia* Bavarica familia ab altera *Frauenbergia* seu *Fronvenbergia* Svevica, quæ in *Wapenb.* P. 1. p. 113. scuto usæ est bipertito linea diagonali ex sinistro superiori angulo ducta, superiori parte rubea, inferiori argentea: Galea tegitur mitra Episcopali simili scutaria testatione tincta: Lacinus dependentibus ex argento & cocco. Cujus familiae mentionem facit *Crusannal. Svev. Paralipom.* p. 18. & 93.

CAPUT XXVII.

Barones in Fraunhofen seu Fronhoven.

ARGUMENTUM.

1. *Conditio. Familia.*

2. *Scutum.*

3. *Apex.*

§. I.

Conditio.

M Art. Zeiler. Itin. German. P. 2. pag. 33. *Barones de Fraunhofen* seu *Fronhofen* in Bavaria referunt inter eos, qui ad imperii onera nihil contribuant, quamvis feuda habeant Cæsarea, & ad Comitatus vocentur. Eorum veto Genealogicam descriptionem orditur ex *Lazii migr. gent. L. 7. pag. 338.* *Henning. Theatr. gen. T. 3. P. 1. p. 527.* à *Caspere* qui 1310. floruit, pater ex *Sophia* Com. Zollerenti *Georgii*, hinc avus fuit *Vilhelmi II.* qui *Claram Com. Montfortianam* in matrimonio habuit: his natus *Theusus*, pater *Ioannis, Georgii & Martini*, à quibus linea, sed earum reliquam deductionem sup- plere nequeo.

Familia.

Scutum.

§. 11. In *Sibmach. Wapenb.* P. 1. p. 25. scutum tribuitur quadripertitum, cujus prima & quarta arcola rubea desert palum argenteum. *Lazius* ita eloquitur: *in rubcis insignibus per longum sectio candida transit.* Secunda & tertia aurea vna cornu venatoria nigra continet. Palum gentilem tesseram esse reor, & aliis peritioribus æstimandum relinquo, an cum *Frauenbergis* eadem hæc olim familia fuerit, qui simili palo usi sunt. Cotnua venatoria aliunde accersita oportet.

Apex.

§. 111. Clypeo imponuntur duæ galeæ: prior coronata hermam sustinet nigrum sed cornutum auto: alteri incumbit cornu venatorium nigrum, cujus hgaturæ imponitur fasciculus pinnarum pennarum: Phalerae dependent hinc argenteæ & coccineæ, isthinc atræ & aureæ.

CAPUT XXVIII.

De Friendsberg seu Fronsberg Bar. Dom. de Mindelheim.

ARGUMENTUM.

1. *Friendsbergia s. Fronsbergia familia. Lineæ.*

2. *Scutum.*

3. *Galea.*

4. *Tituli. Georgii clarissima decora.*

5. *Mindelheimi Dominium ab Hochschizios, Ad Teccenses. Rechbergios, Fronsbergios, Bavaros.*

§. I.

Friends-
bergia seu
Fronsber-
gia familia

Generosa stirps *Friendsbergia* seu *Fronsbergia* inter Sveviæ illu- gites numeratur. Eam *Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 447.* ut tere tolet ex *Lazio de migr. gent. L. 8. p. 468.* exhibet, sed altius ascendit *G. Eucelin. Germ. P. 2. in appendice.* primum ejus autorem constituens *Idalricum*, qui 969. ludis equestribus Mersburgicis interfuerit, pater *Albani* circa 1000. avus *Ehrenfridi*, quo alius *Idalricus* natus est, à quo

à quo geniti *Henricus, Valtricus II.* (hunc autorem stirpis in iplo opere constitue-
rat) & *Meinhardus*, totidem linearum capita *Henrici* progenies dicta de *Strasberg* videtur
defecisse in *Joane* & *Conrado III.* qui 1388. mortuus est; *Meinhardi* autem po-
steritas videtur cognomen in *Thierberg* & *Schindelberg* habuisse, & in tertia gene-
ratione defecisse. *Valtrici* abnepos fuit *Sigismundus de Friendsberg liber Baro*: pa-
ter *Virici*, qui *Svevici* tardenis autor & capitaneus fuit, atque à Socero *Berone* vel
uxoris *Bibiana Rechbergi* itatibus 1467. (vel 1487. *Crut. annal. Svev. P. 3. L. 7. c. 4.*
pag. 379.) Dominium *Mündelheim* emit, & 1501. mortuus est. Pater hic fuit præter
Viricum & *piscosum Tridentinum*, quem vero *Bucelmus* nescit, & *Thomam*, alterius *Tho-*
me patrem, in primis celeberrimi bellici Ducis *Georgii Fronsbergii*, qui 1528. mor-
tuus est. Ejus nio *Cisæpe* patetrix militaris disciplinæ herede natus est *Georgius*,
qui *Caroli V.* & *Philippi Hispaniæ regis* auspiciis militavit, & sua morte 1586. gen-
tem elauit.

§. II. Insignia representantur in *Sibmach. Savemb. P. 1. pag. 25.* quadripartita, ^{Scutum}
Primo & quarto laterculo *nigro* inferitur *frustior amelus ex auro, solem ferream argen-*
team mordens. Secunda & tertia areola *aurea*, refert *monticulum sex collum nigrum*.
In *Henninge I.* cir. ordo areolarum invertitur.

§. III. Galeæ teuto insistent dux. Prior coronata sustinet *cyrenum aureum* alas ^{Galeæ.}
argentatas elevantem. Akera (cui in *Henning.* iudem imponitur corona) orna-
tur duobus *cornibus aureis, quæ ligaminibus (schlingen) nigris colligantur*, corum
autem ori & exteriori margini quini *ramusculi foliati argentei* admodum conpiciuntur.
Lacinia dependent *aureæ & nigrae*.

§. IV. Titulum *Georgio* ultimo illum vidi assignatum: de *Fronsberg Baro, Du.* ^{Tituli.}
in *Mündelheim, Petersberg & Sterzingen.* Quod vero ejus avum attinet, xvi sui clarif-
simus militiæ Dux fuit, & sub *Maximiliano atq. Carolo V. Augustis* sapientia meruit,
nemini fortitudine & in *Domino* fide secundus, cui vitam exercitus integer serva-
tus aliquando debuit, & qui ut honori *Cæsaris* & militum bono consideret, conjugis
mundum & universum patrimonium oppignorare vel alienare non gravatus est.
Justo prælio quindecies, extraordinaria autem acie supra vicies fortuna maxima
decertavit, membrorum vero robore & similitate plane admirabili polluit. Ejus vi-
tam & filii *Casparis* descripsit *libris 8. Adamus Reusnerus. Conf. M. Cruf. annal. Svev.*
P. 3. L. 7. p. 439. 310, 10. p. 570. 3, 11. p. 598.

§. V. Porro quando *Mündelheimi* Dominii ab oppido *Altreia* ad fl. *Mündel* ^{Mündel-}
siti mentio facta est: sciendum *Waltherum Hochschlitzium de Kircham apud Halden* ^{heim Do-}
1365. factum *Dominum Mündelheimi.* Cui successit *Fridericus Dux Teccensis*, qui ar- ^{minum ad}
cem condidit. vid. *Cruf. annal. Svev. 3, 5, 7. p. 275.* Cæterum ille *Waltherus* factus ^{Hochschlitz}
Augustanus Episcopus suorum gentilium precibus motus *Mündelheimi* custodia ^{2005.}
cepit, sed in eadem perijt. *Cruf. annal. Svev. 3, 5, 8. pag. 278.* A *Teccensis* Ducibus ^{Ad Tecca}
cum deficerent, per taxinam ad *Rechbergios* delapso est dynastia, cum eam *Bernhar-* ^{Rechber-}
dus seu *Bero Rechbergius* à cohæredibus emisset. A *Rechbergis* iterum emisse *Viricum* ^{Rech-}
n. 1. diximus. Nunc in potestate *Bavaria Ducis* est, qui eo nomine in dii eis imperii ^{Fransber-}
subscribere solet. ^{gios.}
^{Bavarios.}

CAPUT XXIX.

Bar. de Gera.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. *Lineæ.* 3. *Scædel.*
2. *Scutum.* 4. *Galeæ.*
5. *Bona.*

§. I.

Illustres de *Gera* Barones *Hier. Honning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 561.* post *Volfz. Linc. de* ^{Familia}
I ducit ex *Georgio*, nobili ex *Ostro-Francia* oriundo, cuius majores equestrem ordinem ^{origo.}
longa avorum serie ibidem tutati sunt: musum autem ab Episcopo *Ramondensi* in
Carinthiam ditius præfectum factum, & castrum *Serisfried* consecutum. *Gabr. Eu-*
celinus

celinus Germ. P. 3. pag. 62. huic patrem addit *Petrum à Gera* seu *Gerarum* ex vetustissimis *Gerae* Dominis, (ita & ex *Dreslino M. Zeiler. itin. Germ. 1. p. 12.* hos *Austriacos* ex *Geranis* seu *Ruthenis* *Gerae* Dominis derivari vult,) qui cum filio *Georgio* 1471. Carinthia immigraverit, & alium ei addit filium *Joannem*. Hunc *Georgium* filium mavult *Henninges*, & sine liberis 1480. mortuum perhibet. *Georgium* seu juxta *Bucel.* filius seu ex *Wilhelmo* (quod mallet *Henning*.) nepos fuit *Andreas*. Hic pater plurium fuit filiorum, *Sigismundi*, *Baltasaris*, *Andreas*, *Isidori*, *Joannis*, *Erasmi*, *Wilhelmi*. A quibus diversae ortae sunt lineae.

Lineæ.

Scutum

§. 11. Scuto utuntur quadripartito, uti est in *Sibmich. Wavemb. P. 1. pag. 20.* Primus & ultimus laterculus argenteus insignitur furca coccinea colliculo triscipiti nigro imposita: quæ gentili est tessera.

Scardel.

§. 111. Laterculus secundus & tertius aureus (ita *Sibmich.* h. sed rectius argenteus, quod aliunde habeo, & ratio postulat,) continet cornua duo cervina inferius conjuncta nigra, quorum tamen media pars auro iterum fulget. Ab his qui accuratius observantur didici, utrumque cornu nigrum quinque dactylis fructicosum, ex quibus cum reliqui pariter nigri sunt, ab imo proximus auro pingitur. Hoc dicitur fuisse famulæ *Scardel* in *Carinthia*: quod jure conjugii *Gerani* adscivere: nam *Georgium Scardel* ex *Margareta* ab *Edling* filia *Margareta Joanni Gerano* nupsit.

Galeæ.

§. 1v. Huic scuto insuntur duæ galeæ coronatæ, prior *Gerana*, cui inter alas expansas insitit furca scutaria tricollis monticulo imposita. Alarum autem prior superior nigra, inferius auro pingitur, altera superior cocco, inferius argento fulget. Posterior *Scardela* sustinet hermam muliebrem aureo amictu & corona, ex qua prominent duo cornua cervina scutata. Lacinia hinc rubra sunt & argentea, isthinc aurea & atra.

Bona.

§. v. Titulum expressum non vidi. Quod vero bona familiæ attinet, præter *Strasfrick* *Carinthia*, cum ex *Carinthia* in *Austriam* venissent, ibi acquisere sub *Ferdinando I.* & *Maximiliano II. Vörschenburg*, inde *Eschelberg*, *Clement* & *Stichelstetten*; nec non hypothecatio jure *Freystatt*.

CAPUT XXX.

Bar. Gienger.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Alterorum Giengerorum tessera.

4. Apex.

§. I.

Familia

Illustres *Giengeros*, olim equestri dignitate, inde *Baronum* titulo insignes *Hier. Henning. Theat. T. III. P. 1. p. 500.* deducit à *Isacobo Giengero* prætor Ulmenii circa 1324. Cui inter alios filius fuit *Joannes*, nepos *Damianus*, ex prima conjugē sedecim liberorum pater: ex quibus plures in *Austriam* immigrarunt: ita *Georgius* *Ferdinandi I.* intimus Consiliarius atque præfectus *Laureacensis*, Dominus in *Roteneck* & *Ensfick* super *Austriam*, *Erstel Joannes* præfectus ejusdem in *Petersberg* *Tirolis*, *Isacobus* Consiliarius & *Vicedominus* *Austriæ* superioris, Dominus in *Grunpobel*, interioris *Austriæ*. *Leonardus* *Ferdinandi junioris* *Archiducis* quæstor & *Archimagister*, *Antonius* *Ferdinandi R.* apud *Viennam* *Architectura* præfectus, *Cosmas* ejusdem Consiliarius & Dominus in *Woffseck* in superiori *Austria*. jure hypothecario) ac *Roteneck*, *Wilhelmus* Consiliarius hinc superiorum *Austriæ* provinciarum, *Joannes Georgius* præfectus in arce *Petschach*, *Bartholomæus* *Maximiliani II.* falconum Magister & *Dn.* in *Kanzenbach* interioris *Austriæ* fuere. Ex his præcipuè *Cosmas* & *Jacobi* progenies duravere, ut videre est apud *Bucelin. Germ. T. 3. p. 63.*

Scutum

§. 11. Insignia *Sibmichensis* dei tribit inter equestres *Sveviæ Wavemb. P. 1. p. 114.* Et quidem scutum est quadrifidum, cujus primus & ultimus laterculus diagonaliter scissus, superiori parte nigra, interiori argentea, ornatur securi, quali tabri hgnarii

lignatii uti solent, (Zummer-haete/) ferrea, capulo ligno vel nigro. Quæ tellera antiqua gentilis fuit.

§. 111. Laterculus secundus & tertius *transverse* secatur, superiori parte *argen-* Alterorum
rea, inferiori *nigra*: In core præsentatur *apri*, eadem sectione scuti affecta, co- Gienetero-
loribus alternantibus. Hæc tellera est alterius *Georgii* omnium stirpis vel rami, ex qui- tum teile-
bus *Jacobo* hujus lineæ auctori nupit *Petronella Giengerin*. Unde conjuncta sunt hæc 111.

§. 1 v. Galea scuto incumbit coronata, & ex ea exurgit inter alas expansas ni- Apex.
gram & auream *apri* species, cujus caput & collum nigro colore tinguntur, reliqua cum pedibus anterioribus argento fulgent. Laciniæ sunt hinc aureæ & nigre, illinc argenteæ & nigre.

CAPUT XXXI.

Baron. de Gileis.

ARGUMENTUM.

- 2. Scutum.
- 3. Apex.
- 4. Titulus.

1. Familia.

§. I.

Baronum à *Gileis* familiam *G. Bucelinus Germ. T. 3. p. 54.* refert ad *Joannem de G.* Familio.
Gileis, qui vixerit 1480. pater *Georgii*, avus 1111, proavus *Tobias* & *Georgii*, qui pri-
mus *L. Baro de Gileis* creati meruit, mortuus 1593. sed vetustior familiaris est memoria.
Aliqui eam ex *Franconia* arcessunt: id tamen certum est, a multo tempore in Austria
fuisse: & videntur nomen accepisse à domicilio veteri de pago *Gileis* prope *Herten-*
stein. Leguntur in chartis veteribus 1350. *Otto, Theodoricus & Alvaro Ottonis Gileis*
(des *Gileis*) in *S. Viti* 311 *E. Weit* filii. 1370. *Trost & Dietrich die Wileis von E.*
Weit fratres. 1443. *Joannes der Wileis* in *Pezenkirchen*: maritus *Anne de Fritzen-*
dorf, quæ ei *Fritzen-dorf* attulit: A quo diximus orditi *Bucelinum*.

§. 11. Scutum exhibet *Schimach. Wapenb. P. 1. p. 33.* videlicet *caruleum*, in quo Scutum.
diagonali situ representatur *instrumentum utriusque hamatum*, cum annulo, ex quo
suspendi possit (qui plerumque superiora clypei respicit) ex auro. *Welber Wider-*
hæften / oder *Instrument bey den enden mit zweyen widerstöhnischen Ringeln.*
Forte olim *Wileisen* a nomine dictum.

§. 111. Galea imponitur non clathrata (*strehbselm*) sed coronata. ex qua ex- Apex.
panditur jugum alarum baltheis *caruleis* & aureis exaratarum, pennis vero exte-
rioribus nigris. Laciniæ (nescio cur contra regulam) sunt argenteæ &
coelestinae.

§. 1 v. Bucel. titulum assignat: *Liber Baro de Gileis in Sonberg & Raschala.* Titulus.

CAPUT XXXII.

Com. de Gleichen.

ARGUMENTUM.

Gleichen.

- 1. Familia origo. An ex Romanis?
- 2. A *Wiskind* nigro. De Capiti origine sententia. *Schwarzburgensis* ex eadem gente. Comes *dyxau* & *Luceæ*.
- 3. *Spiegelberg.* Series Comitum. Successio ad
- 4. *Pyrmont.* Ad *Spiegelbergios.* *Gleichen.* *Waldecios.*
- 5. *Gleichen* Com.
- 6. Galea.
- 7. Status imperii, sed exenti a Saxonibus.

§. I.

Illustrissimos *Gleichen*ses Comites ad Romanos aliqui referunt. Ita ex *annal. Stolbet-* Familie
igicis & Gleichens *Hannings Theatr. T. 3. P. 2. pag. 322.* retett: *in his nominatur Fræ-* origo.
stus quidam nobilis Romanus, qui cum fratre suo deserta Italia propter civilia bella An ex Ro-
maus?

circa An. C. 455. in Saxoniam se contulit, ubi circa Cottingam duas arcem in montibus aequalis altitudinis edificavit, quas Gleichen nominavit (videlicet horum Comitum appellationem ortum voluit) quarum unam adhuc nostris temporibus nobiles a Mattheis possident. Alteram posteri sua a Saxonibus in Thuringiam concesserunt, ubique circa Atulbergam & Vichsburgam etiam arcem ejusdem nominis in monte sitam extruxerunt, quam in hodiernum diem illius & generis ejus Comites a Gleichen tenent. Hæc traditio quam fidem repertura sit apud eos, qui norunt quæ Germaniæ illo tempore conditio fuerit, alius estimandum relinquo.

A Witikindorigine glo.

§. 11. Alii ad *Witikindum* cognomento *nigrum* cujus tamen majores ad Saxones vel Gothos referunt ascendere satis habent: a quo etiam a *Stich. N. 1210* Abbate Ilfeldensi subministratam Genealogiam oritur præfatus *Hennings*. Anunt verò illum Witikindum supremum militiae Ducem nomine *Edelhardi R. Saxonum* advenit Francos militate, sed ad Bucholzium 779. captum, post quinquentium Caroli Magni usum ad religionem Christianam accessisse, & in baptismo ab ejus filio *Ludovico* nomen accepisse. Ejus filios *Witikindum* & *Walprechtum* ex Agnete Wintenburgia Comite natos, addunt pariter ad baptismum perductos, illi *Cvoldi*, huic itidem *Ludovici* indito nomine. Ex altera uxore *Bertha* f. *Waltheri de Blanz* committuntur alium susceptum filium *Carolum*, post patrem (cui Carolus Magnus ob meritæ & fortitudinem ad ætatis Saracenos eam dignitatem concesserit) *Andum Comitem* nunc, & eam condidisse stirpem, ex qua *Hugo Capetus* Franciæ hucusque regum tutor prodit.

De Capeti origine sententia.

Porro *Witikindus* & *Walprechtus* l. *Walperto* præfatus Carolus M. dicitur in Thuringico saltu 20. miliaria in longitudine & decem in latitudine hereditario jure possidenda tribuisse. A majori natu *Schwarzburgicos* Comites derivant: ab altero *Walprechtus* seu *Ludovico Gleichenfes*. Hujus nepos *Sigismundus* Magdeburgensibus ludis 938. interfuit. Ex posteris *Ernestus* præter legitimam uxorem Hennebergicam Comitum in thoro habuit *Toletam* mulierem Saracenicam, cujus ope e carcere evaserat. (Alii Comitem *Eberwinum* vocant, & uxorem *Kezerburgiam*. Sane Erfurti in

Schwarzburgici eadem gente. Comes d'Ysaac.

æde Petri eadem lapidi sepulchrali tres hi. maritus videlicet cum duobus uxoris, quarum Saracena regio induta est amictu, incisæ conspiciuntur. vid. *M. Zeller. 1111. Germ. P. 2. c. 17. p. 212.*) Ernestojani *Hermannus Episcopus Camerensis*, quod ibi 1287. Henricus Dominorum in *Gleichenstem* autor, & Ernestus, à quo Dominum in *Thonia*. Hujus pronepos *Ernestus* iteum genuit *Henricum* & *Ernestum*. Ab illius altero filio *Ernesto* linea Dominorum in *Rhemda, Krakendorf & Schonenforst*, quam *Georgius Rudolphus* 1596. terminavit: ab altero *Ludovico* Dominum in *Blankenheym, Cranichfeld & Rhemda*, qui in *Waltabio* seu *Waltatho* vel filio *Friderico Wilhelm* defecere. *Ernestus* Dominos in *Thonia* propagavit, quorum ultimus 1630. totam stirpem clausit Comes *Joannes Ludovicus*.

Lineæ.

Spiegelberg.

§. 111. Scuto usi sunt quadripartito; In primo & quarto laterculo argenteo gradiebatur cervus colore naturali pictus. *Δήρυξ* hoc est Comitatus *Spiegelbergici*. Hos Comites *Hanning. Theat. T. 3. P. 2. p. 421.* post antiquiores *Ernstum, Wernerum, Todocum*, quorum mentio fit in hastuludis *Magdeburgio* 939. *Bruns. recens. 996.* Triguntino 1165. refert ad *Fridericum*. Hujus nepos fuit *Joannes*, quem armis petierunt *Otto, Fridericus & Wilhelmus* Duces Brunsvicenses & Lunenburgi. Ipsius filio *Joanne* ab uxore *Vrsula* Comitatus *Pyrmontanus* oblati est; hunc *Hannings* filium dat *Fridericum*, ultimam *Philippi* patrem: Rittershusi *Joannis* filios nominat *Mauritium* genitorum *Philippi* ultimam & *Vrsula*, ac *Fridericum Walpurgis* patrem. Paulo alter *Hannemannus*, quem etiam audiamus de translatione hujus Comitatus ad *Gleichen* disserentem. Ita vero ille de fam. emort. L. 3. p. 172. *Vltimus erat masculus hæres Philippus Friderici filium Philippi nepos, abnepos Mauritii, cujus filius Mauritius junior fuit Abbas in Corvete: minor Philippus mortuus in copiis vel castris Philippi Hispaniarum Regis ante Quantinum portus, transfusus globo an. Dom. 1558. Tunc consentientibus Dominis hujus fuit & vel Comitatus Ducibus Brunsvicensibus *Henrico* juniore Ducis Julii patre & *Erico* juniore fratruelibus dicit illius demortui *Philippi* sororem *Vrsulam* *Hermannus Simon* Comes Lippansis, & cum ea sibi conjuncta associata accepit in seu tum à prædictis Ducibus Comitatum hunc, & ei nactur filium *Vilhelum*, qui post patrem demortuum Anno Dom. 1576. & partem Comitatus *Lippæ* cum duobus Comitibus *Spiegelberg* & *Pyrmont**

Series Comitum.

Successio ad Gleichen.

obtinuit

obtinuit usque ad annum 1583, in quo moritur & ipse dum esset anticus & beneficiarius præsulis Paderbornensis Henrici Ducis Saxoniae & Holsatiae, &c. in itinere, quando Episcopus Coloniensem tuleret (non ut quidam volunt in bello Coloniensi) turbata morte p- lu vidua mater Domini Vrsula statim quoque animam arit. Tunc Vrsula nepotes exjuo- re VVilpurga vidua Georgii Comitis in Gleichen & Domini in Thoni, Philippus Ernestus, Isannes Ludovicus, Georgius junior, ex gratia Principum scilicet, ut Ducis Sulu & Ducis Erici admittuntur ad hunc Comitum, & eodem per Principes predictos elemente in regit- sunt. Hoc vero Iohanne Ludovico mortuo ad Ernestum transiit relapsus est comitatus. Cæterum cervo usi dicuntur hi Comites, quod fuerint imperii venatores, prout ex Hamelmanno Th. od. Heping. de jur. inf. c. 5. perhibet.

§. iv. Proximam areolam auream rubea crux in anchorat. e speciem nonnihil Pyrmont. effigiat ornat. Ita Pyrmontanus comitatus notatur. Eius Dominus ex familia Ad Spe- Sealenbergo-Waldecei derivant, sed ut heres Vrsula Iohanni Com. Spiegelbergo nupta gembergis & demum Gleichenfes delata est successio: Hinc Iohanne Ludovico extincto successio- Gleichen. Waldec- Waldecei Comites, qui nunc quoque comitatu illo fruuntur. De quo & controversia cios. cum Episcopo Paderbornensi cap. de insign. Waldecei agimus.

§. v. Quadrus his imponitur medium scutulum caruleum infcripto leone argen- Gleichen. teo, lingua cruenta, corona aurea. Hoc simbolo ipse notatur comitatus Gleichenus. Un- Com. de eadem tessera nunc ornat scutum Comitum Hoholotcorum, ad quos Ordo & alia delata sunt ex hereditate Gleichen. cont. L. 1. c. 42. num. 6. 7. 8 nec non Hassel- dorum, quibus item comitatus illius jus & titulus concessa, ut deinceps videbimus. Eundem leonem clypeo inferuere VValdecei, credo ob Iohannam in primis Dom- nium, quod a Gleichen hereditate accepere.

§. vi. Coronate galeæ scutum premunt tres: media Gleichen sustinet exorien- Galca. tem leonem Gleichenum argenteum coronatum & tribus cyaneis plumis struthioni- cis fastigiatum. Phalera circumfluunt argenteæ & caruleæ. Anterior ante colum- nam argentatam, & superius pavonis pennis redimitam, sustinet cervum Spiegel- bergium, lacrimis argenteis cocco reflexis. Extrema galea iterum columnam sustinet sed auream pavonis pennis fastigiatam, quam perforat crucis Pyrmontanæ trabs utrinque repanda rubea. Lacrimæ autem sunt aureæ & ruberæ.

§. vii. Gleichen hi Comites inter Imperii proceres locum habuerunt tanquam Saxonum- Imperii vasalli: eos vero exemit Domus Saxonica Vnariensis, onere quod ad impe- Perus. sed- rii necessitatem illi conferret, in se recepto. Qua super rebus in Camera à Fisco exemit à Saxonibus imperiali ipsi intentata adhuc 1602. pependit. vid. M. Zeller. Hist. Germ. P. 2. pag. 23. nec non que Pecensternius apud Joh. Linn. T. 4. add. ad 47. p. 543.

CAPUT XXXIII.

De Gondy Dux de Retz seu Rais.

ARGUMENTUM.

1. Scutum.
2. Apex.
3. Tunica.

1. Familia. Lincea.

§. I.

Illustissimi Gondy in Gallia gentem suam referunt ad Antonium Gondium ex Flo- Familia. rentina generosa stirpe ortum, Dominum du Peron & de Tour Com. de S. Trivier, qui genuit Carolum Du. de la Tour, Petrum Episcopum Parisiensem atque Cardinalem, qui 1616. obiit, & Albertum Ducem Radejarum (de Rais seu de Retz) Franciæ Marescallam. Hoc & Claudia Catharina f. Claudia de Clermont, quæ ei Rais attulit, nati sunt præter Henricum Cardinalem Parisiorum Episcopum, & primum eorum Archiepiscopum Iohannem Franciscum, duarum linearum autores Carolus M. de Bule & Philippus Fma- Lincea. nel Com. d. Iuigny, Generalis tircinim, & demum orator clemens: illo natus est Henricus Dux de Rais & uxorio iure de Beaupreau, qui habuit generum & heredem

(cui 1633. Ducatus suos reuignauit) *Petrum Philippi Emanuelis* modo dicti filium, *Ioannis Francisci Archiepiscopi Parisiensis & Cardinalis* 1679. mortui *fratrem*, sed has parentibus non nisi filie nate sunt, *Maria Catharina Benedictina*, & *Paula Margarita Franca*, uxor *Manuelis Francisci Ducis de Longueueres*.

Scutum. §. II. Scuto familia utitur *auri comiseriptis duobus clavibus militaris nigri* in *de-*
cussim trajectis & *cocco* ligatis. *Henricus Dux*, ut videre est in *Paillet* vr. & part. fe.
pag. 302. scuto urebatur *quadripertito* ex *Gondio* ipso *symbolo* & *maternis* decori-
bus: cum enim *matrem* habuisset *Antoniam* natam *Leonoro Aureliano D. Longa-*
villa & *Maria Borbona* *Francisci Com. de S. Pauli*, *laterculus secundus* & *tertius* de-
muo *quadripertiti* testera *Longavilleam* & *Borbonam* referebant: quatum utraque
complectitur in solo *caelestino* *lila* *tria aurea*, sed *illa* *lambellam* *capiti* *adjicit* *trifi-*
dam argenteam, *in eam* *autem* *lilis* *interferit* *serpionem* *breviorem* *diagonalem*: *hæc*
solo utitur *pro* *discernulo* *serpione* *simili* *diagonali* *tubeo*.

Apex. §. III. Apex est ex *coronata* *galea* *protentum* *brachium* *auro* *armatum*, *nigra*
clava *minans*. *Lacinae* *sunt* *ex* *auro*, *nigro* *reflexæ*. *Telamones* *duo* *lylve-*
lites *vir*.

Tituli. §. IV. Titulus est: *De Gondy, Dux de Raiz, Par Francia, Com. de Joigny*. *Raiz*
ornatum *est* *Paratus* *et* *Ducatus* *dignitate* *1581*. *cui* *accessit* *curiæ* *confirmatio* *anno*
sequenti. *Iterum* *veto* *eandem* *dignitatem* *renovavit*, *ne* *in* *femina* *deficeret*, *Ludo-*
wicus XIII. 1634. *in* *favorem* *moderni* *Ducis*, *cum* *agnatam* *duceret*.

CAPUT XXXIV.

De Gorrevod Dux de Pont de Vaux.

ARGUMENTUM.

1. Scutum.

2. Gorrevod Familia. Lineæ, Laurentius, Du-
calis dignitas.

3. Ryvoire.

4. Apex.

5. Philippi Eugenio Ducis scutum. *Engrandici*
laterculi.

6. Tituli.

§. I.

Scutum. EX Illustrissima *Gorrevodia* stirpe duos *Joh. Jac. Chiffletius* recenset *Aurei Vell.*
Equites, Laurentium Baronem de Marney, num. 131. & *Carolus Emanuel M. de*
Marney, Com. de Pont de Vaux. *Hujus* *scutum* *quadripertitum* *est*. *Prima* & *quarta*
areola *caruleæ* *aureum* *crotherium* *desert*: *secunda* & *tertia* *coccinea* *fasces* *triplicis* *ar-*
genteæ *exaratur*, *baibeo* *caruleo* *tribus* *lilis* *aureis* *impresso* *toti* *supercurrente*.

Gorrevod Familia. §. II. *Cantherius Gorrevodiorum* testera est: *Horum* *familiam* *Celeberri. Sam.*
Guichenon, ad *Guidonem Dn. de Gorrevod* n. 80. refert. *Hujus* *atnepos* *Ioannes*, *qui*
1364. *vixit*, *filios* *habuit* *Ioannem II. Dn. de Gorrevod*, & *Hugonum*, *qui* *avus* *fuit* *Lud-*
ovici Cardinalis. Episcopi Maurienne & *Burgi Bressiæ* *atque* *Laurentii*, *quem* *dixi-*
mus *Aurei Velleris* *equitum* *fuisse*. *Idem* *a* *Carolo Sabaudie Duce Comes de Vaux* *in*
Bressia *creatus* *est*. *Fuit* *etiam* *Imperialis* *aulæ* *Magister* & *Nolano Ducatu* *donatus*
est. *Cum* *vero* *liberos* *ex* *conjugæ* *non* *susciperet*, *ad* *agnatum* *Ioannem* *successio-*
nem *transiisit*. *Nam* *Ioanne II. Dn. de Gorrevod*, *quem* *supra* *diximus*, *natus* *erat*
præter *Ioannem Dominorum de Cornon* *satorem*, *Ludovicus* *pater* *Claudi Domini* *de*
Gorrevod, *cujus* *filio* *Ludovico* *hereditatem* *Laurentius* *destinaverat*, *sed* *quod* *in* *Hi-*
spaña *mortuus* *esset*, *ipse* *sua* *se* *frustratum* *vidit*, & *Ioannes Dn. de Condes*, *quo* *natus*
est *Ioannes*, *demum* *ex* *Laurentii* *successione* *Comes de Pont de Vaux*. *Hic* *genuit* *An-*
tonium *et* *Isidore* *Episcopum* & *Laurentium II. Caroli V.* *militem*, *qui* *victoriæ* *ad*
Quintini *lanum* *autor* *creatus* *est*, & *hunc* *reliquit* *Carolus Emanuel*. *Eq. Aurei*
Velleris, *de* *cujus* *scuto* *hic* *tertio* *est*. *Hunc* *Ducem de Pont de Vaux* *postquam* *Bres-*
siæ *coronæ* *Francicæ* *accessit*, *Ludovicus XIII.* 1623 & *eodem* *anno* *Augustus Imperii*
Principem *creavit*. *Ho* *vero* *natus* *est* *Philippus Eugenus D. de Pont de Vaux* *atque* *Ca-*
rolus M. de Marney, *Archiepiscopus* *Vesontina*.

§. III. Fasc.

§. III. Fasciæ cum baltheo notant *Ryvoire*. Ex eo, quia Laurentius aliquoties *Ryvoire*, dicitur, *Claudiam filiam Ludovici de Ryvoire* Dn. de Gerbais uxorem habuit. Baltheus cum liliis regium virtute paratum donum esse videtur.

§. IV. *Apex* est ex galea coronata monocerotis caput argenteum, auro cornu- *Apex* tum, barbaturum & jubaturum; Laciniæ autem sunt ex cyano & auro.

§. V. Philippus Eugenius, teste Paillot. *vraye & part. de des arm.* pag. 302. scuto *Philippi Eugenu Ducis Ictum, Burgundici laterculi.* usus est quadrupertito, ita ut in primo & quarto quadrante quadrupertitum repeteretur quæ modo explicavimus Gottevodia & Ryvoira symbola. Quadra autem secunda & tertia Burgundica insignia representabat denuo quadrupertita, ut primus & ultimus laterculus constaret symbolo Burgundicæ novo, scuto videlicet liliato cum margine composito ex argenteis & coccineis quadris; secundus bipertitus exhiberet, hinc vetus *δῆγμα* Burgundicum, videlicet areolam baltheis cæruleis & aureis exaratum, cum limbo coccineo, isthinc leonem Brabantinum, nempe autem in nigro: tertius iterum bipertitus, eidem symbolo Burgundico veteri addebat in semisfe lava argentea leonem tubicum Lucenburgicum; his Burgundicis quadrantibus incubante media parmula Flandrica aurea cum leone nigro. Hæc omnia assumpsit Dux Philippus Eugenius à matre Isabella f. Hermann Burgundi Com. de Falaïse, ex posteritate Baldum Burgundi Dn. de Falaïse, qui per naturam filius fuit Philippi Boni Ducis Burgundiæ.

§. VI. Titulus est: *De Gorrevod Dux de Pont de Vaux, Princeps Imperii, March. Tituli de Marny, Comes & Vicecomes de Salins.* Pont de Vaux Ducatus, non etiam Patriatus, accepit dignitatem 1623. sed literæ regie non nisi in Divionensi curia 1632. confirmatae sunt.

CAPUT XXXV.

Bar. & Com. de Graveneck.

ARGUMENTUM.

2. Scutum.
3. Apex.
4. Titulus. Inter ordines imperii.
5. Graveneck in Austria.

§. I.

ILLUSTRISSIMAM *Graveneckiorum Baronum* atque *Comitum* stirpem *Parti II* sua *Ger-* *Familia.* *Comites.* *Iterum Bar-* *tones.* *man.* inferuit *Diligentissimus Gabr. Bucel.* p. 104. enumerans *Ger vicum a Graveneck*, qui inter primates Germaniæ potiores eruentissimo prælio Caroli Martelli adversum Raginfredum 714. interfuit. Integram vero Genealogiam textit a *Conrado de Graveneck* circa 1282. cujus filii *Henricus* & *Eberhardus* circa 1309. floruerunt. Illo nati *Albertus* & *Henricus Comites de Graveneck*. Alberti filius *Alberto* & *Eggero* idem axioma addit. In *Henrico* posteritate titulus brevi videtur exolevisse, ut simpliciter de *Graveneck* appellari contenti essent. Inde *Baronum de Graveneck* nomen adscribitur *Vdatrico* & *Wolfgango* Itatribus, *Wolfgangi senioris* filius. *Thiet* nomen in tertia generatione defecit. *Wolfgango* natus *Fridericus Baro*, hoc *Sixtus* communis pater *Denuo Comites.* *Henrici* & *Johanne Ludovico*: ab hoc iterum descendunt qui supe- rant *Barones*: ille præter *Georgium Abbatem* & *Principem Carapidunensem*, qui 1571. obiit, filios habuit *Fricum*, quo tantum filia nata, atque *Wilhelmum*, patrem *Ferdinandi*: Hoc nati *Joachimus S. R. Imp. Princeps & Abbas Fuldensis*, *Wilhelmus*, *Ernstus*, *Joachimus Godofredi*, pro quo patruus Abbas 1654. Comitibus subicipiit, pater & *Philippus*. Hisce antiqua *Comitum* dignitas restituta est.

§. II. Scutum describitur in *Sbmach. Wapenb.* P. 1. p. 25. quod *rubeum rhombum oblongiorem* (scilicet) *argentum* contineat. Quæ ornamenta rhombo inscribuntur, ex pictoris sunt cura arbitraria. Porro cum dignitate comitum in ely peo nihil mutari maluerit.

§. III. Scuto incumbit galea coronata, & super hanc inter jugum expansum *Apex.* *alarum*

alatum feutario typo ornatarum, mitra Episcopalis coccinea, auro ornata, ex qua hinc crucicula aurea, isthinc rhombus feuti denuo eminent.

§. iv. Titulus est: *Iiber Baro* (vel nunc *Comes*) *in Grazenec*: aliquando additur *Dn. in Burgberg*. In matricula apud *Zuler. Itin. Germ. P. 2. p. 28.* vocantur *Grasfenec* & *Eglingen* Barones. Illisque etiam attribuitur *Marfchalk Zimmern* quod deinceps emittente ad *Virtenbergicos* deveniret. Porro inter ordines imperii ad rogationem *Ludowici senioris* recepti sunt 1555. in Comitibus Augustanis, quamvis jam olim à *Friderico* inter Imperii Barones relati fuerint. vid. *Linn. Jur. publ. T. II. add. ad 4. 7. p. 563.* Unde nunc & in circulo Svevico & in Svevicorum Comitum scanno in Comitibus eis dignus est locus.

§. v. Aliud in *Austria* inferiorem castrum est *Gravenec* prope *Crems*, quod ibi in memoriam avi castrum condidit *Vrbicus Baro Grazenecus*, qui circa 1468. in servitio fuit *Friderici III. Imp.* sed ea linea jam defecit.

CAPUT XXXVI.

Bar. de Greyffen.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. *Bona in Austria.*
2. Deductio. *Lineæ.*
3. Scutum.
4. Cervus niger in venatione captus.
5. Apex.

§. I.

Familiz origo. **Bona in Austria.** **L**iberorum Baronum *Greifforum* seu de *Greussen* seu de *Greys* familia ex *Thuringia* per *Barvariam* in *Austria* venit, & anno 1600 adhuc in *Thuringia* superfuere ejus gentis aliqui, qui veteri symbolo contenti fuerunt. Ab Imperatore *Maximiliano I.* in *Austria* 1497. vocati sunt, & *Wald* feudo 1510. accepere, dein arcem & oppidum *Gemund*, nec non *Rosinaw*, *Scherbs*, *Sitzenberg*, & hypotheccario jure oppidum *Veitra* & *Gsell* acquisiverunt, atque Baronum dignitate ornati sunt.

Deductio. §. II. *Gabr. Bucelinus* Germ. T. 3. pag. 61. primum nominat *Wilhelmum praefectum hereditarium venationum Austria*, cujus pater ludis equestribus *Wormatensis* 1487. interfuit: hoc natus *Wilhelmus junior*, isto post alios *Christophorus*: in cuius filiis *Sebastiano*, *Iohanne Sigismundo*, & *Ioanne Jacobo* diversæ ortæ sunt lineæ.

Scutum §. III. Scutum est quatuor quadrarum: quarum prima & quarta argenteæ binis cuspidibus coccineis ex dextro latere in sinistrum ductis distinguuntur: quæ testera antiqua est.

Cervus niger in venatione captus. §. IV. In laterculo secundo & tertio aureo graditur cervus niger. *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 39.* vocat *capreolum Neheboctem*. Ratio ex eo, quia *Wilhelmus* venationum praefectus in venatione cervum nigrum ceperat; In cuius rei memoriam *Maximilianus Primus* hunc laterculum feuto gratiosè inseruit.

Apex. §. v. Galea prior tegitur mitra Ducali rubea, ora reducta hermonica, ex qua expanduntur alæ rubea & argentea: ex posteriori coronata exurgit testæ cervi (*Sibmach. capreoli*) feutarii. Lacinae sunt hinc rubea & argentea, isthinc nigra & aurea.

CAPUT XXXVII.

Grimaldi. Principes de Monaco.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. *Lineæ priores.*
2. *Duces Eboli, Principes Salerni. Linea Sanfelicia.*
3. *Monaci seu Monaci Principes, & lineæ enata.*
4. *Alii Grimaldi acud Genueses.*
5. *Scutum. Apex. Telamones.*
6. *Grimaldi Com. de Beuil.*
7. *Buelli Sancerra Comites.*
8. *Familia du Bec Crejyn.*
9. *Scutum horum. Apex. Telamones.*
10. *Tituli princ. Monacensi.*

§. I. Gri-

§. I.

Grimaldorum Illustrissima stirps à multis seculis in plures tantos excrevit, eo que quaquam etiam extendit. Præ aliis à *Celestino* delectatam vidit, ex quo pleraque huc transferri debent. Refert is eam ad *Grimaldum* (quia *Grimaldus* Præfecto Palatii sub Childoberto Rege descendere creditur. Cont. exempla plura nominum gentiliū ex unius auctoris nomine ortorum apud Jul. Chastler. Marques de l'honn. de la mail. de Taxis. P. 1. c. 1. p. 19.) *Ottonis* M. Augusti gratia de Principatu *Monaci* (veteribus *Herculis Monaci* vocabatur) institutum, qui finem etiam *S. Tropæi*, (unde nomen *Grimaldi*) Antipolim, Vencium, Vintimiliam & alia possedisse perhibetur. Huic tres dantur filii, *Ansgothus*, qui in Normannia sedem sibi sumfit, autor familie *du Bee Crispin*, *Gibalinus*, cui finem *S. Tropæi*, ex quo Saracenes eiecerat, *Guilelmus* Provincie Comes concessit, & huius major *Guido Grimaldi Monacensis* seu *Monacensis* princeps, pater *Grimaldi*, qui in Palatinatu, & *Guidonem* II. principem Monacensem, & ex Vicariis *Henrici* IV. unum, reliquit, patrem *Oberti* principis, qui aulam *Friderici* I. moderatus, & ab eo in Franciam atque Angham legatus est. Hoc nati *Ingo*, *Grimaldus*, *Obertus*, *Nicolaus*: totidem lineamque auctores.

§. II. Ab *Ingone* descendunt *Duces Eboli*, *Principes Salerni*, *Marchiones Theatini*, *C. Pella*: nam ex illis *Nicolaus*, virum de Genua præclare meritum, qui 1579. floruit, *Philippus* Rex Hispaniarum *Salerni Principatu* & ditionibus aliis donavit, eiusque filius *Augustinus Dux Eboli* fuit, vid. *Henning. Theatr. T. II. P. 1. p. 1239* sed 1639. *Nicolaus Dux* morte sua istam lineam terminavit, heredibus *Spinolis* & *Auris* seu *Doris*: nam amicitia *Polyxena*, *Elisita* & *Aurelia*, *Philippo Spinola* March. Venetici (ex quo *Ambrosius Spinola* celeberrimus belli Dux natus) *Sinibaldo Doris* Domino Cremorini, & *Nicolaus Doris* D. Genue nupserant. Ex eodem *Ingone Grimaldi de Castro*, nec non *Grimaldi Cavalleroni*, *Barones Montepelusi* & *Sinfelici* in R. Neapolitano descendunt: ex quibus 1643. *Urbanus VIII. Hieronymum Grimaldum* Archiepiscopum Aquentem in Provincia Cardinalem creavit. *Ingonis* fratres *Obertus Dominus de Chasteaucuf* & *de Gattieres*, *Nicolaus Carimano* in Pedemontio sevit.

§. III. Alius *Ingonis* frater *Grimaldus III. Monacensis* Princeps fuit, pater non solum *Luchati*, à quo *Marchiones Modunii* & *Petræ* in regno Neapolitano, nec non *Barones de Beaufort* atque *Grimaldi Hispalenses* descendunt, sed etiam *Francisci* principis *Monaci*, & Provincie atque *Nicææ* gubernatoris. Hoc *Aodarus* natus ex quo *Comites de Bueil* in Pedemontio & *Comites Saucerani* in Gallia originem trahunt, nec non *Raynerus* princeps, pater *Bertoni*, qui ex se dedit *Dominos de Missimerio* Siciliae, atque *Raynerus II. principis* *Monacensis*, *Admiralis* Franciæ. Huius filii fuerunt *Carolus* & *Antonius*: ille cognomine *Magnus*, princeps *Monaci* & *Vintimiliæ*, *Ioanna* I nomine Provinciam administravit, navalem rem Genueusium rexit, nec non *Philippi* *Valesii* 1338. & præter *Henricum principem* *S. Catharinæ* in Sicilia sortem, filium habuit *Byzantinum III.* qui non inodo *Monaci* princeps, sed etiam *Baro Ventus* & *Serenus*, *Dominus* insularum *Cephaloniæ*, *Leucatiæ*, *Zacynthi*, *Leucados*, *Seneschallus* *Pedemontii*, *classis* Provincialis, nec non regni Franciæ in mediterraneo mari *Thalassarcha* fuit, & genuit *Ioannem* principem, qui auspiciis *Philippi* D. Mediolanensis 1421. mari *Veneros* vicit, *Catalani*, *Catalanorum* victoris pater. *Claudia* eavus, que agnato principatum *Monaci* attulit. Hic ex *Antonio* *Caroli* fratre *Dni. de Prata*, *Utelles*, *la Vallee de Lantruse*, descendebat: eo enim natus *Lucas* *Dominus* *Antipolis*, pater *Nicolaus*, avus *Lamberti*, qui ab uxore *Claudia*, quod vidimus, *Monaci principatum* nactus est, & genuit *Ioannem* principem, *Contiliarium* & *Cubicularium* *Caroli VIII.* & *Ludovici XII.* *Lucianum* item principem ex fratris successione, qui pariter *Ludovico XII.* atque *Francisco* à consilio & cubiculo fuit, nec non *Augustinum*: hic *Luciani* fratris filium *Honoratum*, cuius tutor erat, in *Caroli V.* protectionem dedit, ut loco eorum, qui in Francia amitteret, *Marchionem* *Campanie* & *Comitatum* *Cavendie* reciperet: hoc nati *Carolus* & *Hercules* principes: hic pater *Honorati II.* fuit, qui cum eoque *Hispani* protectionis nomine cum obnoxium tenuissent, 1641. ad *Ludovicum XIII.* R. Franciæ confugiens illorum jugum excussit, & *Dux Valentini* agni creatus est. Lo & Hippolyta

polyta Trivultianatus est *Hercules* à rege *Marchionatu des Eauls* seu *Baleis* donatus, pater moderni Principis & Ducis *Ludovici*.

Alii *Grimaldis* apud *Genue* fecerunt, quos quibus lineis attribuam, non satis discerno. Aliqui tamen *Monacenses* principes illis notantur. Multivarias legationes ad varios principes obierunt. Imprimis celebrat *Iohan. Baptistam Grimaldium* ex beneficio *Philippi I Hispaniae regis Ducem Terranova, M. Montis S. Angeli*, tam bene de patria *Genua* inventum, ut et a Republica in atrio publici palatii statua marmorea statueretur, & *Pater Patrie* nuncuparetur.

§. v. Tori genti commune est scutum, quo etiam utitur Princeps *Monacensis* seu *Monæci*, argento & minio in palum virgatum (suscipit, ali lozenge malum, seu rhombis exaratum.) Galea incumbit clypeo coronata, super quam inter palmam & oleæ ramum conspicitur litium aureum. Laciniae sunt argenteae, cocco reflexae. *Telamones* astant duo *Monachi Augustiniani*, nigro vestiti, circa pectus cincti, capito nudi, capillis & barba prolixis, altera manu scutum tenentes, altera entem evaginatam in altum vibrantes. Clamor bellieus est: *Deo juvante*. Ita fere *Sammarth. l'est. de la Fr. p. 44.*

§. vi. *Grimaldis Comitibus de Beuil* in *Pedemontio* *Paillot. vr. & parf. se. des arm. p. 601.* tribuit scutum quadrupartitum, ex symbolis *Baleis* (videlicet stella fedecim radiorum aurea in minio) & *Grimaldis* rhombis. Ex galea coronatā protenditur caput aprii nigrum. *Telamones* autem scuto astant duo tygrides suo colore & maculis picti.

§. vii. Quod *Eucellos* *Franciæ, Sancerræ Comites*, ex quibus *Admiralis* regni *Joannes Carolus VII. 1450.* interfuit, attinet, licet supra audiverimus, illos etiam ex *Grimaldis* deductos, alia tamen tessera usi sunt. Ita in *Paillot. p. 378.* *Admiralis* illius scututa caruleum, inter sex cruciulis brachiatis & acuminatis representat lunam argenteam, cornibus sursum versis.

§. viii. Diximus familiam *du Bec* itidem ex *Grimaldis* ortam esse: ab *Anfiotho* tamen *Grimaldio* plenam deductionem non vidi. *P. Anstume Pal. de l'honn. p. 324.* contentus est ad *Godofredum du Bec* ascendere, quo natus *Gustelmus*, hoc *Ioannes Dn. de Bourry*, quo & *Margareta de Roncherolles* genitus *Carolus* Viceadmiralis *Franciæ*, pater *Caroli B. de Bourry*, cujus neptis *Isabella* Baronatum *Bourry* marito *Giesio Pellesio Dn. de Tourny* attulit, *Philippi* Episcopi *Venetorum* *Aremoricorum*, *Nannetensium* & demum *Archiepiscopi Rhemensis*, atque *Petri Dn. de Vardes*, quo natus *Renatus M. de Vardes*, genitor alterius *Renati*, (qui ex *Jacobe de Bueil Com. de Moret* reliquit *Renatum Franciscum Marchionem* & *Antonium Com. de Moret*, atque *Claudum March. de la Fosse*.)

§. ix. Hæc familia iterum apud *Sammarth. l'est. de Fr. p. 49. 395.* utitur scuto, quod rhombis cocceis & argenteis replent (suscipit.) Coronata galea sustinet cygnum argenteum auro coronatum. Laciniae sunt ex argento & minio. *Telamonum* vero vicem sustinent duæ *Sirenes* in speculo se contuentes. Quarum altera vexillum *veteres Burgundie*, altera *Campanie* tenet; post scutum in decussim locata. Quorum tamen vexillorum rationem non capio.

§. x. Titulus Principis ille est: *Princeps supremus (souverain) de Monaco, Menton, Roquebrune & dependendarum, Dux Valentini agri (Valentinois,) Par Franciæ, Marchio de Eauls, Com. de Carrales (seu Carlales) Baro de Buis & de Calviuet, Dominus civitatis de S. Remy.* Ducatus *Valentini* primum erectus fuerat 1499. & dein 1548. ab *Henrico II.* concessus *Diana Pietavienis*, quæ titulo eo usæ est, sed ea extincta redit Ducatus ad coronam. Verum iterum 1642. in *Monacensis* Principis gratiam titulus restitutus est. Sub *Valentini* Ducatus nomine comprehenduntur loca *Crest, Grane, Sauzet, & Savasse, Domania Montelimat & Romans*, cum *Baronia de Buys & alis.*

CAPUT XXXVIII.

Baron. de Gumpenberg.

ARGUMENTUM.

1. Familia. Linea.

2. Scutum.

3. Galea.

§. I.

PER illustres Gumpenbergios sub nomine *Marscallorum de Gumpenberg* in superiori Familia. Bavaria ex *L. 12. de migr. gent. L. 7. p. 336. Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 524.* recenset, ad *Hildebrandum Marscallum de Gumpenberg* eos referens, qui 1280. floruit. Ab eodem oritur gentem *Bucelin. P. 4. p. 105.* & *Hildebrando* fratrem ascribit *Henricum*, qui 1284. Ratibonæ interfuit ludis equestribus. *Hildebrando* natus *Henricus senior*, *Ludovici Imp. Vicedominus*, pater *Henrici & Stephani*: ab illo linea *Marscallorum de Scherneck* dicta, quæ juxta *Bucelinum* in quarto gradu defecit: ab hoc genitus *Henricus*, qui 1414. partem *Moringensis* Comitatus consensu fratrum vendidit *Erchingero Pappenheimo Marscallo*, & filios habuit, *Henricum & Stephanum*. *Henrici* posteros in quantum gradum idem enumerat, videlicet ad *Johannis Du. de Gumpenberg* filios *Balthasarum Prosperum & Jacobum Christophorum*. *Stephanus* *Henrici* frater *Georgium* genuit (quem *Henning. lineæ Scherneckæ* inserit, & *Joannis* tertii filium facit.) Eo genitus *Erhardus* (sive *Eberhardus* peculiaris lineæ factor, & *Georgius junior*, qui filium *Georgium*, nepotem *Alexandrum* habuit, quo geniti *Georgius & Ernestus Liberi Barones*, quorum illo nati *Barones Henricus, Albertus, Stephanus, Joannes Ludovicus*.

§. 11. Scutum *Sibmæh. Wapenb. P. 1. p. 15.* fingit quadripartitum. Prima & extrema areola rubca baltheo diagonali dextro argenteo imprimitur, inscriptis tribus partibus cornuum scarabæi prasinis. Secunda & tertia itidem coccinea desert baltheum dextrum pariter ex argenteo impressis foliis tribus viridibus. *Bucelinus* scuti areolas transponit, baltheo facit sinistros, & loco cornuum scarabæi videtur cornua venatoria substituere. Porro duorum horum symbolorum, quorum alterum gentile fuisse oportet, rationem reddere nescio.

§. 11. 1. Galea dæ imponentur; prior aures asininas sustinet ex argento, & inter eas duo cornua ejusdem metalli maculis nigris sparfa. Altera sustinet jugum alarum rubearum complicatum, cum baltheo dextro tribus foliis viridibus intingito. *Laciniæ* sunt ex argento & cocco.

CAPUT XXXIX.

Com. de Gutenstein.

ARGUMENTUM.

1. Familia deductio.

2. Gutensteinis Carinthia.

3. Scutum. Galea.

§. I.

UT *textemios* Comites Clariss. *G. Bucelinus* refert ad *Burianum I. S. R. Imp. Com. Pontificiam* religionem cum *Georgio R. Bohemæ* bellum 1466. gessit. Hoc nati *Wolfgangus Victorini* pater, & *Georgius, Alberti* genitor, quem partem habuit *Henricus Albertus, Comes Gutensteinis Du. in Rysenberg*: Huic abnepotem dat *Henricum Comitem, Dominum in Chocenz & Obiz*, Imperatoris in districtu *Pilsnensi* Capitaneum, patrem *Venceslai & Maximilian.*

§. 11. Hos Comites an eosdem credere debeam cum *Dominis de Gutenstein Car. nis*, nescio: hos *Wolfg. L. 12. de migr. gent. L. 6. p. 200.* Carnis annumerat, & ex iis *Georgium* præsidem *Carinthia* 1232. vocat: aliquem etiam *Christophomum* nuncupat, qui 1500. Comitatum *Weteneck* in *Austria* à *Principibus* accepit.

Scutum
Galeæ.

§. III. Scutum apud *Salmach. Wapenb. P. 1. p. 18. sicutum 1314 pars cornuum cervinorum nigrorum*, tereit. Galea coronata itidem duo cornua cervina sustinet, & lacinas circumfulas habet aureas nigro reflexas.

CAPUT XI.

Bar. Hager ab Alentsteig.

ARGUMENTUM.

1. Familia ex Bucelino.

2. Vetusior memoria.

3. Scutum, Geyleri.

§. I.

Familia
ex Bucelino.

Illustris familia *Hagerorum ab Alentsteig*, quibus *Baronum* accessit dignitas, à *Gabr. Bucel. Germ. T. 3. p. 70.* refertur ad *Thomam Hager* ab *Ainced & Poxau*, cujus filius *Stigismundus 1485* Austriae Provincialis Submarefcallus fuit: in cujus filius in primis *Vito & Sebastiano* lineæ distinetæ sunt.

Vetusior
diemosa.

§. II. Antiquior vero, quam Bucelino innotuit, eorum memoria fuit: nam *1334.* vixit *Henricus Hager*, (*der Hager*) adeoque veteres sunt Austrii, & diu possederunt castrum & opidum *Alentsteig*, olim *Alentsteig* dictum.

Scutum.

Galeæ.

§. III. Scutum eorum simplex est apud *Salmach. Wapenb. P. 1. pag. 36.* videlicet ex auro & nino quadrupertitum. Hoc & *714* fuit *Henrici & Joannis Geyleri* (*der Geiler* / *sorte de Zeilern*) quod hi cognans seu avunculis (*Ihren Dhemmen*) *Joanni & Valsingo Hageris*, una cum cornibus galeæ impontis, concesserunt, & hanc gratiam literis *1331.* confirmarunt: illis ergo extinctis hi uti sunt eo symbolo: unde quod eorum primum & proprium fuerit, non constar. Loco cornuum vero utuntur super galea coronata jugo complicato alarum, cum typo scutatæ. Lacinæ iterum sunt ex cocco & auro.

CAPUT XII.

Comites Hanovia.

ARGUMENTUM.

1. Familia. *Deductio. Pratenso Ziegenhanna.*2. Linea. *Munzenbergica. Liechtenbergica.*

3. Scuta linearum diversa.

4. *Munzenbergica.*5. *Hanovius comitatus. Mutata insignia.*6. *Com. Reineck.*7. *Munzenberg Dominium.*8. *Galea.*9. *Liechtenbergica linea sicutum. Bipontinum Com.*10. *Familia Bipontina. Bipontium venditum. Successio.*11. *Liechtenberg. Familia. Successio.*12. *Ochsenstein Dominium. Demum. Successio.*13. *Butsch. Ad Bipontinum. Hanovius.*14. *Galea.*15. *Hodierna dispositio.*16. *Galea.*17. *Tunulus. Marescallatus & advocatus Argentoratensis.*

§. I.

Familia.

Deductio.

Illustrissimos *Hanoviae* Comites ex vetustissimis Germaniæ haberi dubium non est, etiam si ad dubia historiæ secula non ascendamus. Ex ea stirpe memoratur *Gerhardus* à *Moguntino* præfule *Henrico Aucupi 935.* subdido missus adversus *Hannos.* Inde in ludorum equestrium seu torneamentorum indice cuius uti non plena ita nec nulla est fides) repetimus *Hanovicos* Comites comparuisse in torneamentis *Magdeburgicis 1138. Rotenburgeis Reinhardum 942. Trierensibus Tricum seu Aelricum 1019. Fricum alium Tegurinis 1165. Colonienibus 1179 Reinhardum.* vix tamen iusta series ante *Henricum*, qui *1195.* vixit, ostendi potest, quod partim majores nostri rerum gerendarum quam scribendarum studiosiores in consignandis documentis negligentes fuerit, partim quod multæ vetustæ chartæ incendio & aliis causis periret, quæ frequens illustrium stirpium calamitas fuit. Ab *Henrico* prænominato septimo distant gradu fratres *Vhrens*, qui *1417.* & *Reinhardus*, qui *1431.* decessit: hic duarum linearum tator, ille

Elsäbe-

Elisabetha Comitiss *Ziegenhainia* maritus, ex qua tamen non nisi filias genuit, quarum *Elisabetha* Alberto Comiti *Hohenlois* nupta, praetentionem in comitatum *Ziegenhain* possessionem adiit, contradicentibus *Hohenlois*, donec nepotam tempore controuersia *Wormatae* componeretur.

§. II. Porto *Reinhardus*, quem 1451. vitis excessisse memorauimus, ex *Catharina* Nassouia duos suscepit filios *Reinhardum* & *Philippum*. Ille paternis succellit omnibus, & eas ad posteros transtulit, qui linea *Munzenbergica* nomen gesserunt, & 1642. in *anno 1711* in *Sto* marium ultimo defecere, hereditate ad alterum agnatorum ramiq. transtulit. Hic à *Philippo* descendit, & ex avitis regionibus *Babenburium* tenuit, sed in unam adiecit nosam hereditatem: demum ad successionem totius Comitatus vocatus est. Subsistit paruille in Illustrissimis Comitibus *Frederico Casimiro* & fratre ejus editis *Philippo Reinhardo* atque *Joanne Reinhardo*, quorum iste Hanoviam moderatur, in sub tutela ejusdem nec non Serenissimae matris atque Serenissimi avunculi Principis *Christiani Comitis Palatini* in multis spes adolefcunt.

§. III. Ob illam linearum quae sunt distinctionem *Wap. P. I. p. 15.* duo scuta differentia genti assignari videmus, alterum *Liechtenbergicus* alterum *Munzenbergicus* proprium. Ea vero in unum nunc compingi iussit successio.

§. IV. *Munzenbergica* linea clypeus loco citato quadripertitus pingitur, ita ut prima & quarta area senis cantherios aureis & rubeis exareret, secunda & tertia aurea tribus (alibi video quatuor) fasces rubeis exotneret: His vero quadrantibus parvula media incumbat, transverse secta ex mureo & auro.

§. V. Cantherii ipsum *Hanoviam* Comitatum denotant. Verum si fidem adhibemus *Hanoico* quondam ministro *Bernh. Herzog. Chron. A. f. l. b. 5. p. 62.* antiquum scutum *Hanoicorum* colore nigro tinctum leone auro & iparis hinc inde ex eodem metallo cornuculo superbit. Cantheriorum vero illam dant originem: nempe *Adolpho*, qui ex *Nassovius* Imperator fuit, 1298. caelo, *Reinhardum* Comitem *Hanoviae* *Adolphi* ex nepte Comitissa *Carimelibocensi* affinem, & in praelio fatali a quilibet captum, atque ab *Alberto Austriaco*, qui imperium emuli morte tolus obtinuit, coactum esse, ut omisso leone cantherios rubeos mureo cruenti praehi posthac gestaret. Idem *Eppsteiniis* contigisse ajunt, sed auri loco argentum usurpatum, vid. *Wapenb. P. II. p. 14.*

§. VI. *Fasces* quadrantis secundi & tertii notant Comitatum *Reineck* *A. Reineck. Familia Comitum Reineckorum* stem fuit antiquissima. Sicut in ludo equestr. *Magdeburgico* 938. *Sigmundi* Comitiss fit mentio. Ab anno 1270. certa deductio dari potest, quo vivit *Ludovicus* Comes à *Reineck* seu *Ryneck* dictus de *Rotenfels*, qui monasterium in *Neustatt* spoliavit. Hujus ex *Poppo* filio nepos fuit *Gerhardus* 1295. vivis exemitus, qui per factionem *Rex Romanorum* electus est. Hujus pronepos *Ludovicus* *Thomae* & *Philippum* habuit filios, ex quibus dux linea: illa in *Thoma* Canonico *Moguntino*, *Coloniensi* & *Argentiniensi* 1547. haec, atque ita unversa gens, in *Philippo* 1559. detecit. Major pars ad *Moguntinum* Electorem translata, alia ad *Herbipolitanum* Episcopatum, qui ob ea in *Franconico* circulo imperio certa pendunt, nonnulla ad *Erpachios*, nec non *Ilensburgios*. Sed cum titulo etiam portio Comitatus *Hanoicis* accrevit.

§. VII. Scutulum transverse sectum *Munzenbergiam* notat. *Viricus Dominus de Munzenberg* sine prole mascula decessit 1236. Filia tamen suscepit ex *Mechilde Ziegenhainia* tres *Annam*, *Adelheidam*, *Elisabetham*. Prima *Philippo* *Im. de Falekenstem* nupsit, & duorum Electorum *Trevirensium* Canonis & *Werneris* mater atque avia fuit. *Werneris* torores *Philippi* junioris filia *Lucardis* & *Agnis*, illa *Gisfredo* *Dom. ab Eppstein*, haec *Ottom* *Comiti Solmensi* elocatae sunt. De his in *Solmensibus* & *Stollbergicis*, *Elisabetha* *Godofredo* *Lib. Bar. de Fernspurg* uxor data est: sed cum improlem decessisse conjicio. *Adelheidam* *Reinhardo* *Comiti Hanoviae* nupta medietatem domini attulit, cujus parvula haec dux est.

§. VIII. Scuto hinc impositae visuntur tres galeae: media *Munzenbergica* (Wapenb. P. 2. p. 28.) tecta coccineo pileo rubeo, ora hermonica reducta, caudam pavoninam sustinet, & ex lateribus duos vexilla *Munzenbergica*: anterior pro

Hanoico comitatu cygno candido exoriente alis expansis ornatu: (video Jacinius circa hanc volitantes solo argento tingi: terra coriata militat cygnus candidus designando Comitatu *Remessa*. Sed ille quoque *Wapenb.* P. 2. pag. 7. exorient pingitur.

Liechtenbergica §. ix. *Liechtenbergica* ante successione[m] novam eidem quadratiam scutum fecerat. Primum quadrantem *carthoii Hanoico* occupabant, de quibus jam diximus. Secundum aureum ornat *leo cocineus cum sinu & falcibus caruleis*. Hoc insigne est *Bipontinum* seu *Zweybruckense*. cont. *Wapenb.* P. 2. p. 7. & *Bernh. Herzog. Chron. Als. l. 5. p. 36.* ubi tamen additur fasciola tritida carulea, quam ab Hanoicis recentiam non vidi. Forte unius *Bipontinae* lineae aliquando illud fuit discerniculum, vid. P. 1. c. 8.

Familia §. x. Quod attinet ad familiam *Bipontinam*, satis ea antiqua est, & legitur aliquis *Vickerus Comes Bipontinus* in exercitu Henrici aucupis 934. si tamen illa catalogo vetusto tuta fides haberi potest. Duo fratres *Tabarnus* & *Eberhardus* consensu Imperatoris *Tabernus Montanus* 1285. in formam oppidi construxerunt. Postea *Eberhardus*, cui cum fratribus *Hermanno* & *Weckero* non optime conveniebat 1385. *Comiti Palatino Ruperto Bipontum* & quae reliqua sua erant vendidit, & denuo feudo accepit; Hac ratione *Bipontium* ad *Palannos* pervenit, apud quos nunc quoque est. **Bipontium** Inter *Simonis Vickeri* posteror[um] duo fratres fuere *Friderici filii Henricus IV.* & *Simon Vickerus*: ille uxorem habuit *Cunigundam filiam Volmari Domini ab Ochsenstein*, unde *Ochsensteinia* successio: hic *Elisabetham filiam Ludovici Domini a Liechtenberg*, ex quo iterum matrimonio dimidia pars ditionum *Liechtenbergensium* genti illata est. *Simonis Vickeri* ex filio *Reinhardo* nepotes fuerunt alius *Simon Vickerus* & *Jacobus*: ille *Barbaram Falcensium* uxorem habuit, (matrem natam *Cunigunda* filia *Henrici Bipontini* & *Cunigunda* *Ochsensteinia* supra memoratorum) & ex illa genuit *Ameliam Philippo Comiti Lemingensi* & *Visterburgio* nuptam: hic *Jacobus* ultimus suae gentis mortuus est anno 1370. relicta filia *Margareta Ludovica*, quam duxit *Philippus Comes Hanoice* in *Liechtenberg* 1360. Per hanc successio *Bipontina* ad *Hanoicos* delata est. Non tamen successio, hac contradictione caruit, cum *Lemingensibus* partem ejus, in primis ditiones *Ochsensteinias*, a superius dicta *Amelia* sibi etiam deberi pretendant.

Liechtenberg. §. xi. Proxima areola leonem nigrum continens argento candet, nisi quod *maragonito* tingatur: Symbolum hoc Dominium *Liechtenberg* notat, vid. *Wapenb.* P. 2. p. 28. Est dominium hoc amplissimum, atque non contemnendam partem *Allatiae* inferioris complectitur. Porro creditur nonnullis eadem plane familia *Liechtenbergensium* & *Datzburgensium* esse, quia hi prorsus eodem insigni utuntur, nisi quod octo bacillos lilios, seu ut alii loquuntur *carbunculum radiatum*, scuto inducunt, quod discerniculum esse potest. Illos quod attinet *Liechtenbergicos*, nonnulli mentionem eorum faciunt seculo nono, quo *Conradus* Itam *Altortensem* uxorem habuerit amitam *Judithae Augustae*. Fuerunt ex hac familia tres Episcopi *Argentoratenfes*, *Conradus*, *Fridericus* & *Johannes*: ultimi vero in familia fuerunt *Jacobus* & *Ludovicus*, hic 1471. ille 1480. mortui. Sed *Jacobus* liberis caruit, unde abolito testamento, quo prius odio fratris dimidiam partem ditionis *Ruperto* Episcopo *Argentoratenfi* relinqueret constituerat, fratris filias *Annam* & *Elisabetham* heredes habuit. *Elisabetha* *Simoni Vickeri Comiti Bipontino*, sed primogenita *Anna* *Philippo Comiti Hanoice* 1458. nupsit. Inde hi duo in *Liechtenbergicis* ditiones successere, sed deinceps cum reliquis *Bipontinis*, hae etiam medietas *Liechtenbergicorum* bonorum ad *Hanoicos* delata est, modo quem superiori paragrafo expressimus.

Familia. §. xii. Quarta area rubra duas fascias argenteas complectitur, unde *Bernhard. Herzog. Chron. Als. l. 5. pag. 52.* colligit, inter *Ochsenstemios*, quorum haec insignia sunt, & domum *Austracam* cognationem intercedere. Ceterum *Ochsensteinii* Domini etiam inter veteres celeberrimi fuere. Notatur aliquis *Ludovicus Dominus ab Ochsenstein* in ludis equestribus *Tigurinis* 1165. Ultimus horum *Ochsensteiniorum* *Georgius* mortuus est 1459. & heredem habuit *Henricum Comitem Bipontinam* uxoris suae fratrem & amitam matrum. Hic enim auxilio *Philippi Comitis Palatini ab Episcopo Metensi* 1490. feuda *Ochsensteinia* obtinuit. *Henrico Georgius* natus est, & qui

Ochsenstein Domini. caelebs

caelebs vixit, & tandem vivus adhuc dynastiam agnato *Jacobo Bipontino* tradidit: qui etiam, quæ *Rathshausliis* oppignorata fuerant, demecps 1559. reluit, & arcem *Ochsenstein* multo sumptu restitavit, quæ tamen iterum flammis consumpta est. Sed ^{Successio.} & *Volmari Ochsensteinii* filia *Cunigunda* atque *Henrico Bipontino* nata *Cunigunda Bipontina* mater *Barthæ* fuit, quæ *Simoni Veckero Com. Bipontino* nuplit, ut §. 10. audivimus. A qua tamen & *Simonis Weckeri* filia *Amelia Leiningeres* jus suum & præsentionem arcescunt. A *Jacobi* filia autem hoc etiam Dominium translatum est ad Hanoicos, ut §. 11. vidimus, à *Metensi* Episcopatu obventa investitura. Porro illud nuper admodum certis reſervatis juribus Episcopatu Argentoratensi oppignoriatum est.

§. xiii. Toti feuto incumbit alia patimula *rubea* cum *marginè auro*. Notatur ^{Bitfch.} ea Comitatus vel Dominium, *Bitfch*. Lego autem in *Bernh. Herzog. Chron. Alſat. l. 5. pag. 34. quod 1297. Fridricus II. Dux Lotharingie* (cujus proavus *Federicus Matthæi I. Ducis* filius, *Simonis II. frater*, qui tamen ad Ducatum non pervenit, eo titulo à patre maectatus est, ut diceretur *Comes & Dominus de Bitfch, Sire & Comte de Bitfch*, ex quo apparet, hanc ditionem ejus fuisse hereditariam portionem — conf. post alios *P. Aufſem. Palus de l'honn. pag. 423.*) *Eberhardo Comiti Bipontino* feudo dederit castrum *Bitfch* quæque inde dependent. 1457. *Jacobus & Wilhelmus Comites Lotharingie* castrum *Bitfch* noctu occuparunt: sed præter *Comites Palatinos etiam Dux Lotharingie*, quippe feudi Dominus, auxilio *Bipontinis* fuit illi recuperando. Cum ^{A Bipontinos. Hanoicos.} *Bipontinis* reliquis hoc etiam Dominium matrimonio ad Hanoicos delapsum est, & investitura à *Lotharingie Duce* concessa, demecps verò alia ex causa *Lotharingia* ad se revocavit.

§. xiv. Huic feuto imponuntur *galeæ* quinque, duabus videlicet ad latera collocatis. Media *Bipontina* areole respondens leonem rubeum sustinet confidentem inter duos fasciculos pennarum *Wapenb. P. I. p. 15.* quas pavoninas representat *Herzog*. Dextra cyenum exorientem argenteum familiare insignè exhibet, sinistra pro *Ochsensteinio* Dominio refert herimam virilem, cujus vestis & pileus turbinatus irabibus *Ochsensteinii* exornatur (ali *Ochsensteinii*, ut apud *Herzog*. videre est, aliquando duo cornua bubalina, alias etiam caput bovinum cum collo extans cassidi imponebant) quarta ad latus coronata est, & sustinet pileum turbinatum argenteum, quim spherulam definit, pennis ornata: Pileo imponitur scutulum *Bipontinum* cum piscibus utrinque adjunctis extruleis: quibus Dominium *Bitfch* notatur. Ex ultima protenditur olorum cum collo caput, *Liechtenbergico* Dominio designando.

§. xv. Vidimus jam, quæ fuerit dispositio feuti utriusque lineæ *Munzenbergicæ* & *Liechtenbergicæ*: postquam verò hæc illi successit, utriusque symbolum in unum clypeum, quo nunc utuntur, coaluere: qui semel transversim, bis ad perpendicularium secatur. Uti etiam representatur in *P. Fürst. Wapenb. P. V. p. 10.* Prima area notat *Hanoiviam*, altera *Reinecciam*, tertia *Bipontum*, quarta *Ochsensteiniam*, quinta *Liechtenbergam*, sexta *Munzenbergam*, toti verò incumbit patimula *Bitfchenſis*.

§. xvi. Uti moderni utrumque feutum in unum contraxerunt, & junxerunt ^{Galeæ.} *galeas*, adeo ut nunc quatuor clypeo insistant, medix *Bipontina* & *Munzenbergica*, extreme *Hanoica* & *Reineccia*. Adjunguntur ad latus, hinc *Liechtenbergica*, illinc *Ochsensteinica*.

§. xvii. Titulus esse solet, *Comes Hanoivie, Reineccie & Biponti, Dominus Munzenbergæ, Liechtenbergæ & Ochsensteinii, Marescalcus hereditarius & suprenus Præſectus* (i. advocatus *Obervoigt*) *Argentensis*. Aliquando etiam titulus *Bitfche* additus, qui nunc omittitur. Quod titulum illum ultimum concecit, eo n-tatur officium, quod in Episcopatu Argentoratensi Comites hie gestant. Accipere cum munere nomen à *Liechtenbergicis*. Unde verò hæc illud axioma obtulerit si n-quitur: Lego *Joannem*, qui ex *Liechtenbergicis* Argentoratensi Episcopatu p. etur, morte *Johannis de Hunnenberg* vacantem dignitatem *Marescalci* suo gentili *Hentico*. conf. *Bernh. Herzog. Chron. Alſat. lib. 5. p. 134.* Alibi tamen memoratur *Federicus Liechtenbergicus* jam 932. *Luthardi* Episcopi Argentoratensis fuisse *Marescalcum* & *Dux* copiarum aduersus *Obotticos* millarum. Huic tamen relationi quam ^{Titulus.} ^{Marescal-latus & Argentoratensis.} priori

priori fulem de togare mallem. Postquam autem Liechtenbergica Domus deceit, adduas familias Hanoicam & Bipontinam cum reliqua successione hęc etiam dominas divisim transisse videtur: & quidem Hanoicis *Marschallus*, *præclerus* autem vel *advocatus* Bipontinus *acreville*. Ita referuntur in solemnibus Wilhelmus Imperator Episcopi Argentoratensis in urbem ingressu pompæ adfuisse Philippus Comes Hanoicus cum *vexillo Episcopali* tanquam *Marschallus* (als der *Stift* Straßburg *Marschall*) & cum *l. in braviatus Alfatius* vexillo *Reinhardus Bipontinus* tanquam *supremus Præfectus* vel *Advocatus* (als der *Stift* *Obervoigt*) *Herzog. Circon. 1722. L. 4. pag. 118.* Postquam vero Bipontina successio iterum transiit a Hanoicam domum, sola hęc isto etiam axiomate gaudet.

CAPUT XLII.

Barones ab Haym.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum. *Perner de Rauchenschach. Hoym.*

3. Scutulum medium.

4. Apex.

§. I.

Familia.

Familia *Baronum ab Haym* seu *Haim* non nisi fragmentum aliquod habet *Bucelin.* *Germ. T. 3. p. 72.* ab *Andree ab Haym*, cui uxor fuit *Dorothea de Mosham.* Eo genitus est *Thomas ab Haym in Fridburg*, qui 1567. deceit, 17. liberorum parens. Hi 1675. sub Maximiliano II. in Austriam venire, & in provincia supra Anasum dynastiam *Reichenstein*, infra cum *Obersebar* acquisiverunt. Porro familia jam deceit.

Scutum

§. II. Scutum quadripertitum in primo & quarto laterculo *ursum erectum aureum* continet. Laterculum autem aliquando *nigro* tinxere colore: deinceps *lunis argenteis* & *toridem nigris fuscis* exaraverunt, urso illis imposito: In secundo & tertio quadrante visuntur *duo capita aquilina aversi* (*von emander schauend*) ex *auro*, intermedio *sceptra argenteo*. Solum olim ad perpendicularum partiebantur, altero latere *turbeo* altero *cyaneo*: demum *senis caruleis* & *argenteis* transiunt versus *exaratum* est. Ultraquę hęc tessera ex familia *Pernerorum de Schachen* seu *de Rauchenschach* asita est, ob coniugium *Christophori ab Haym in Fridburg* & *Apollonie Perneræ de Rauchenschach*, h. *Theodorici* filia. *Trinas* vero *aquilinis* capribus *substratas* intelligo asitas ex insignibus familie *equestris ab Hoym* in *Marchia Brandeburgica* & *Dacatu Brunsvicensi*, ex quibus derivari *amantur*.

Perner de Rauchenschach. Hoym.

Scutulum medium.

§. III. Medium scutulum *argenteum* ex nube *dextri anguli* prodians *brachium armatum ferrei coloris* *clava aurea*, quę *brachio caena* ex *codem metallo* alligatur, *minax* retert. Quod forte aliquandu ab illis *gentile habitum* est.

Apex.

§. IV. *Galeæ tres* apud *Sibmach. Wavens. P. 1. pag. 20.* imponuntur, omnes *construæ*: ex priori *inter alas* *expansas* & *fasciis argenteis* atque *nigris pumi laterculi* *exaratas* *exurgit* *ursus aureus*. Ex *secunda* *sursum* *proreunduntur*, *anteriorum reflexæ* *ternæ struthionicæ* *plumæ argenteæ* & *toridem caelestinæ*. Ex *tertia* *expanditur* *jugum alarum*, *quarum* *prior* *argenteo* *candet*, *altera* *caruleo* *colore* *tungitur*, *utrique* *vero* *caput* *aquilinum* *aureum* *inseritur*, *inter* *cas* *vero* *sceptrum* *visitur* *seu* *argenteum* *seu* *aureum*. *Laciniæ* *sunt* *circa* *primam* *atræ* & *aureæ*, *reliquas* *circumvolvunt* *argenteæ* & *caelestinæ*.

CAPUT XLIII.

Com. & Barones ab Hobberg.

ARGUMENTUM.

1. Familia *affinis* *nomini* *Hockbergus*, *Hochbergii* *Marchiones*. *Comites* *de* *Hohenberg* *Stev.* *March.* *Hochinbergu* *Nordgoze*. *Domus*

Hohenberg Austria. *Hobbergia* familia.2. *Scriptio* *antiqua*. *Veteres* *qui* *forte* *ex* *hac* *inspe.*3. *Ceriscor* *de* *duclio*. *Barones*. *Inde* *equites*.4. *Conti-*

4. Continuatio deduc^otionis. Lineæ. Baro Wolfgangus Helmbardus. Friedeshcim.
 5. Scuti testera.
 6. Apex.
 7. Scutum aulicus Baronum.
 8. Scutum Comitum lineæ Erstst^ostemmæ.
 9. Tulus.

§. I.

CUM de perantiqua *Hohbergiorum* familia & scuto hic agendum sit, ante omnia observandum, plures familias affini nomine gavitas, quod notari ob hoc necesse est, ne illas confundamus. Ceterum quinque potissimum sunt familiae, quorum nomina sonant valde affinia. Prima *Hohbergiorum* seu *Kehbergiorum* erat Marchionum, quæ cum *Badensi* eadem fuit, uti nunc quoque *Hohberg* in eius gentis titulis legitur. Altera *Hohenbergensium Comitum*, ab *Hohenberg* ad *Nierum* dictorum, quorum ad Austriam successio delapsa est, cum *Rudolpho* Imperator *Annam* ex ea habuisset uxorem. Vetum apud eundem *Henning*, pag. 239. plane confunduntur illi cum *Hachbergis* Marchionibus: unde alii eundem hautere errorem, sicut *Heninggeseo* ejusdem prius autor fuerat *Lazius de migr. gent. L. 8. p. 402. seq.* Tertia fuit *Marchionum Hochinbergen* in *Nordgois*. Quorum apud *Henning*, mentio fit p. 516. qui memorat, seculo tertodecimo fratribus quatuor *Bertholdo*, *Ottone*, *Diepoldo* & *Ludovico* mortuis sine prole, Episcopum *Ratisponensem Hachenburgum* ad se recepisse. Quarta est *Domino*rum ab *Hohenberg*, qui una cum Comitibus *Stahrenbergis* & *Lothensteinis*, atq; *Domnis de Perneck* ex vetustis Ducibus ac Marchionibus *Styriae* orti sunt, & 1529. defecere in ultimo *Erasmo*, qui filiam reliquit *Annam* *Wilhelmo* *Dn. de Roggendorf* nuptam, qui arcem *Hohenberg* *Sebaldus* *Pogl* de *Reinheimen* vendidit. Cui per errorem *G. Bucelinus* scutum *Hohbergiorum* attribuit *P. 3. p. 87.* Cum tamen *Lazius de migr. gent. L. 6. p. 177.* ei assignet terram *Styriam*, ob originem, argenteam in scuto nigro: quod *P. 1. c. 9. n. 38.* addi desidero. Quinta est *Hohbergiorum*, quibus istud caput sacrum est.

§. II. *Hosergo* quod concernit, non una etiam orthographia in usu fuit, hinc enim *Hohberg*, *Hohenberg*, *Hochberg*, *Hoberg*, *Huberg*, *Hubrig* legas: ut majores nostris solliciti scriptiois iurare, & hæc nonnunquam pro ratione dialectorum variare solet. Familiae huic ascribitur *Seefeldam* in torneamentorum *Magdeburgiorum* consuetudine: *Wilhelmum* *Dn. ab Hochberg*, qui 942. in torneamentis *Rotenburgen* sibus comparuit, necnon *Sigismundum* *Bar. ab Hochberg* 1042. in ludis equestribus *Hallen* sibus inspectum. Hunc tamen nobili seu equestri familiae *Alstæicæ* seculo decimo quinto extinctæ de *Hohenburg* (cui in usu fuit scutum bipertitum, cuius anterior pars auro fulgebat, posterior cyano, impressa stella aurea; apex cornu venatorum auratum & cauda pannonica fastigiatum. vid. *Sibm. Wapenb. P. 2. p. 131.*) annumerat *Bernh. Herzog. Chron. Alsat. L. 6. p. 176.* Legitur etiam inter Episcopos *Holsopolensis Theodoricus de Hohenburg*, quem *Caspar Bruschius Nobilem Heroa de Hohenburg* nuncupat, qui inter *Ottone*m & *Hermannum* *Bar. de Lodenburg* medius Ecclesiam rexit, & 1224. satis concessit. An veto huic, an alii familiae debeat, non satis dijudicare possum.

§. III. Certior deducio potest referri ad *Atelchierem ab Hohberg*, qui circa 1290. cum *Henrico VII.* Imperatore ex *Lucenburgio* agro in *Silesiam* concessit, pater *Henrici* & *Enderici*: ille *Abbas Fuldensis* quatuor fere annorum decades rexit, & 1533. mortuus est: *Gabr. Buccino* dictus *211. incomparabilis*. Hic cum filio sub *Carolo IV.* qui hunc honorem 1350. tribuit, & *Wenceslao* in *Bironum* otine fuit, quod ex antiquis monumentis & literis liquet. Unde 1396. titulus legitur *den tuchtigen und wolgebohrnen* / qui eo tempore procerum erat. (1396. am nächsten Donnerstag vor S. Meren gibt Herr Jense von Chorzunz der Konig. Mächte zu Bohem Hauptmann der Fürstenthümer Schwidmiz und Naum. Mächte zu Bohem sigillo majori regio: Daß vor ihn kommen sind die aetfrenge Herren Hemschul Scheppe und Herr Venzold von Zedus / und haben das Dorff Conradswalde und andere Gültzen verkauft den tuchtigen und wolgebohrnen Herrn Hansen von Hoberat, Herrn Nuckeln von Hoberat, Marten / und Herrn Hartman von Hoberg / Priestern / Webrüedern samt ihren erben und nachkommen.

Mum

Zeugen

Zeugen sind die Edle Herren Nidel von Leisbrück / Herr Peter Olffe von Zedlig / Herr Nidel von Reichenberg / und Herr Sigmund von Poarell.) Polten vero Bohemia & vicinis provinciis bellis Hunnicis & civibus de civitate temporum injuria in equitatem rediere ordinem, quod illustriori splendore jam tertunt non viderentur respondere. Cujus rei exempla in aliis partim jam notavimus vel notabimus, *Ahlshelorum, Kanoniorum, Boyneburgiorum, Degenfeldorum, &c.*

Continua-
tio de edu-
cationis.
Lince.

§. iv. In Friderici modo dicti filijs *Joanne* & *Nicolao* in diversum abire cepere lineæ, nec non in Joannis filijs *Christophoro* atque *Joanne* secundo. A *Christophoro* orta est linea *Furstensteinia*, Comitum dignitate ornata, a *Joanne* secundo *Gutmansdorfia*, *Baronum* axiomate decorata, a *Nicolao Buchwaldia*, quæ equitum hæcenus contenta fuit titulo. Præter eas à *Friderico* Nicolai altero filio, qui in *Rehemia* uxorem duxit, creduntur originem habere *Hohbergi*, qui in Bohemia & Lusatia imperant. In *Furstensteinis Conradus Christophori* filius, *Vladislai* atque *Ludovici* Ungariæ atque Bohemiæ regum Consiliarius, Capitaneus Provincialis & Prætes Ducatus *Tauernensis* & *Svidnicii* litæ, arcem *Gierstorf* ad radices Sudetorum montium (*Düfeningebürg*) possedit, & à Cancellario Bohemico Barone de *Schellenberg* castrum atque Dominium *Furstenstein* oppignotata accepit: filius *Christophorus* item *Carolo V.* atque *Ferdinando* à consiliis intervnt, & post hunc filius *Conradus III.* *Ferdinandi* atque *Maximiliani II.* Consiliarius nec non Capitaneus & Prætes Ducatus *Svidnicæ* atque *Jauerensis*, cujus nepos *Joannes Henricus* *Ferdinandi* duobus & demum moderno *Augusto* à consiliis fuit, atque *Comitis* meruit titulos. In *Gutmansdorfis Fridericus* ex *Joanne*, *Melchiore*, *Henrico* & *Balthasare* (duo fratres cælibes *Christophorus* Camerarius *Ludovici R. Ungariæ* cum hero cecidit 1526. *Calpar* eques *Hierolymitanus Maximiliani II.* *Marescallus* aulicus fuit. Eorum vero soror *Dorothea* cum *Eleonora*, quæ *Francisco I.* *Franciæ Regi* nupsit, in *Franciam* profecta ibi 1532. nupsit *Carolo de Poitiers, Baroni de Vadans & Lasferé* decem liberorum mater, ex quibus *Francisca* *Philiberto del'Aurbe* sine 1569. elocata est.) totidem lineas dedit. Sed de cæteris reliquis, excepta ea quæ *Melchiorum* latorem habuit, *Ferdinandi I.* & *Maximiliani I.* Consiliarium. A quo familia *Austriæ* illata est. Ab hoc denuo rami orti sunt, à *Durrenbaech, Veldck* & *Obertameris* dicti, per filios *Melchiorum, Ferdinandum*, atque *Fridericum*: ex hoc superest Perillustribus *Baro Volfgangus Helmbardus*, de sua & plurimis familiis illustribus, quarum memoriam conservat, nec non de meis studiis præclarè meritus. Qui lector maximam partem scire eorum debet, quæ de illustribus *Austriacis* hic legit, quondam ab avo ejus materno *Generoso Vilhelmo Bernardo de Friedesheim* collecta, mihi autem a præfato

Baro Volf-
gangus
Helmbardus.

Friedes-
heim.

Scuti tes-
tera.

§. v. Quod scutum gentile atinet, nescio quod monstratum familiae, cujus fragmentum sed mendosum parti 3. Germaniæ item matographice inferitur, *Bucelinus* tribuit. Fuit vero vetustum *δῆγμα* scutum transverse lectum, parte inferiori *argenteo* & mino tessellata, superiori *argentea* cum tribus montibus carulis, uti videte licet *Sibmach. Wapenb.* P. I. p. 36. inter proceres *Austriæ*, & p. 166. in *Saxonica* nobilitate, quo ex *Buchwaldis* aliquos concessisse conjectura est. Porro monitus sum, superiorem partem, in qua monticuli sunt, angustiore pingendam, majori spatio tessellata relicto, qua ratione instar capitis superior illa pars foret: sed *Sibmacheriana* pictura non convenit. In *Fursii* vero recentiori sculpturâ id observatum observavi. Tum tessellarum numerum determinatum legi, ut senæ argento, totidem tingerentur minio. Sed neque in eo consentiunt figura armorialis nostri. *Fursi* P. IV. pag. II. cum auctum clypeum repræsentat, montium figuram in tres cuspides caruleas transformat, solo infesto cocco, in quo verò chalcoglypta manum lapsam reor.

Apex.

§. vi. Scuto imponitur galea coronata, ex qua dependent lacinie *argenteæ* & *rubeæ*. Coronæ vero imponuntur trutta due *argenteæ incurvata*, singulæ ternis *struthionis plumis*, quæ alternatim *argenteo* & *cocco* tinguntur, exornatæ: inter truttas comparet *rosa* *argenteo* petiolo & aliquot foliolis viridibus sustentata. *Sibmach. alleg. pag. 36.* folia rotæ non addit, & plumas *struthionicas* piscibus desuper potius imponit,

Pr. de Choisy, & matrem Caroli de l' Hospital, Vitraci rami aurotis. Ille *Joachimus de Rouhaut Marscallus*, bello de meritis de Ludovico XI. inclutus, patrem habuerat *Joan. xcm.*, as um *Aegidium Rouhaut*, cujus trater *Clemens* dictus *Tiphanius Rouhaut Com.*: *Proci & Vicecomes Thonfi* fuit ab uxore *Petronella de Thouars*: Uterque, *Clemens & Aegidius*, cum fratre Ludovico nati erant *Atilenc Rouhaut & uxore* *Isabella de Beaumont-Bressure*.

Voluyre de Ruffec. §. IV. Areola extrema bipertita pingitur: latere priori denuo transverse secto, ut superior pars *quintis aureis & rubris fascis* exaretur; interior *rubra novem maculis aureis* continetur; sinistro latere *rubro*, inscripta *cruce anchorata vario velle conju- ra*. Fasciæ norant *Voluyre de Ruffec*, propter *Franciscum de Voluyre* Joachimi Rouhaut, de quo numero præced. uxorem, matrem *Anne*, quæ *Adriano Hospitalio* nup. lerat.

Rohan. Chastre. Gens ipsa *Voluyriorum* refertur ad *Herveum de Voluyre Dn. de la Rochecorriere* in histo- ribus, qui 1356. duxit *Aleonoram heredem Ruffec*, ex præcis *Eugolisme Comitibus* ortam, & *Nicolai Baronis de Ruffec*, hic *Joachim*, quo *Francisca* genita, pater fuit. *Rohaniorum* maculis suam assignare cautam nescio: quod vero crucem variam concernit, *Cas- strear* gentem denotat, ob *Annam de la Chastre* filiam *Claudii Dn. de la Maisfontre*, *Francisci de l' Hospital Dn. de Vitry* conjugem, *Ludovici* matrem, *Nicolai primi Du- cis* aviam.

Hospital. §. v. Toti incumbit media *parmula rubra* continens *gallum galinæcum argen- tatum, rostri o, cristæ, barbi & pedibus ex auro*, altero pede tenentem *scutulum caru- leum lilio auro pictum*. Gallus *Hospitalia* gentis proprium est decus, sed *scutulum liliatum* debetur virtuti *Ludovici Hospitalis March. Vitry*, & gratiæ *Henrici IV. regis*, qui ob *Meldarum* civitatem ad obsequium regis reductam, cui dem præfectus datus est) hoc memos non secuto interuit, telle *Gehor. indie. armor. voce barbè p. 79*. Ubi etiã areola majoris scuti non nihil mutata, ut tertia præter tesseram *Ruhaltiam, Vo- luyriam & Rohaneam* complecteretur, *Castrea sola in quartam* rejecta, quod satis probabile est, cum *Voluyria* familia *Hospitalia* per *Ruhaltiam* amicitate juncta sit, non per *Castream*. Unde eam dispositionem sequi malo.

Apex. §. VI. Galea incumbit coronata, quæ sustinet caput avulsam *galli gallinacæ* ex *argento*. Lacinie sunt *coccineæ & argentatæ*. Telamones duo infantis vel puelli fa- scia cineti *cyanea liliis aureis* sparta.

Titulus. §. VII. Titulus est: *De l' Hospital Dux de Vitry Chasteauvillain, M. d' Arc, Dom. de Coubere*. Quod *Vitriacum* atinet, dignitas Ducalis ei 1643. beneficio regis ac- cessit.

CAPUT XLV. Barones de Ilfing.

A R G U M E N T U M.

1. Scutum & apex.

2. Familia ex Comitibus *Moringæ*.
3. Inde patris *Angustani. Earoneæ*.
4. An à *Witellj* accensibus.

§. I.

Scutum & Apex.

Inter *Dominos & Barones S. bmsch. Wapenb. P. 1. p. 24.* etiã *Ilfingos* recenset, illisque scutum transverse sectum tribuit, cuius superior pars *rubra*, inferior *nigra* est, utraque continet *fasciam tortuosam* (*Lazius de migr. gent. l. 7. p. 328.* vocat *sectionem triangularem*. *Sibmach. frumne balfen* ?) ex *argento*. Galea coronata imponuntur duo cornua, quorum superiora minus tinguntur: ita quod credo fieri oportet, nam *Sibmach. argento tinger*) inferiora nigro colore, media autem percurrit fascia tortuo- sa: Tum hiantia cornuum ora & oram extimam ornant pavoninae pennæ. Laci- nie sunt *argenteæ*, hinc coeæ, illinc nigro colore reflexæ.

Familia ex Comitib. Moringæ.

§. II. Familiam *Lazius d. l. p. 320.* & ex eo pro mote *Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 323.* refert ad *Comites de Moringen*. Recenset vero *Leopoldum Ilfing Comitem*, qui à *Taililone* postremo *D. Bojariæ* 758. *Abbas Monasterii Wessintronæ* constitutus sit. Alium *Ilfangum Comitum de Hohenrieden* recenset 1545. Inde *Friedricum Comitum de*

Moring-

Moringen circa 1141. cuius filii & cognati 22. in bello Ducis Bojariæ, cui nomina dederant, partim interfecti, partim fortunis multati sunt, ut relinquere agros, & se Augustam conferre coacti fuerint. Comitatum vero Moringensem Duces Bavarix, *Gumbenbergis* & *Biberbacensibus* Marecallis contulerunt.

§. III. Ex eo Hlungu, & ex his primus *Sirfridas*, inter patritios Augustanos (in quibus eorum arma videas in Sibinachi. *Wapenb.* P. 2. pag. 207.) numerati sunt, trequenti magistratu in ea civitate incluti. Ex illis *Sebastianus*, pluries consul 1464. ab Imperatore in publico conventu meruit cingulum militare, & gentis suæ historiam, ex qua sua Lazius sumsit, conscripsit. Celebris etiam fuit *Georgius Hlung de Liechtenberg* Colonellus, Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi II. Consiliarius & Svecix Præfectus, cuius filii *Maximilianus*, *Fridericus* & *Georgius* Baronum titulo insigniti sunt: Verum prolem non reliquere. A Georgii fratre *Alechiore* reliqui Hlungu propagati, cognomento de *Tratzberg*, de *Vischach*, de *Cunaberg*, qui nunc etiam luperaut.

§. IV. Existimat *Lazius* totam gentem descendisse à *Palatinis Wittelspencibus*, qui superiorem partem Hlungiorum vel Moringensium armorum, argenteam videlicet triangularem sectionem etiam gesserint.

CAPUT XLVI.

Duc. Juliaci, Clivia, Montium.

ARGUMENTUM.

reditas ad *Limbürgios*, *Ravenburgios*, *Juliacenses*, *Clivios*.

- | | |
|--|---|
| 1. Ditionum successio. | 7. <i>Marcani</i> , successio, <i>Lineæ</i> . |
| 2. <i>Clivia</i> familia. <i>Origo</i> , successio. | 8. <i>Scutum</i> ultimum Ducum. |
| 3. <i>Scutum</i> , <i>Schoenbergii</i> . | 9. <i>Galez</i> . |
| 4. <i>Com. Teyslerbanus</i> , <i>Dom. Hensta</i> , <i>Ex Hensta</i> , <i>danus</i> ortu familia. | 10. <i>Marcanus</i> apex, <i>Ravenbergium</i> . |
| 5. <i>Juliaci</i> Comes, <i>Duces</i> . | 11. <i>Alte</i> dispositiones. |
| 6. <i>Montanorum</i> origo, <i>Mutata</i> insignia. <i>He-</i> | 12. <i>Nirvenensis</i> <i>lineæ</i> . |
| | 13. <i>Controversa</i> successio. |

§. I.

QUÆ tandem sub unius Principis potestatem redactæ provinciæ *Inluco-Clivia* Ditionum successio. *Montana*, extincto 1609. *Iohanne VII. Wilhelmo* ultimo Duce celebri adeo controversæ inter plures illustres Domos non semel armis agitata occasione præbuerit, non unum olim habuere Dominum, sed matrimonios demum coaluere.

§. II. Actum est de plerisque huic spectantibus L. 1. c. 13. occasione insignium *Clivia* familia. *Brandeburgicorum*, in quibus arcule omnes conspiciuntur, hic tamen non decernunt, quæ illis addenda sint, vel repeti mereantur. Initium faciamus à *Caroli* stirpe, quæ reliquis antiquior habetur. Eam ab *Elia* seu *Alio* seu *Helio Grajo*, *Gracii* seu *Grajo* derivant, qui *Carolo Martello* interierit, & ab uxore *Beatrice* (quæ 732. paulo post maritum decessisse dicitur) Comitatum *Clivia* obtinuerit. Eam *Beatricem* ferunt filiam fuisse *Theodoricus Vrsini* prætoris *Clivia*, ex *Beatrice* ultimi *Com. Teyslerbanus* filia. Huic *Elia* seu *Alio* tribuunt filios *Theodoricum*, *Godefridum* & *Conradum*, quibus ferunt à patre data, primo insignia cum aureo gladio, alteri eorum, tertio annulum: & hunc *Hassia* Comitem, utum *Lossensem* seu *Lantum*, illum *Clivium* tuisse, qua fide, viderint ipsi. *Theodoricus* tamen, ut *Clivia* Comes, scribitur 742. *Ultrajectensi* Episcopo valdè fidem obtinxisse. Eo natum voluit *Remolum*, hoc Ongo. *Cunonem* seu *Cononem*, et ut *Figb. Hoppius* vocat *Ludolphum*, patrem *Ioannis*, cui tribuitur uxor *Constantia* *Methealis* *Caropalatæ* Imperatoris *Byzantini* filia. Horum filius fuit *Baldunus*, genitor *Roberti* *Com. Teyslerbanus*, à quo illa *linea*, & *Eberhardi* *Com. Clivia*, cuius filii fuerunt *Berengarius* Episcopus *Tullensis* & *Luthardus* Comes *Clivia*, *Amolfi* Imper. ex *Berthæ* gener: quibus genitos lego *Richardum* *Com. Trevantæ*, quam filius *Woldericus* Episcopus *Utrajectinus* 970. Ecclesiæ illi tradidit, & *Baldetricum* *Com. Clivia*, cuius pronepotem *Conradum* ajunt obres in Italia bene gestas

Wormatiæ ab Ottonem III. Comitem Imperii creatum: Hoc genitus est *Theodoricus II.* pater *Theodorici III.* seu *Arnoldi*, qui *Go. Iosredum Bultionem* comitatus est, & *Arnoldi II.* cui uxores *Henrica IV.* Imp. filiam, & *Friderici Barbarosse* forem tribuunt. Eo natus *Theodoricus III.* seu *probrus*, *Arnoldi III.* trater vel pater, qui genuit *Arnoldum IV.* qui 1218. I. hierosolymis deceffit, relicto *Theodorico V.* qui ex *Mechthilde* here. de *Domine Dynstake* nium habuit *Theodoricum VI.* cognomento *Circensium lufum*, nepotem *Theodoricum III.* pronepotem *Theodoricum VIII.* (cujus trater *Theodoricus praepositus Xantensis* Novetum *Coloniensibus* vendidit.) Eo nati sunt *Otto*, *Theodoricus*, *Joannes*, ordine *Comites Clivie*, quorum hic 1368. mafculos clauit. Inde tres pre-tenderunt fuccellionem, *Arcolei*, ob *Irma-gardum Ottonis filiam*, *Johannis Dn. Arculei* & *Heufde* uxorem, *Parviffi* ob *aliam Irma-gardum* tium iftorum *Comitum forem*, *Gethatdo* *Hornano Dn.* de *Parv* eyls nuptam, & *Marcanti* ob *Theodorici filiam* *Margaritam*, *Adolfi Com. Marcani* conjugem; fed tandem emto etiam *Parviffi* fforam jure, hã adverfus *Arculeos* obtinere, atque *Caroli IV.* fententia *Adolfo* pridem *Monafterienfium* & *Coloniensium* praefuli *Comitatus* adierus est.

Successio.

Scutum.

Schon-bergu. C. Tei-fterbantii.

Dom. Heufde.

Ex Heuf-danis ortæ familia.

Juliaci Co-mites.

Duces.

§. III. Clivie tellera est clypeus coccineus feuto argenteo in corde impreffus, carbunculo radiato aureo, nodulo liliato & fmaragdõ in medio inftructo, in totam arcam protefo. De eo plurali loco cit. n. 8. egimus. Porro ex eadem familia Clivie derivari amant *Schanbergii*, pridem eques jam *Comites*, in eam rem allegata tellera, quæ illis fimilis in ufu est, quod fuo loco videbimus.

§. IV. *Balduinum Clivie Comitem* §. 2. diximus patrem fuiffe non folum *Eberhardi Clivie Comitis*, verum etiam *Roberti Com. Tefferbantia*, quam a fratre acceperit, continentis ditiones *Rommelnam*, *Hufdanam Arculeam*, *Altenacensem*, *Hianenfem*, *Culeburgiam*, *Birnam*. Vid. *Henning. Theatr. T. 3. P. 2. pag. 363. 368.* ex *Porto Heutero*. Et dantur filii *Ludovicus*, *Robertus*, *Theodoricus*. Hunc volunt *Domnum Ate-nacensem* tuiffe, fratrem *Mare-anorum* & *Mont-anorum* *Comitum*. Illum *Tefferbantia Comitem* vocant, cujus abnepos *Aufredus Epifcopus Trajectinus* 994. *Comitatum* inter cognatos diftribuit, parte *Epifcopatu Trajectino* & *Leodienti* fervata; illum vero *Robertum* apud *beneficio Clivie Comitis factum* *Domnum Heufde*. Huic datur filius *Baldunus*, qui fertur *Sophiam Edmondi R. Anglia* filiam ductam tibi copulaffe, quam à patente miffi *Heufde* fila nentem repererint, unde *Heufdanis* datum feutum aureum cum rota purpurea feextradiorum, quæ etiam fupra galeam carulea corona ornatam inter alminas aures comparet. Ab hoc continuata familia, ad *Joannem VII.* qui concedente *Clivie Comite* 1290. *Hollandia* *Comiti* te feudo obftin-xit, pater *Joannis VIII.* & *Johannis Dn. Drenge*, illi natus *Joannes IX.* 2. 1290, cujus foror *Sophia*, *Saifenburgio* regulo nupta, impedire non potuit, quo minus *Jeannes D. Brabantinus* *Heufdam* fibi vindicaret, cui demum ille acquievit, annua pecunia recepta, patrius autem *Guilelmus Droncellanus* itidem potentia majori cedere coactus est; fed ad *beneficium Hollandia* ditio rediit. Ex ea vero fupre *Heufdiana* referuntur ortæ nobiles familiae *Hie-been*, *Eufering*, *Crayenftem*, *Rofendael*, *Dronzellen*, *Elsfont*, *Hedekhuysen*, *van der Sluis*, *Spiering*, *van Veen*, *Vyck*, *Goudhuven*, *Oudenhoft*. Unde in illarum familiarum pleratumque feuto rota illa comparet, pro primis in tibeo aureo; feconda familia eiusdem metalli in pratino; tertia geiebat argenteam in nigro; quarta nigram in argenteo; quinta argenteam in caruleo; fepta nigram in auro; feptima auream in caruleo; octava argenteam in tibeo; nona aurea in nigro. Ipla creitas *Heufde* utitur veteti dynaftatum parma.

§. V. Quod *Julacensem Ducatum* attinet, notatum feuto auro impreffo leone nigro, qui linguam eruentiam protendit, & dentibus atque talculis argenteis innatur) habuit ille ab antiquo fuo *Comite*, quos ad *Gerhardum* reterunt, qui 933. *Henrico* aucupi contra *Hunnos* militaverit. Ab eo reliqui: ex quibus *Vilhelmus* 1329. à *Ludovico Bavar*o *Augusto* *Marchio* creatus, cui dignitati etiam *Ducalis* 1356. in *Comitiis Metenfibus* *Caroli II.* gratia accessit. Ejus ex filio *Vilhelmo* nepotes *Vilhelmus* & *Reinoldus*, materno jure etiam *Geldria* tenuere. At cum liberis carerent, *Joanna* foror *Joannis Arculei* uxor fuccellit in *Geldria*, & post eam *Egon* *dani*, in *Juliacum* etiam fuccedere conati, ob quod *Geldrico* *leoni Juliacensis* in eodem feuto jun-gi folet: at ex agnatis *Adolfus* *Montanus* *Juliacum* obtinuit; idem rexit post patrum

patrum *Gerhardus*, pater *Wilhelmus*, quo *Maria* nata est, à qua maritus *Joannes III. D. Clivie Ducatus Juliacensem & Montanum* suo iunxit.

§. vi. Quod *Montanum* attinet familiam, sunt qui eam ad *Clivios* referunt, videlicet ad *Theodericum Roberti Com. Teutoburgensi* filium, *Balduinum Com. Clivie nepotem* (§. 4.) Mallem vero in *Adolfo* subsistere, cui *Veru. Tischenmacher. annal. Mont. p. 2.* fratrem dat *Hermannum Com. Vbiorum* advocatum *Tuncu*. *Adolfum* autem vocant etiam *Comitem Vbiorum* necnon de *Monte*, atque advocatum *Tutis*. Emortuus est eius delignatur 1136. vel 1136. aut 1147. Eo geniti *Eberhardus & Adolfus*, qui *Altenanum* castrum extruxere, hic pater fuit *Adolphus Com. Altenani & Montani*, qui obiit 1170. hoc geniti præter *Brunonem & Fridericum* Archiepiscopos *Colonienses*, duarum linearum autores *Engelbertus Com. Montium & Eberhardus Com. Altenani*: de hujus posterit. deinceps. *Engelberto* nati sunt *Engelbertus* etiam *Coloniensium* p[ro]sul & totius Germaniæ prote[ct]or, ab agnato *Friderico Isenburgo* 1225. trucidatus, atque *Adolfus Comes*, quo *Margareta* nata est, *Henrici D. Lumburgu* uxor, mater *Adolfi & Mutarum* *Witrami*, quorum hic patri in *Lumburgio Ducatu*, ille primo genitus in *maternum Comitatum* successit, qui abjecta *rosi, Montanorum & Altenanorum* hæcenus t[er]ra, quam *Fridericus* patricio conspurcasse videbatur. *Leonem Lumburgium* *Montanis* attribuit, unde deinceps scutum *Montanum* argenteum ornatum est *leone rubeo, coronato & falcibus aureis, lingua carulea, cauda bifida & in decussim trajecta*. *Adolfo* nati *Adolphus*, qui demum *Dux Lumburgus* illum *Dacatum* vendidit, sed ab Archiepiscopo *Coloniensi* captus obiit in carcere 1295. *Wilhelmus Comes Montium*, qui 1308. extitit est, *Conradus p[ro]positus Coloniensis*, ad Archiepiscopatum destinatus, ob quem bellum ortum, atque *Henricus Windecia Dni* demum *Comes Montium*, pater *Adolfi*, qui 1348. mortuus est, præmortuis filiis *Adolfo & Wilhelmo* immorigeris; unde successit filia *Margareta Ottonis Comitis Ravensburgi* uxor, quæ aliam genuit *Margaretam* heredem utriusque Comitatus, nuptam *Gerhardo Juliacensi Comiti*, quorum hic 1360. equestri ludo interit, illa ad 1389. supervivuit. His parentibus natus *Wilhelmus*, quem *Venceslaus Imperator* 1389. *Ducem* creavit: eius filii *Atolphus Remoldo* agnato in *Juliaco* successit, *Rupertus* Episcopus *Paderbornus*, eadem dignitate ornatus *Wilhelmus* successit, sed demum *Dux Montanus* genuit *Gerhardum Juliaci & Montium Ducem*, patrem *Wilhelmi*, quo nata est *Maria*, à qua ad *Clivios* successio delata est.

§. vii. Diximus *Adolfo* *Montano & Altenano Comite* præter *Engelbertum* *Montanum*, *Eberhardum* natum esse *Altenanum Comitem*: hic *Arnoldum Com. Isenburgum* genuit *Fridericum* patrem, à quo *Engelbertus* casus, ille vero supplicio affectus est, autor *Lumburgio-Styrmie* Illustrissimæ, quæ sola ex gente tam incluta superest, stirpis, & *Fridericum*, patrem *Adolfi*, qui emto castro *Mare* hoc nomen pro *Altenano* assumpsit, & 1243. decessit, pater *Gerhardi* Episcopi *Monasteriensis & Engelberti Comitis*: Hic iterum genuit *Eberhardum*, patrem *Adolfi* Episcopi *Leodiensis*, atque *Engelberti*. Hunc patrem habuerunt *Engelbertus* Episcopus *Leodiensis* & demum *Archiepiscopus Coloniensis*, & duarum linearum autores *Adolphus* atque *Eberhardus*. *Adolphus* genuit *Engelbertum Comitem* *Marcarum*, *Adolphum* p[ro]vident[em] Episcopum *Masilien-* *sem* atq[ue] *Archiepiscopum Coloniensem*, dein vero *Comitem Clivie* ex materno jure: Hec factus est *Adolphus*, qui *Clivie Dux* creatus est 1417. filiosq[ue] habuit *Joannem* atq[ue] *Adolphum Dn. Ravensburgi*, *Philippi* patrem. *Joannes* iterum dua. lineas ex se dedit, per *Engelbertum Niverniam* in *Gallia*, quam p[ro]ncepos *Leobus* terminavit 1386. cuius soror *Henrica Nivernium* marito *Ludovico Gonzaga* attulit: sed per *Joannem II. Cliviam*, quæ continuata per *Joannem III.* ad quem hereditas etiam *Juliaci* atque *Montium*, ejusque filium *Wilhelmum*, atque nepotem *Joannem Wilhelmum Ducem*, qui 1609. moriens hereditatem pluribus litibus expositam reliquit, eo quod non semel arina sumta sunt. *Eberhardus* *Adolfi* *Marcani* frater *Arenbergæ Dominus* alium tamum ex se dedit, pater *Eberhardi*, quo nati *Joannes & Ludovicus* *Rupertsburgi*; *Joanne* autem *Eberhardus* linea *Arenbergæ*, *Robertus* *Sedanis*, *Wilhelmus* *Lutina* autoc. Primam terminavit 1544. *Robertus* Comes, herede sorore *Margarete* *Joannis Equitis Barbaronum uxore*, unde in Principum *Arenbergæ* scuto *Marcana* facta apparet, ut vidimus L. 1. c. 4. *secunda* directam lineam clausit 1594. fratrum heres *Carola Marcana* *Bulienia* *Henric*

Henrici Turci Turcanni uxor, teclamante patruo *Civolo Roberto Com. de Maulerrier*, qui liberos etiam reliquit, ex tertia superest *Janacensis Comes*.

Scutum
ultimu-
m in Uru-
cum.

§. VIII. Scutum ultimi Duces, qui familiarum istarum omnium collegerant successione, illud gestarunt, quod representatur in *Selmach. Wapenb. P. 1. p. 6.* ut videlicet totum scutum transierit linea, caput duæ perpendiculariter, pedem una in quinque atreolas disperitur. Ita superiores laterales sunt *Juliacensis, Criviorum, Montanus*. Inferiores *Marcanus*, videlicet aureus cum fascia triplici ductu tessellata ex argento & minio, atque *Ravensburgius* argenteus cum tribus cantheris tubis.

Galca.

§. IX. *Galca* tres imponitur, media *Criviorum* sustinet caput taurinum seu bubulum aduersum tubum, cornibus & annulo qui per nates trajectur argenteis, cum corona aurea, cujus tamen interior circulus argento & minio tessellatus conspicitur, ut ita *Marcana* simul, ex quibus *Clivii* ultimi, origo indicetur. Porro si vera esse traditio apud *Gelov. indic. armor. p. 54.* *Beatrici Clivie*, quam *Helius Gratus* duxit, scutum fuisse argenteum cum capite taurino tubo aduerso cornibus nigris annulo per nates trajecto argenteo, exemplum esset moris, qui aliis exemplis non caret, veteris tessere in apicem retere: sed alibi idem pag. 272. 273. *Clivii* apicem dat *Cygnum coronatam cassidem incubentem*, quia *Helius* dictus sit *equus cygnus*. Quæ *Juliacum* notat eorundem aquilam seu gryphum aureum, rubea lingua & qua collum vincitur tremula (*Halsband*) alas nigras expandentem sustinet. Extrema *Montana* coronata ornatur cauda pavonia. Lacinae sunt, circa primam atræ & aureæ, circa secundam aureæ & coccineæ, ex tertia dependent argenteæ & rubræ.

Marcanus
apex.

§. X. *Marcanus* apex hic non simul notatur, eum vero in *Wapenb. P. 2. p. 17.* sub nomine *in der Mark*, videmus, ex corona, cujus circulus tessellatus seu exornatus, proteris jugum alarum compheatum. Eadem facie notatur scutum Comitum *von der Mark*, quod fasciam tessellatam duorum ordinum & ex ea exurgentem leonem rubeum refert. *Galca* insitit corona, & ex ea inter duo cornua aurea leo exurgit rubeus. Credo notari lineam *Luna nam*, vel aliam ex post genitis, que leonem discernendi causa ailuserit. Non æque facile discernas, quid tibi velit, quod p. 18. titulus adscribitur *zu der Mark*: cui tribuitur scutum diagonali linea dextra divertitum hinc minio isthinc argento, inscripto scutulo pariter secundo & coloribus alterato, toti autem inductis sceptris latis *Clivii* aureis. Sane cui illud *dit*, pro prium fuerit, non allequor. *Ravensburgii* comitatus apicem pag. 17. eundem videre licet videlicet *galca* coronatæ impositum pileum oblongum rubeum, in globulum terminatum, cui utrinque terna vexilla *Ravensburgia* adduntur. Seam *Fest. Wapenb. P. 3. pag. 9.* imponitur sine corona pileus hermioticus additis aliquot pennis pavonis. Imposito scuto videntur quatuor pro tribus cantheri.

Ravensper-
gus.

Aliæ dispo-
sitiones.

§. XI. Quod alios attinet, antequam ditiones hæc conjungerentur, *Clivii Cliviam* & *Marcanam* tesseram, *Juliacensis*, *Juliacentem*, *Montanam* & *Ravensburgiam* conjungebant. Apud *Chifflet. Eq. A. V. n. 47. Joannis Ducis Clivii* scutum pingitur quadripartitum ex *Clivio* & *Marcano* symbolo, & num. 55. *Adolphi Clivii Ravensburgii* clypeus plane eadem dispositione apparet, sed imponitur scutulum medium novo & veteri *Burgundico* symbolo quadrifidum, imposita *Flandrica* parmuia. Horum ratio ex eo est, quia *Adolphus* matrem habuit *Mariam Joannis Ducis Burgundæ* filiam.

Niverner-
sis lineæ.

§. XII. *Cliviorum Nivernensium* in Francia, quos §. 7. ex *Engelberto Clivio* factos dixi, quæ fuerit dispositio, ex *Gonzagorum Nivernensium* scuto videre licet. Nam ejus secunda & tertia quadra cum atreolis omnibus huc spectat. Nolumus vero a tum agere, ut illud hic lustremus, quando *L. I. c. 29. n. 17. & seq.* ad contemplari tumus.

Contro-
versa suc-
cessio.

§. XIII. Quæ argumenta pro successione jure adducant familie *Palatine Saxonicæ*, *Brandenburgicæ*, suo loco videre, neque hic ea repetere necesse est.

CAPUT XLVIII.

Com. & Bar. Khevenhüller.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo, Successio. Lineæ Comitum dignitas. *Austriaca bona.*
2. Scutum. *Aichelberg.*
3. *Weißriach.* Familia origo, *Dedalus. Bona.*

4. *Kellerberg.*
5. *Aquila Weißriachgrani.*
6. *Aufenstein.* Familia.
7. *Maidorf.*
8. *Galea.*
9. *Tuul.*

§. I.

Illustriſſimorum Khevenhüllerorum Comitum & Baronum familia in Carinthia insignibus bonis locuples à multo tempore floruit: eam veto *Celſ. Rutterhusius* à *Sigismundo Khevenhüller ab Aichelberg* deducit. Sed *Gabriel Buccel. Germ. T. 2.* altius ascendit, ac *Sigismundo*, quem ait centenarium obiisse 1185. patrem assignat *Albigum*, qui 1080. Iudis Augustanis interfuerit, filius *Richardi Khevenhüller*, qui ex *Franconia Carinthia* immigraverit, & circa 1030. condiderit *Aichelberg*, maritus *Schenekia ab Ostervertz*. *Sigismundo* supra dicto *Buchinus* filium dat *Achatium*, nepotem *Richardum*. Hunc vel juxta *Rittershulium Sigismundum* ordine a patre in filium quinque *Ioannes* sequuntur, quorum quintus fratrem habuit *Kudolphum Capitaneum Carinthie*, novæ lineæ autorem, quæ in pronepotibus deficit: filium vero genuit *Augustinum Maximiliani I. Confiliarium*, qui 1519. decessit. Hic communis pater fuit *duarum linearum* ex filis *Christophoro* & *Sigismundo*, patre *Georgi*, qui etiam *Carinthia* fuit *Capitaneus*, & posteritatem habuit. *Christophorus* etiam *Capitaneus Carinthie*, qui 1557. decessit, præter alios genuit *Birtheolum Comitem* & *Mauritium Christophorum linearum* autotes. Porro 1535. sub *Rudolpho II. Ioannes Baro Khevenhüller*, inde *Comes*, cum fratribus in *Austriam* venit, & inter proceres (*Landente*) Provincie supra *Anafum* receptus est; inde comparatur *Comitatum Franckenburg*, nec non *Domina Cammer, Kogel* & *Rainardl* supra *Anafum*; inde dynastiam *Lichtenstein* prope *Medling* intra *Anafum*.

§. II. Scutum representatur apud *Sbmach. Wapenb. P. 1. p. 20.* tribus perpendicularibus & una transversa lineis in octo regiones sectum. Prima & ultima regio superius nigra glandes tres aureas seu unam duabus ex latere foliis stipatâ, die gelbe eichel samt den zweyen blärlein benderseits auff einem stengel, interius in auro undosim fasciam nigram (hin und her gewundene strich nach der zwerch) representat. *Chifflet. Eq. A. V. num. 280.* ita enunciat, palus furvus ramis trium glandium aureo impressis, supposita gemina fasciâ transversâ aurea. Quod vetus gentis est symbolum, haud dubie ad nomen *Aichelberg* alludens, quod audivimus à *Richardo* conditum.

§. III. Proxima areola bipartita hinc argentea, cuspidibus quinque nigris transversis distinguitur, hinc tota nigricat (Das schwarze feld / auß dessen mitte oder halbem theil nach der länge abgetheilet drey weisse zwitel auff emander die spügen außwärts gefehret / erscheinen. *Chifflet. d. l. ita enunciat: deux transverses tamolis atris & argenteis, acuminatis insertis exaratis*); quæ facies etiam sed opposito situ septimæ regionis apparet. Ita designatur familia de *Weißriach*, ut videtur est *Furst. Wapenb. P. IV. p. 15. & P. V. p. 15.* Ipsam familiam *et Weissriachensem* seu *Veisbracensem* comperi, non nisi cuspides tres nigras argento inscriptisse, sed *Khevenhüllerum*, credo quod areola angustior pluribus commo dius distinguitur, quinque sicuti uti pate, non vero ut *Buchel. Germ. P. 3. pag. 253.* pingit septem. Ipsa dicta gens illaten splendore diu floruit. Ita de ea *Woltg. Laz. de migr. gent. L. 6. p. 198.* *Domini à Weissriach apud Carnos quondam celebres, qui noie in Austria late patetium ditonem obtinent. videlicet Pfartenstein, Ferream civitatem & Gundersdorf, Comitum ordini ascripti à Ferdinando Romanorum Hungariae rege, Austria Archiduce. Porro Weissriach cisternam in Carinthia adhuc superest, haud procul à Villaco. Aliunde accepti, castum hoc, à quo illis nomen, situm esse in Lungaria archiducibus Salzburgiæ.*

horum apex proprius fuit, qui galeam ornat dextro lateri feuti affidentem, & ternis argenteis, totidem nigris (alii ajunt auratas, argententas & nigras apparet, uti est in Wapenb. P. V. p. 15.) struthionis j lumis superbit. Olim vero gentilis apex fuerat pileus acuminatus (geschmtes hütlein oder viellecht ein zwiefelm/wie im schild/) globulo fastigatus. Lateri sinistro clypei (Sibmachi. moneta. dextro potius adponendam) adjectur galea *Mansdorfia*, inter alas expansas nigras parmulam illius gentis fulmens. Lacinae sunt aureae & nigrae, aureae & cyaneae, coecinae & argenteae, argenteae & atrae.

§. IX. Bartholom. eo illum à Rittershulio video titulum assignari: *Comes in Fran-* Tituli
ckenburg, L. Baro in Landron & Tilsenberg, Hereditarius in Opatowitz & Carlsberg
Johanni Baroni & Francisco Christophoro Comiti, qui Equites aurati vellos tuere,
Chifflet. n. 280. & 351. addit titulum grand escuyer hereditaire de Carinthie, seu magnus
scutarius hereditarius Carinthie.

CAPUT XLVIII.

Com. de Känigseck seu Künigseck.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Familie origo. Chunonisegg, Deductio. Fam. de Scutellis in Hispania.</i> | 4. <i>Tituli variati.</i> |
| 2. <i>Ultior deductio. Känigseck in Borussia. Patrone: Comites, Leopoldus Wilhelmus Imperii Vicecancell.</i> | 5. <i>Saulgavia Comites. Infignia.</i> |
| 3. <i>Alia linea.</i> | 6. <i>Tabulae prognologica Com. Leopoldi Wilhelmi & conjugum.</i> |
| | 7. <i>Scutum.</i> |
| | 8. <i>Alpex.</i> |
| | 9. <i>Tituli.</i> |
| | 10. <i>Familia Sanctementia in Hispania.</i> |

§. I.

Antiquissimam gentem subministrata ab *Illustrissimo Comite Leopoldo Guilelmo*, Familiz
Imperii Vicecancellario, domestica documenta referunt ad quendam *Cunonem*, origo.
qui ex priefcis Alemanniae & Aliae Ducum Gucltorum Palatinis tatus duobus circiter ab Alstorfio militibus sedem nixerit, & de tuo nomine castrum extractum circa 650. *Känigseck* seu *Chunonisegg* dixerit. Hunc patrem ajunt *Wihboldi I. de Chunsegg*,
qui praefio Caroli Martelli contra Regimfredum 715. occubuit, cum fratre *Hun-* Chunonis
richmanno seu *Henrico*. Tertium fratrem *Atvuardum I. de Chunsegg* intertuit- 655
se ajunt eidem praefio, sed ejusdem Caroli bello contra Bavatos 720. intererunt. Hoc genus est *Johannes I. de Chunsegg* dictus *Comes* anno 777. ita citatus in Partistipario in syllabo virorum illustrium inter alios Comites. Hic filium habuit *Erhardum I. de Chunsegg*, qui circa 801. sub Carolo Magno floruit cum Mangoldo Truchfessio de Walpurg, Egone Com. Furitenbergio & Henrico de Stropheln. *Deductio.*
Post hunc gradus generationis incerti sunt per seculum tere, usque ad fratres *Beatum* seu *Battum de Chunsegg* ann. 922. & *Sejfridum* circa 930. ejus vidua *Dietburga* ex familia de *Caltenthal* intertuit torneamentis Magdeburgicis 942. illos excipit *Jacobus de Chunsegg* in Trevirensibus 1119. Post hunc denuo aequi hiatus intercedit usque ad *Wihelmum*, qui Tigurnos ludos 1165. ornavit, *Battum* seu *Scutellum*, 1170. cui cum *Rechbergio* duellum fuit, *Ernestum* in torneamentis Coloniensibus 1179. & *Johannem* 1170. cupi vidua *Margarita de Hattstat* Alata in duos equestribus 1165. Tiguri fuit: quos fratres fuisse aras petivacet. Hoc nati *Erhardus* praecipuus beneficiet *Augie* 1172. atque *Eberhardus* ejusdem beneficii dotator, qui 1123. obiit, & qui horum fuisse frater videtur, *Kudolfus* vel *Hofigerus* *Abbas* *Compendiensi* 1208. *Eberhardus* nati *Fridericus Dominus de Chunsegg* 1229. qui in Hispania protectus Jacobo Regi Aragonie fuit probatissimus, qui ei *Principem Cardona* detulavit, (unde natus *Jacobus de Känigseck* seu *de Scutellis* vel *de Scutellis* ad insignibus *de Scutellis* Famil. de
eccis dictus, auctor illustis que in Hispania florer familiae de *Scutellis* vel *de Scutellis* in Hispania
Nun 2 Barthol.

Bertholdus Dominus de Chungseck & Frauenhofen Cæsaris Consiliarius 1244. 1277. *Adamus* in torneamentis Herbipolitanus 1235. *Bertholdo* creduntur nati 1110 & *Henricus* equites, quorum mentio, 1278. *Vladislaus* seu *Vlricus* 1287. qui castrum *Frauentberg* Monasterio Salemitano vendidit, & circa 1300. decessit, *Bertholdus de Chungseck, Dominus in Aulendorf*, aulicus Ducis Sæviæ 1257. *Eberhardus II.* qui *Frauenthofen* Dominium monasterio Weingarteni vendidit, *Bertholdus*, qui Svinfurtentibus ludis interit 1296. *Eberhardo II.* nati *Eberhardus III.* qui eligitur 1396. *Vlricus IV.* (sitamen non cum III. unus est) 1369. Catharina Com. Castellæ maritus & *Bertholdus IV.* 1363. 1396.

Ulterior
deductio.

§. II. Ab *Vlricis* seu *Vlrico* prædicto fere certior series est; Hic enim pater traditur *Joannis*, qui Svinfurtentis ludos invisit 1296. *Henrici* Domini in Appenweiler 1297. & *Vlrici II.* Domini in Chungigseck 1315. qui 1375. mortuus perhibetur, conjux *Catharina Comitis de Sulgau*, & deim *Anna Baronissæ de Katzenstein*. Hic genuit *Bertholdum I.* mortuum 1370. Stadium maritum, *Vlterum* prætectum Ducatus Sæviæ, 1390. adhuc superstitem, *Eberhardum II.* 1369. (qui duas uxores habuit, Anastasiam ex Domini de Liechtenstem in Sæviæ & Annam de Clingenberg Dominorum in Hohentwiel.) *Anselmum* 1370. (cui conjux *Marscella de Berberbach* ex Pappenheimis) & *Vlricum III.* qui 1387. decessit, uxore vius *Margaritha Baronissæ de Berberbach*, ex hujus filius claruere *Ludolphus*, an *Leutoldus*, qui 1418. obiit, maritus *Anna Domina de Hornberg in Tripperger*, *Benzius* seu *Benzo*, qui mortuus 1400. (cujus conjux *Elisabeth de Stuben*.) *Vltherus* 1392. *Marquaricus M. Magister Ordinis Teutonici & Princeps Borussia* 1434. qui mortuus est 1442. *Joannes II. Sigismundi I.* Consiliarius, qui 1415. mortuus est, atque familiæ propagator *Vlricus V. Dominus in Chungseck*, qui 1415. mortuus est, maritus *Elisabethæ Com. de Sulgau*. His geniti *Joannes I.* & *Leutoldus* (cui uxor datur *Anna Lincolniensis de Balzheim in Resf.* 1472.) ex quibus unus ad patrum in Botussiam se traiecit, & ibi cum nobilitemina matrimonio into Dominos de *Kanigseck*, quibus in illustri splendore superant, sevit, atque *Vlricus VI.* qui circa 1480. mortuus est, pater ex *Elisabetha Comite Isenburgera*, præter alios *Marquardus III. Baronis de Chungigegg* 1470. qui circa 1520. obiit, ex *Magdalena Marscella Pappenheimia* relicto *Joanne X. Barone de Chungigegg Domini in Aulendorf* 1520. quo & *Dorothea Dapitæra in Waldpurg* nati præter alios *Joannes Marquaricus LVII* eruditissimus & *Enslieheimæ Cameræ Præfectus* 1548. qui nulla prole ex *Elisabetha Com. Furstbergica* decessit 1553. atque *Joannes Ludovicus VIII de Kanigseck in Aulendorf*, mortuus 1567. relicto ex *Elisabetha Com. Montfortiana* inter alios *Georgio II. Barone de Kanigseck & Rotenfels, Domini in Aulendorf & Stauffen*, qui obiit 1622. *Bertholdo VI.* cui ex *Cunigunda Com. Zimmerensi in Wildenstein & Rordorf* liberi non fuerunt, atque *Marquaricus* Consiliario Bavaico intimo, Gubernatore Ingollstadii, qui 1626. decessit. pater ex *Justina Baronissa de Stauffen, Jul. 21. Vilhelmi I. Com. in Kanigseck*, qui 1663. moriens ex *Walpurga Truchessia* nullo suscepto filio lineam masculam terminavit. *Georgius II.* vero ex *Cunigunda* nullo suscepto prima conjuge suscepit *Bertholdum VII.* & *Joannem Ludovicum* Canonicos, qui 1663. extincti, & duarum linearum factores. Ex his *Johannes Georgius* Intimus Cæsaris Consiliarius & Supremus Consilii secreti Oenipontani Director ex *Eleonora Comite Embsia* suscepit *Antonium Enslieheimæ* Ducatus Sæviæ prætectum, maritum *Anne Genevæ* Comitis de Thun. *Hugo* autem Cæsaris & Archiducis Camerarius atque Consiliarius, ex uxore prima *Renata Principe Zollerica*, post alios, Canonicos Colonienses & Argentinenfes suscepit *Leopoldum Vilhelmum*, gentis suæ fidus, qui Imperii Vicecancellarius, & legatione Cæsaris nomine ad Angliæ regem cum honore defunctus est, & nunc quoque non inter Camerarios solum numeratur, sed in immis consiliis Augustæ aulæ interest, a Rege Hispaniæ etiam Aurei Velesris torque ornatus.

Kanigseck
Borussiz.

Barones.

Comites.

Leopold.
Wilhelmus
Imp.
Vicecancell.

Alia linea.

§. III. Præter istas linea etiam fuit *Kanigsecciorum* ex *Eberhardo IV.* circa finem seculi decimi quarti egressa, quæ seculo superiori defuncte videtur in tribus
foribus

fororibus, Erhardi IV. filibus, ex quibus *Scholasticus Georgio Baroni de Falckenstein in Beechburg* nupserat, *Johannis Christophori*, qui gentem terminavit, mater.

§. iv. Porto nemini mirum hoc videri debet, neque quod accurata graduum singulorum ratio non ubique reddi potest: Germani enim nostri superioribus seculis facienda quam scribendi fuerit studiosiores: neque quod non eodem elogio omnes usi, sed cum *Comites* ante tot secula titulus gellatus fuerit, deinceps successores *Domnorum* contenti fuerit nomine, donec ad *Baronum & Comitum* elogia rediretur: nam ut apud veteres titulorum, quale nunc est, solenne discrimen minus observatum fuit, ita nulli sibi religioni duxere, pro ratione temporum ex illis aliquid remittere. Quaha in aliis etiam exempla adeo non infrequentia sunt. Ita *Rutheni* seu *Reussi de Plavia* ex *Ostrocis*, *Ablesfeldi* ex *Balzhus-Scherzabecis*, *Ranzoni* ex *Leisnicensibus* Comitibus oriundi, diu antiquo titulo abstinere, & nostra demum memoria ad eundem redierunt.

§. v. Duas inter conjuges veterum Koenigsecciorum legimus Comitissas *Saulgarie* seu *Sulgarie*, ut ex hoc quoque clareat, quam illustres habiti sint, quos illustrissimæ familiar sua non dedignatae sunt affinitate. Nam *Saulgari* Comites creduntur (ut alibi in Sylloge Genealogico-histor. p. 417. retuli,) ex *Gerbaldo* oriundi, cujus frater *Dancko* totam *Zolleranam* familiam, ex qua hodiernum Serenissimi Electores & Marchionis Brandenburgici atque Principes Zoiletani supersunt, sevit. *Saulgoviorum* illorum Comitum stirpi asseritur etiam *Manradus Bertholdi Comiti Saulgarie filius*, qui cum vitam anachoreticam ageret 861. vel 863. trucidatus est: unde celeberrimum illud, ad quod plures peregrinationes suscipiuntur, cenobium *Einsiedeln* ortum suum accepit, ibi conditum 934. ubi iste cellam habuerat. Comites illi *Saulgarie* usi sunt pro insignibus in palma *argentea* *leone rubeo, columnam*, ut ad nomen alluderetur, *nigram pedibus anterioribus portante*, ut videre est in *P. Furst. Wapenb. P. III. pag. 27.* sub vitioso titulo *Sulgen*.

§. vi. Ut vero Illustris Domus hujus affinitates magis pateant, quatuor tabulis exhibebimus progenitores (*Mhuchen*) liberorum, quos præfatus Illustrissimus *Leopoldus Wilhelmus* ex conjuge illustrissima *Maria Polyxena Dom. de Scherfenberg* genuit, illius gratia mihi communicatos.

Tabulæ
progenito-
rum C.
Leopoldi
Wilhelmi
& conjuga-
rum

TAB. I.

HUGO Com. de Keenigs-
eck & Roten-
fels Vice-
cancellarii pater.

Georgius Baro de Keenigs- eck.	Joannes Baro de Keenigs- eck.	Marquardus Baro de Keenigs- eck.	Joannes Dn. de Keenigs- eck.	Ulricus Dn. de Keenigs- eck.
	Jacobus Baro de Keenigs- eck.	Margal. Marf. Pappenheim.	Margareta C. Iffenburg.	Elifabetha C. Saulgovia.
Georgius Baro de Keenigs- eck.	Dorothea Dap- tera Dom. in Wald- purg.	Georg. Marf. Pappenheim.	Georg. Truchf. Dn. in Wald- purg.	Elifabetha C. Natlowia.
	Helena Com. de Zöllern.	Judoc. Nicol. C. de Zöllern.	Agnes Com. de Werdenberg.	Haupto Marek. D. de Pappenheim.
	Elifabetha C. de Montfort.	Hugo C. de Montfort.	Elifabetha C. de Werdenberg.	Barbara Dn. de Reichenberg.
	Magdalena C. de Schwarzenberg.	Christopho B. de Schwarzenberg.	Eva Com. de Oetingen.	Georgius J. Jacobus Truchf. Dn. de Waldpurg.
Cunigunda Truch- fess Dn. in Wald- burg.	Joanna Dn. de Rappol- stein.	Anna Alexandr. Com. de Fürften- berg.	Ulricus Dom. de Rappol- stein.	Magdalena C. de Oetingen.
	Joanna Com. de Zimmern.	Fröbenius Christoph. C. de Zimmern.	Joanna Com. de Zimmern.	Ulricus C. de Oetingen.
	Cunigunda C. de Eber- stein.	Wilhel. C. de Eberstein.	Cunigunda C. de Sonnenberg.	Ulricus C. de Oetingen.
	Joanna Com. de Hanau.	Joanna Com. de Hanau.	Sibylla March. Bädensis.	Ulricus C. de Oetingen.
HUGO Com. de Keenigs- eck & Roten- fels Vice- cancellarii pater.	Elifabetha C. de Montfort.	Anna C. de Zveybruck.	Elifabetha Dn. de Liechtenberg.	Ulricus C. de Montfort.
	Magdalena C. de Schwarzenberg.	Eva C. de Montfort.	Magdalena C. de Schwarzenberg.	Ulricus C. de Montfort.
	Joanna Com. de Zimmern.	Fröbenius Christoph. C. de Zimmern.	Joanna Com. de Zimmern.	Ulricus C. de Oetingen.
	Cunigunda C. de Eber- stein.	Wilhel. C. de Eberstein.	Cunigunda C. de Sonnenberg.	Ulricus C. de Oetingen.

TAB. II.

MARIA
RENATA
Princ. de
Hohen-
zollern.
Uxor
Hugonis
Com. de
Königs-
eck, ma-
ter Vice-
cancella-
rii.

Eitelfridericus Com. de Zollern.	Carolus Com. de Zollern.	Eitelfridericus	Eitelfridericus	Jodocus Nicolaus C. de Zollern.		
		Com. de Zollern.	Magdalena M. Brandenburg.	Elisab. C. de Werdenberg, seu Agnes.		
		Joanna Dom. de Witten- & Bur- fel.	H. m. de Wirth	Henr. Dn. de Witemal. Joh. D. de Ph. abt. B. de Spaur. v. l. Pa. Scotiz.		
			A. V. (al. Philip)	Joan Halvyn. Dn. de Berg ad Som		
			Jacobe de Hal- vyn. Joanna	al. Henricus. (Maria de Haricour Margar. l. Joanna) Du Comines. al.		
		Anna M. Baden- fis.	Ernestus M. Ba- denf.	Christophorus M. Badenf.	Carolus M. Badenfis.	
				Ottilia C. de Ca- zenchbogen.	Catharina Dux Austrix.	
				Elisabe- tha M. Bran- denburg.	Philippus C. de Cazendebogen.	
				Sophia Princeps Polonia.	Ottilia C. Nalovic.	
		Sibylla Com. de Zimmern.	Froben- nius Chri- stoph. C. de Zim- mern.	Joh. Wernerus C. de Zimmern.	Joan. Werner	Wernerus Pato de Zimmern.
	Margareta C. de Oettingen.			Anna C. de Kirchberg.		
	Catharina Dn. de Erpach.			Philippus pincera na de Erpach.	Wihelms C. de Oettingen.	
	Elisabetha C. de Werdenberg.			Georgus Com. de Werdenberg.		
Cunigunda C. de Eber- stein.	Willhel. C. de E- berstein.			Bernardus C. de Eberstein.	Catharina March. Badenfis.	
	Joanna Com. de Hanau.			Philippus C. de Hanau.	Anna C. de Fürttenberg.	
				Sibylla March. Badenfis.	Philipp. C. de H nau in Liechtenb. Anna C. Hsenburgi.	
Frideric. C. Sylv. & Rhen.	Philipp. Francisc. C. Sylv. & Rhen.			Philipp. C. Sylv. & Rhen.	Joannes C. Sylv. & Rhen.	Joannes C. Sylv. & Rheni. Wild & (Rhing av.
				Joanna Com. de Mœsiaz.	Joanna Com.	Nicol. C. Sarverde & Marthe. Barbara f. Gertrud B. de Vintburg.
				Antonia de No- vocastr.	Ferd. de Novoc. Dn. de Montag.	Joan. de Novoc. Dn. de Montag.
			Claudia Dn. de Vergy.	Margareta C. de Castro Lustran. Joan. de Vergy Dn. de Champlite, Vergy.		
		Maria Aegyptia- ca Com. Oeung.	Ludov. Com. de Oeung.	Wolfgangus C. ab Oeung.	W. Helms C. ab Oeung.	
				Elisabet. f. Anna Truchf. Dn. de Waldpurg.	Beatus Scaligera seu de la Scala ex Princ. Veron.	
				Salome Com. de Zollern.	Eitelfridericus C. de Zollern.	Georg. Truchf. Dn. de Waldpurg. Ann. C. de Kirchberg.
		Franci- sca Com. Sylv. & Rhen.	Joannes C. Salmz.	Joannes C. Salmz.	Joannes Com.	Joannes C. Salmz in Lotharingia.
				Margareta Dn. de Suck.	Joanna B. de Joinville.	Joanna B. de Joinville.
				Anna Dom. de Harau- court.	Andreas b. de Harau. ou. t.	Jacobus B. de Sirek & Montlar. Eva C. Sylvarum & Rheni.
	Margareta B. de Vintingen.			Simon B. de Vintingen.		
Luisa B. de Stein- ville Dn. de M. Oudeta l'Haillier B. de Ma- nicamp.	Ludov. B. de Stein- ville Dn. de M. Oudeta l'Haillier B. de Ma- nicamp.			Philibert. B. de Steinville.	Anna B. de Brandeburg.	
				Isabella Senac. Phil. l'Haillier.	Archemus B. de Steinville. Gaulina B. de Scur's.	
				B. de M. ancamp.	Seclus C. de Spinola.	
				S. J. an te Blanc	Ottavia B. de Semainville.	
	Gabr. de Vinters & L'Isleadam.			Joan. l'Haillier Dn. de la Motte. Veanna Dn. de Vary.		
				Ant. f. Jacob de Villiers D. de L'Isle. Agnes d'Amoulinf. Joanna de Sclle		

TAB. IV

MAXIMILIANA C. de Harrach. Uxor Joannis Wilhel. Dom. de Scherfensberg. Mater, Mariz Polyxena, uxoris Vicecancellarii.	Carolus Com. de Harrach	Leonhardus V Baro de Harrach.	Leonh. III. Dn. de Harrach.	Leonh. III. Dn. de Harrach.	Leonhardus I. Dn. de Harrach.	Barbara Zellerin.														
			Leonhard. IV. Bar. de Harrach.	Barbara Dom. de Gleiniz.	Baltasar Dn. de Gleiniz.	Barbara de Rauchenfels.	Jacob. Permet de Rauchenfels.	Margareta Dn. de Aspach.	Friedericus Dn. de Gleiniz.	Agnes Dn. W'elzerin.	Joannes de Rammungen.	Barbara de Fuyberg.								
			Barbara B. de Windischgr.	Seifridus Bar. de Windischgr.	Maria Gradnerin.	Anna Grafvveinin.	Wilhelmus Grafvvein.	Atra Wincklerin.	Jacobus Dn. de Windischgraz.	Elisabetha de Aspach.	Georgius Gradner.	Margareta Teigvizerin.	W'ipoldus Grafvvein.	Catharina Brandlin.	W'ullngus Winckler.	Elisabetha Dn. de Gleiniz.				
			Maria Jacobea Com. de Zollern.	Eitelfridericus Com. de Zollern.	Magdalena M. Brandenburg.	Joanna Dn. de Berfel. E. Wittem.	Eitelfridericus C. de Zollern.	Magdalena M. Brandenburg.	Fridericus M. Brandenburg.	Agnes Ducissa Pomerania. (Bonel)	Henr. Dn. de Wittem. al. Joh. D. de Dn. de Berfel. E.	Elisabet. B. de Sprut vel Ph. Scotie.	A. V. (al. Philip) & Borfel.	Jacob de Halvyn. f. Joanna.	Margar. f. Joanna Dn. Comes. al.	Jodocus Nicolaus C. de Zollern.	Elisab. C. de W'erdn. b. f. u. Agnes.	Fridericus M. Brandenburg.	Agnes Ducissa Pomerania. (Bonel)	
				Ernestus M. Baden.	Elisabetha M. Brandenburg.	Sophia Princeps Brandenburg.	Anna M. Baden.	Christophorus M. Baden.	Ortilia C. de Cazenelbogen.	Ortilia C. Naslovie.	Fridericus M. Brandenburg.	Albert. Achilles M. Brandeb. Elect.	Anna Duc. Savonia.	Calim. R. Polon. M. D. Lithvan.	Elizb. Austriaca f. Alberti II. Imp.	Joannes Dn. de Schratzenbach.	Agnes Dn. de Kreigk.	Amalia Dn. de Akenhauen.	Catharina Dn. de Suberberg.	
			Maria Elisabetha Bar. de Schratzenbach.	Maximilianus B. de Schratzenbach.	Pancratius D. de Schratzenbach.	Margareta de Hagen.	Vincent. Dom. de Schratzenbach.	Amalia Dn. de Akenhauen.	Wolfgangus de Hagen.	Magdalena Schramppin.	Joannes Dn. de Schratzenbach.	Agnes Dn. de Kreigk.	Andreas Dn. de Alenhausen.	Catharina Dn. de Suberberg.	Michael de Hogen.	Elisabetha Greenholdin.	Georgius Schrampp.	Elisabetha de Kellersb. rg.		
					Elisabetha Sauer de Kofiack.	Sibylla von der Dörr.	Anna de Obernburg.	Jodocus Sauer de Kofiack.	Maria de Kofiack.	Sibylla von der Dörr.	Anna de Obernburg.	Pancratius Sauer.	Jodocus Sauer de Saa.	Barbara C. de Segna.	Ludovicus de Kofiack.	Elisabetha de Zerim.	Baltasar von der Dörr.	Sophia de Lindeck.	Jodocus de Obernburg.	Catharina de Götscha. h.
			Anna Grafvveinin Baron.	Wilhelm Grafvvein Baro.	Stephanus Grafvvein.	Catharina Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	Wilhelm. Grafvvein.	Atra Winckler. de Winckelhaul.	Leonh. Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	W'ipoldus Grafvvein.	Catharina Brandlin.	W'ullngus Winckler.	Elisabetha Dn. de Gleiniz.	Leonhardus Dn. de Harrach.	Margareta Permetin de Rauchenfels.	Baltasar Dn. de Gleiniz. (schach)	Barbara de Rammungen.	
					Helena Dom. de Heiberstein.	Margareta de Rackeniz.	Elisabetha de Mindorf.	Stephanus Grafvvein.	Catharina Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	Leonh. Dn. de Heiberstein.	Heiberstein.	Ulfula Dn. de Tostenbach.	Nicol. Burggr. de Lueng & Luenz.	Margareta Steinerin.	Christoph. Dn. de Rackeniz.	Sigsmundus Dn. de Rackeniz.	Catharina Farberin de Muer.	Christophorus Dn. de Mindorf.	Elisabetha Dn. de Windischgraz.
					Anna Grafvveinin Baron.	Wilhelm Grafvvein Baro.	Stephanus Grafvvein.	Catharina Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	Wilhelm. Grafvvein.	Atra Winckler. de Winckelhaul.	Leonh. Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	W'ipoldus Grafvvein.	Catharina Brandlin.	W'ullngus Winckler.	Elisabetha Dn. de Gleiniz.	Leonhardus Dn. de Harrach.	Margareta Permetin de Rauchenfels.	Baltasar Dn. de Gleiniz. (schach)
Helena Dom. de Heiberstein.	Margareta de Rackeniz.	Elisabetha de Mindorf.					Stephanus Grafvvein.	Catharina Dn. de Harrach.	Barbara Dn. de Gleiniz.	Leonh. Dn. de Heiberstein.	Heiberstein.	Ulfula Dn. de Tostenbach.	Nicol. Burggr. de Lueng & Luenz.	Margareta Steinerin.	Christoph. Dn. de Rackeniz.	Sigsmundus Dn. de Rackeniz.	Catharina Farberin de Muer.	Christophorus Dn. de Mindorf.	Elisabetha Dn. de Windischgraz.	

Scutum

§. VII. Quod scutum concernit gentile, pro more antiquitatis simplex est, omnium viginti uno aureis & rubris, & bombis sinistrorsum oblique (en barre), exaratum, & virgatum, eafere specie qua Bavaricum scutum, sed opposito situ & alio coloribus ornatum visitur: de qua supra P. I. c. 5. diximus.

Apex.

§. VIII. Patmæ insitit Galea coronata & septem rubeis struthionis plumis, erectæ antorsum reflectuntur, fastigiata: Lacina circumpendentes cocco & auro tinguntur. Vicecancellaria autem leuto ex personali dignitate circumdatur torques aurei velleris.

Tituli.

§. IX. Titulus ita sonat: Comes in Königseck & Rotenfels, Dominus in Aulerdorf & Stauffen, Graf zu Königseck und Rotenfels / Herr zu Aulendorf und Stauffen. Illustrissimo Leonoldo Wilhelmio personales dignitates ascribuntur: Ritter des güldenen Vlies / Königscher Käyserl. Majest. wärellicher Conterentz und gehheimer Rath / wie auch des hiesigen Röm. Reichs Vice Camerer. Caterum quod possessiones titulo expressas attinet, Aulendorf ex veteri patrimonio stupis fuit, Rotenfels (unde peculiaris aliquando linea Moravorum denominata fuerat,) & Stauffen a Montfortis, uno horum ramo deficienter, cincta sunt.

Familia Sancelmentia in Hispania.

§. X. Si illustrium peritissimo Joanni Pistorio naves adhibenda, ex Illustrissima hac gente ortum suum trahit illustris apud Hispanos Sancelmentia familia: ita enim ille in prat. T. III. Hispan. Illustrata ad Guilelmum de S. Clemente tum 1606. Oratorem Regis Catholici in aula Cæsarea Prageni: Quod ego esse Tu Illustrissimi Domine & Hispanus simul sis, simulque Germanus, antiquissima Illustrissimorum Königseckianorum Baronum gente familia Illustrissima tue in Hispania supradictante nascendi originem & summorum tuorum Hispanico Germanicum suum miscente sanguinem: quod reliquum utrinque posteris insignita credentes ostendunt. Sed forte eadem hæc familia est, quam n. I. in Hispania de Scutellis dictam recensuimus.

CAPUT XLIX.

Lalania Com. Lalani, Hochstrata & Rennebergii.

ARGUMENTUM

1. Origo familiae. Deductio. Linea.

2. Scutum. Apex.

3. Diferencia.

4. Tituli. Hochstrata. Renneberg. Horn.

§. I.

Origo Familiz.

PER antiqua Lalaniorum familia à Joh. le Carpentier Histoire de Cambrai, P. 3, pag. 12. & seq. inter castecensetur, quæ Cameracensem agrum ornarunt, sumitq; nomen à pago in Oitrevant dicto in veteribus chartis Lalengn, Laling, Laleng. Primum (præter Ricoldum de Lalain, cuius mentio fit 1139.) ex hac gente reperit Simonem de Lalain cum filio Simone 1158. quo iterum Simon natus est, pater Colarti seu Xzeolat, Simonis, Odonis & Guilelmi. Nicolai mentio fit 1281. & ei filius datur Orho Dn. de Lalain, qui ex Isabella Sarapontana genuit Simonem magnum Bailivum Hannoniæ, qui 1386. decessit. Ab uxore Mathilde Aspermontra dicitur obtinuisse Dominium de Quicuvrain. Eo geniti Nicolaus & Simon Dn. de Quicuvrain: quo & Joannes de Raux Dn. d'Escausinis natus Simon, hoc alius Simon, pater Marie, quæ marito Joh. de Crey, Comiti de Chimay linea hereditatem attulit. Nicolaus seu Colomanus Dn. de Lalain genuit præter Joannem Dominum de Leslain Othonem magnum Hannoniæ bailivum 1200. quo nati Guilelmus, Sacerus Dn. d'Operbaix & Simon, Guilelmus magnus bailivus Hannoniæ & Gubernator Hollandiæ genuit Iacobum Eq. A. T. gestis celebrem, Philippum, Antonium & Joannem propagatorem stemmatis, qui Lalanium agnato Jodoco vendidit, & filium habuit Artum Dn. de Bugnicourt, patrem Pontii etiam Equitis aurei Velleris, sed ætatis. Simon Guilelmi frater Dn. de Montigny Eq. A. T. 1487. petuit post multas pro Burgundis pugnas editas, pater Jodoci ex emtione à patrueli Lalani Dominus & Eq. A. V. atque Gubernatoris Hollandiæ, quo & Bona de la Vieuville Dn. de Sains nati Antonius primus Comes Hochstrata ex Caroli V. beneficio ab uxore Elisabetha

Culen-

Calenburgia, & eo major *Carolus primus* 1522. *Lalani* Comes, & Eq. A. V. creatus Hunc patrem habuere *Carolus* & *Philippus* duarum linearum capita: Ille *Comes Lalani, Baro d'Esbornax*, Gubernator Hollandiæ, reliquit *Philippum Lalani Comitem*, Magnum Ballivum Hannoniæ, patrem *Margaretæ Comitissæ de Lalani & Evensij d'Esbornax*, à qua illa habuit maritum *Florentius Comes de Berllymont*, atque *Philbertum* Lioæ *Emanuellem B. de Montigny*. Altera linea cepit à *Philippo* Eq. A. V. & Geldriæ Gubernatore, quem patruus *Hochstrata* Comitem interpreti, huc genuit *Georgium C. Rennebergum*, & *Antonium C. Hochstrata* Eq. A. V. Bar. Borsela, patrem *Guiljelmi C. de Hochstrata* & *de Renneberg*, quonatus *Antonius*, cui ab uxore *Margaretæ Berllymontiæ* etiam comitatus avitus *Lalanus* oblati, sed liberis non susceptis alio iterum delapsus est, *Philippi Hermanni Baronis de Nivelles*, & *Caroli*, qui fratris filio successit *Comes Hochstrata & Rennebergi* Eq. Aurei Velleris, genuitque *Albertum Franciscum C. Hochstrata*, & *Petrum Iacobum Procopium Com. Rennebergi*, quorum illo natus est *Franciscus Paulus* Comes & uxor *Caroli Florentini Rhingravii*.

§. 11. Scutum hujus familiar est, juxta *Chifflet. in insign. Eq. A. V.* (qua dignitate duodecim hujus gentis elatuere) *coccineum*, in quo vituntur *deni rhombi continentes argentei, terni ternis ductibus descripti, ac decimo in media sede pedis scutari collocati*. Apex. Eius insitit *galea aurea coronata redimita*, cujus apex est *caput aquilinum aureum, rostro argenteo, lingua & oculis coccineis in medio tripteromatis* (au milieu d'un vol de trois rangs) *argentei*. Pennæ autem seu laciniæ volitantes sunt *cocco & argenteo pictæ*.

§. 111. Hæc tessera genti communis est: ea vero sine *discerniculo* usi sunt apud *Chiffletium* inter equites aurei velleris *Iacobus Dn. de Bugnicourt*, n. 51. *Carolus Dn. de Lalani*, n. 117. ejus filius *Carolus*, num. 179. *Pontus Dn. de Bugnicourt*, n. 199. *Emanuel Dn. de Renty*, n. 275. *Antonius C. Hochstrata*, n. 326. & ejus filius *Carolus Com. Hochstrata*, num. 344. *Discerniculum* addidere ex secundogenita linea, & quidem *leunculum coccineum* primo rhombo scutario impressum, *Simon Dn. de Hantes* n. 26. ejus filius *Jodocus Dn. de Montigny*, n. 80. hujus iterum filius *Antonius Dn. de Montigny*, n. 135. *Caroli II filius Philippus C. Hochstrata*, nempe vivo adhuc patre, n. 203. *Antonius C. Hochstrata*, n. 238.

§. 1v. Tituli Carolo ascribuntur: *Comes de Hochstraten, de Renneberg, Baro de Hachicourt, de Leuse, de Borsela, Dn. de Wim, Fribus, Eckeren, Borch, Goortresson*; *Chifflet* ei etiam *Com. Horni* titulum addit. Quod *Hochstrata* attinet, *Elisabetha* filia *Joannis de Buren Dn. Hochstrata* ex *Eleonora Borsela* nupit *Gerhardo Dn. de Culenburg*, & ei attulit *Buram, Borseliam, Zulam, S. Martensack, Szzyck & Dondal*: ejus filius *Caspar Dn. Culenburgi*, avunculo etiam iucellit, quo nata *Elisabetha*, quæ *Hochstrata* marito *Antonio Lalano* attulit, cujus primus creatus est *Comes*, quam dignitatem dein fratris filio transcriptit. *Renneberg* habuit *Philippus Hochstrata* Comes ab uxore *Anna f. Guiljeliu Com. de Renneberg. Horni* titulum puto esse à *Caroli* matre *Eleonora Montmorencia t. Iosephi Dn. de Nivelles*, cujus frater fuit *Florentius Comes de Horn*, qui *Domnum Leuic* emit, & amissis filis hanc forem heredem habuisse videtur.

CAPUT L.
Lannoi Princ. Sulmonæ, &c.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Familia. Lannoy opidum seu Anetum.</i> | <i>lembaix & Solre. De la Motterie & Orge-</i> |
| 2. <i>Origo. Deductio. Lineæ. Carolus Lannois</i> | <i>mons.</i> |
| <i>Prorex Neapolis. Sulmonæ Duces.</i> | 4. <i>Scutum.</i> |
| 3. <i>Lineæ de Willersal & Rollancourt. De Mo-</i> | 5. <i>Discernicula minorum natu.</i> |
| | 6. <i>Discernicula ex quadria novis adjctis.</i> |

§. I.

L Annojorum Illustrissimam stirpem ex *Ponto Heustero* Theatto suo inseruit *Theron* Est illud *Henninges T. 3. P. 2. pag. 399. 400. 401.* Nec non *Joh. le Carpentier l'H. d. du Camb.* Lannoy opidum f. Alacetum. *P. 3. p. 718. seq.* ubi notat, nomen esse ab opido *Lannoy*, quod bihorio ab *Intulis* distat.

& in vetustis chartis appellatur *L'anneo*, *L'annoe*, uno etiam *L'Anbrui*, & *L'Anley*, unde *I. Meyerus* vocat sæpius *Anetum*, & tamiam *Anetnam*.

§. II. Carpentierum primum invenit *Hugonem de Lannois* inter equites in *Luc*, Anchinis (d'Anchin) n. 96. *Gilbertum* n. 71. *Hugonem Dn. de Lannoy* seu *Lannais* n. 18. patrem ex *Richilde de Sainghin Hugonis Jacomarti & Joannis* Canonici. Heuterus incipit ab *Hugone Domino de Lannoy & de Lys*, pagus is est prope *Lannoy* qui uxorem habuit *Margaretam Dn. de Mangoval* seu *Mangoral* in Artoena. His nati *Robertus & Anais*, *Hugo Dn. de Lannois de Mangoval & de Lys*, atque *Guibertus Dn. de Santes & de Beaumont*, à quibus ducit lineæ. *Hugo* pater *Joannis* fuit, avus *Joannis Dn. de Lannoy* Eq. A. V. tantum filiarum patris, & *Antoni Dn. de Mangoval* Magni Mag. aule Imperialis; hoc *Joannes* natus est *Domnus de Mangoval*, de *Rieulay*, d' *Iwy*, pater *Johannis Dn. de Mangoval & d' Audregmes*, (quo natus *Nicelus*, qui filium reliquit *Bonam*, *Philippi de S. Aldegonde Dn. de Noircarmes* uxorem,) atque ex alia uxore magni bellici Ducis *Caroli Lannois Dn. de Senzelles Eq. A. V.* Hic gentis suæ primarium fidus Gubernator fuit *Tornacensis*, inde prorex *Neapolis* 1321. & *Ca. Entre-mont*, tum Imperator exercitus *Cæsarei* adversus *Francicum* regem, quem ad *Ticinum* cepit: *Donatus* etiam à grato *Cæsare* Principatu *Salmontensi & Com. Astæ* in regno *Neapolitano*, nec non *Com. de la Roche* in *Ardenna*; deinnum mortuus 1327. relictus filius *Philippo* Princ. *Sulmonæ*, Eq. A. V. atque *Ierdinando*; *Philippo* iterum natus est *Carolus Sulmonæ* Princeps, Eq. A. V. quo sorte natus *Horatius Prince. Sulmonæ*, qui masculos clausisse videtur, cum *Sulmonam* demerere videam in titulis *Johannis Eupristæ Koryhesti*, qui nescio matrimonii an alio titulo Principatum hunc obtinuerit.

§. III. *Guibertus Dn. de Santes & de Beaumont*, alterius lineæ caput, ex *Catharina de S. Aubin Dn. de Molenbax* genuit *Hugonem Eq. A. V. Guibertum*, *Baldunium*, *Gesselinum* & *Joannem*. Ex quibus secundus, tertius & quintus lineas novas dederit. *Guibertus Dn. de Villerval & Tronchiennes* Eq. A. V. pater fuit *Philippi Dn. de Villerval & Petri Dn. du Fresnoy*, quo *Fredericus*, hoc non nisi filii nate. *Philippus Dn. de Villerval*, de *Santes*, de *Tronchiennes*, ex *Maria* de *Chastillon Dn. de Danjuette*, de *Sempuis*, de *Rollancourt*, reliquit ante alios *Philippum Dn. de Santes & B. de Rollancourt* Eq. A. V. qui 1335. decessit, & ex conjugè *Bona* agnata *Dn. de Lannoy & de Sebourg* suscepit *Hugonem*, sed ante se 1327. extinctum vidit, patrem *Francisæ heredis de Lannoy*, de *Rollancourt*, de *Wabagnies*, quæ *Maximiliano* *Emmondano C. Buræ* omnia illa attulit. *Baldunius* tertius *Guiberti* filius cognomento *Babus Dn. de Molenbax & Eq. A. V.* fuit, pater ex *Adrina de Berlemont*, *Dn. de Solre le Chasteau*, *Baldunium* iterum Eq. A. V. & magni aule Magni Archiducis *Austriæ Philippi*, qui ex *Michaelide d'Enne Dn. de Cauroy & de Beauvoir* reliquit *Philippum Dn. de Molenbax*, de *Solre le Chasteau*, de *Cauroy*, Eq. A. V. patrem *Joannis*, quo nata *Maria* heres de *Molenbax & de Solre*, quæ tamen ex *Johanne M. Bergarum* super *Scaldim* nullos suscepit liberos, *Baldunium Dn. de Turcoing* Eq. A. V. (quo alius *Philippus* natus; *Philippi Dn. de Beauvoir*, *Ludovicus*. Demum ultimus *Guiberti* filius *Joannes Dn. de la Motterie*, genuit *Joannem Dn. de Motteris & d'Orgemont*, quo nati *Robertus Dn. d'Orgemont*, cujus ex *Petro* nepotis, *Joanna Dn. d'Orgemont* nuplit *Carolo de Miraumont*, *Antoni Dn. de la Motterie*, pater *Ludovicus*, avus *Jacobi*, proavus *Claudii Com. de la Motterie*, abavus *Philippi Com. de la Motterie & Alberti B. de Charvaux*, & *Petrus Dn. de Liffan*, ex cujus majori filio *Nicolao Domini de Leslang*, ex altero *Antonio Domini de Hardipiane & de Hautpont* descendunt.

§. IV. Gentile *Lannoierum*, scutum est argenteum, ornatum tribus leucisulis prasinis, coronis & falcibus aureis, linguis coccineis. Apex est ex galea coronata caput *Monocerotis* argenteum, cornu, barba & juba aureis. Laciæ autem sunt argenteæ & virides.

§. V. Diferenciula minorum fratrum ex *Chiffetio* notare operæ pretium est, is enim ex hac gente quatuordecim auris velletis *Franctes* enumerat. Ex quibus solus *Johannes Dn. de Lannoy* scuto simplici usus est. n. 50. *Hugo Dn. de Santes*, qui equitum septimum fuit, n. 7. Institam seu limbam minutam introitus strigatum circumdedit clypeo; ejus frater *Guibertus* seu *Gullebertus Dn. de Villerval* pectoralem fasciolam trisidant

quidam ceterulam in imo scuti capite exaravit, num. 12. *Baldunus* (num. 19) cotundem fratrem *Dni. de Molembas* media scuti area inseruit scutulium argenteum zona qua duplice cartulea exaratum, quod denotat *Molembas* ex materna successione. Quod dignum notatu est, inter 23 primos ordinis equites 1429. lecos, tres hujus stirpis fratres numerari. *Baldunus Dn. de Molembas* medio scutulo inseruit parmulam *Berthomontium*, quæ sexies vario velere & minio transtervit falcata conspicitur, num. 89. quod iterum fuit maternam *de Guya. Petrus Dn. de Fresnoy* Hugonis uisus est discerniculo, num. 98. *Carolus Dn. de Senzelles* & dein *Sulmonæ Princeps* lunulam cotundem coccineam cordi pænie inseruit, n. 136. *Philippus Dn. de Santes* denuo Hugonis limbium accepit, sed pro apice usus est *heuseica lupæ capite sulco, in medio triperiti argentei* (= vol de trois rans.) n. 182. quod *Philippus* princeps *Sulmonæ* scutus est. n. 197. *Philippus Dn. de Molembas*, usus est in media area nigro scutulo cum decem rhombis continentibus argenteis in tres ordines ternis & decimo in una sede locatis, quo designatur *Eyne*, ex qua stirpe mater *Michaelis* fuerat. n. 183. *Baldunus Dn. de Turcoing* n. 233. *Berthomontium* parmulam medio scuto matris caula inseriplit, quæ sola tinctura leonum à Lannois differt, utpote qui pro viribus mimati conspiciuntur.

§. vi. Hæc discernicula omnia relinquebant scutum Lannois simplex: Alii qui tamen in quadrantes secare maluerunt scutum. Ita *Johannes Dn. de Molembas*, n. 208. usus est scuto quadriperito; In quadram primam & ultimam Lannois leonibus locatis, in secundam & tertiam *Manuelio* & *Legionensi* symbolis repositis; tertiæ vero scutulium *Philippi Boni Ducis Burgundie* imponebatur: quod iterum à Joannis matre fuit *Margareta Burgunda*, quæ patrem habuit *Baldunum Dn. de Fallais*, *Philippi Ducis Burgundie* pro naturam filium, & matrem *Mariam* f. *Joannis Manuelis* de la Cerda. Pariter *Carolus Sulmonæ Princeps* n. 247. quadriperito usus est scuto, ita ut Lannoji leones laterculum primum & quartum ornarent, secundum & tertium *columna Columniarum*, ex qua familia matrem habuerat. Idem etiam apice eo usus est, quem à *Philippo Dn. de Santes* assumptum dixi. Cum *Carolo* eadem tessera usus est, quem filium tuille credo, *Horatus Princeps*, n. 269.

Discernicula ex quadris novis additis.

CAPUT LI.

Duces Limburgi, Comites Limburgii in Styrum.

ARGUMENTUM.

1. Familia nominis affinis.
2. Comites & Duces Limburgii ex Salmensibus derivati.
3. Idem deducti ex Ardennatibus. Successio.
4. Scutum Limburgum. Falkenbwg. Luxemburg.
5. Limburgiorum ad Lanam origo.
6. Deductio.
7. Ramus Limburgius & Bruchius. Successio.
8. Ramus Styrius.
9. Scutum Comitum.
10. Limburgius comitatus. Quò delatus?

11. Bronchorstus. Lineæ. Hereditas.
12. Wischia successio.
13. Scutum boadæ num. *Wilhelmus Mauritius Nassovius*.
14. Gebmet.
15. Borckelobe. Controversia origo & historia.
16. Controversia armis acta. Compositio.
17. Fundamenta ordinum Geldria in dominium Borckeloannæ.
18. Fundamenta Limburgiorum Styriarum in idem.
19. Galeæ.
20. Tituli.

§. I.

Diximus L. i. c. 53. quatuor in imperio nostro à pluribus seculis floruisse familias, vel ejusdem vel similis (una solum & quidem in aliam ejusdem instrumenti variata litera) nominis, & ex illis *Limburgios* pincernas impetu, Franconie proceres, eaq; occasione *Limburgios* ad Lanam Dominos vidimus. Superest ut *Limburgios* nunc consideremus, tum *Comites* atq; *Duces Limburgii*, quæ civitas & una septemdecim Provinciarum Belgicorum est, tum *Comites Limburgii ad Lanam* in Westphalia, ad nomen alterius *Limburgii* à dieb; qui nunc vulgo *Styriis* nomine notiores sunt.

Familie nominis affinis.

Comites
& Duces
Limburgi
ex Sal-
mentibus
derivati.

§. II. Quod attinet *Limburgios Comites* atque *Duces*, eorum stirps longe illa-
rissima fuit. *Salmenses* eos ex sua gente arceffunt, & perhibent. *Carolus Salmensis*, cum
Otto ex *Carolinis* ultimus *Lotharingæ* Dux decessisset, ab *Henrico III* Impe-
ratore *Lotharingam* inferiorem obtinuit, præter quam deinceps etiam superio-
rem occupavit, sed a *Gotelone* iterum dejectus est. Dicitur vero *Limburgum* ar-
ceum ad *Fisam* ab *Hunni* vastatam restaurasse, cui filius *Vitalianus* (al. *Henricus*) ti-
tulum *Comitatus* ab *Henrico III* obtinuerit. Filius *Henricus* ab Imperatore *Henri-
co IV* Principatu inferioris *Lotharingæ* donatus est, sed iterum ab *Henrico V* ex-
tus: Hic tamen *Ducali* axiomate *Limburgum* exornavit. Huic aliqui filium dant:
Henricum Lustantem factorem, cuius tamen ex *Burgundia* *Ducibus* deductio ex
historicis documentis jam inter doctos pene indubitata habetur. Certius tamen est,
quod ille *Henricus* primus *Limburgi Dux Vitalianum* genuerit reliquorum *Ducum*
Limburgensium, tum *Comitum* atque deinceps *Ducum Lucenburgiorum*, stirps in va-
riosis ramos, in quibus *Imperatores* & *Reges* leguntur, distinctæ, & demum, qui adhuc
superant, *Salmensium Reifferscheidtorum* *Comitum* profatorum.

Idem de-
ductæ
Ardenna-
tibus.

§. III. Alii rerum *Genealogicarum* peritissimi *Salmensium* nulla facta men-
tione, *Limburgentium* originem referunt ad *Gisbertum* aliquem, *Comitem At-
suaris*, qui *Frimengundam* *Lotharii Imperatoris* filiam capuerit, & ex *Razimero* altero
filio *Duces Harbaxia*, *Comites Hannonia* & *Lozanit*, quorum hi *Brabantiorum* *Du-
cum* & *Histis Landgravorum* autores, severit, alterum filium habuerit *Ricunum* *Co-
mitem Ardennæ*, patrem *Ottonis Ducis Lotharingæ* (à quo alii *Duces* & *Barri* *Comi-
tes*) atque *Ricuni II*, cuius nepos *Sigfridus Lucenburgii Comes* fuit. Hujus nepos con-
stituitur *Theodoricus Limburgii Dominus*, pater & avus *Henricorum* primorum *Comitis*
& *Ducis Limburgii*, quorum hoc *Vitalianus*, ex altera *Ermefinda* *Com. Namurenti*
& *Lucenburgica Henricus Lucenburgii Comes*, ex quo *Imperatores*, *Reges Bohemæ* &
Ungariæ, *Electores Brandenburgii*, *Duces* & *Comites Lucenburgii*, & multi illustres
varii titulis in *Francia* & *Belgio* tami. *Henricus* vero istius frater major, *Limburgii*
Dux Vitalianus genuit *Limburgii Ducem*, atque *Adolphum* materno jure *Montium*
Comitem: illius filia *Reinoldo* *Com. Geldriæ* nupta ante patrem excessit, unde pa-
truo successit ex *Adolpho* nepos *Adolphus*, qui 1282. quamvis contra propinquorum
sententiam *Limburgium Ducatum* *Brabantino Duci* *Joanni* vendidit: ex quo com-
munes cum *Brabantia* *Duces* non ex una familia habuit.

Successio.

Scutum
Limbur-
gum.

Valeken-
burg.
Lucem-
burg.

§. IV. *Limburgii* hujus *Ducatus* clypeus est argenteus referens leonem rubrum,
corona & falculis aureis, lingua corulea, cauda bifida in decussum trajecta. Ita *Chifflet*.
Inf. Eq. A. V. in primo cap. *Philippo* bono. Idem & sequa fuisse credo lineatum ex
postgentis. Certe *Valekenburg* c. 8. n. 4. in *Brederodio* scuto vidimus similem leone, ni-
si quod corona non additur, notari. Quod etiam *Lucenburgiam* gentem attinet, si-
mile plane scutum illi assignat *Chifflet*. in eq. 10. Unde similem leonem *Dux* *Lucen-
burgii* ex *Memorantis* in *Gallia* nunc quoque gerit. *Lucenburgia* tamen provincie
dud *Brianvill. seu d'arm.* p. 15. scutum quinque tantis argenteis & cyaneis transverſe ſa-
ſciatum, incumbente illis leone illo *Limburgio* coccineo coronato. Quæ tenax ſcuti
forte alicujus fuere discernimentum, quod dem ducatu hæsit.

Limbur-
giorum ad
Lanam
origo.

§. V. Sed tranſeamus ad alteram familiam *Limburgiorum ad Lanam*, qui de
Styrum cognominantur. Horum ortus est à *Friderico C. Iſenburgo*, & ita patet illum ex
Comitibus Montium atque *Athenaci*: *Friderici* enim pater vel ex filio *Arnoldo* avus
Eberhardus fuit, ad quem castra *Lippe, Nienberg & Iſenburg ad Ruram* spectarunt, cum
Fridericus vel frater vel major vel filius *Eberhardi Athenam* tenuisset ex paterna he-
reditate, factor totius Illustrissimæ *Marcanae* familiae, ex quibus deinceps *Duces* *Christi*
orti sunt (vide c. 46. num. 6. 7.) patrum memoria evincti, quorum iusti agnati sunt
moderni *Limburgii Styrum*, de quibus nunc sermo est. Verum deductio majorum ali-
bi altius repetita est.

Deductio.

§. VI. *Friderico* illo *Iſenburgo* & *Margareta Limburgia* (quam tamen alii non
uxorem sed matrem *Friderici* faciunt,) nati erant *Theodoricus* & *Fridericus* filii, atque
tres filia, qui paterna calamitate oppressi subsidium habuerunt in avunculo *Henrico*, *Lim-
burgensi* *Duce*, qui orphanorum protector & quasi tutor novum illis castrum ad *Lan-
nam* seu *Lucum* *Westaliæ* construxit, quod paterna castra diruta essent, idque a suo
nomine

nomine *Limburgum* seu *Hohen Limburg* seu *Nien Limberch* apud Hamelmann. dixit: unde abolita rosa, quæ prius gentilis fuerat teileta, *leone* etiam *Limburgio* uti cepere. Itaque *Theodoricus* primus *Comes de Limburg* dictus est. Cum vero adolevisset, avunculi & confanguineorum auxilio partem ditionum ab agnato *Adolpho C. Marcano* occupatarum recepit; demum transactio 1243. instituta est. *Theodorici* hujus tanquam novi auctoris, à quo gens hæc ortum repetit, Genealogiam videre est apud *Vern. Tschennsch.* annal. Jul. Cliv. & Mont. P. 2. p. 452. Nos solum ob divisiones linearum quædam delibamus. *Theodorico* ergo natus est præter *Fridericum* alius *Theodoricus*, hoc *Henricus*, pater *Gerhardi* atque *Ludovici a ruidor*, & *Ioannes* duarum linearum communis pater. Aliquanto aliter manuscripta quam vidi genealogia habet: in qua *Theodorico* II. filii dantur *Eberhardus*, *Theodorus* & *Henricus* (qui cum fratre *Eberhardo* simul vixere 1308.) *Eberhardus* autem pater fuit *Theodorici* III. qui à 1308. ad 1364. ditionibus præfuerit, & filium habuerit *Theodoricum*, & quidem ante parentem decesserit, sed communis pater fuerit duarum linearum.

§. VII. Duas illas lineas dicere possis *Limburgiam* & *Styrumiam*, & descendunt Ramus Limburgus & Bruchius istæ à fratribus duobus *Theodorico* atque *Joanne* (1. *Theodoricus* seu *Ioannes* pater illorum fuerit, ut modo diversæ sententias tetulimus.) Erat vero alius etiam horum frater *Eberhardus C. Limburgus*, *Dominus in Hirtenberg*, sed de ejus posteritate nihil lego. Cæterum *Theodoricus* alterius lineæ autor avo 1364. successit, & *Lucardam* heredem *Bruchi* seu *Dominii Troich* uxorem habuit, & adhuc 1398. in vivis fuit. *Tschennschæbers* autem hunc *Theodoricum* *Bruchie* maritum, non facit fratrem *Joannis*, sed filium alterius *Theodorici*, qui *Joannis* frater fuisset, & *Comitis* Sæmæ. Quicquid ejus sit, Successio *Theodorico* & *Lucarde* nati sunt *Wilhelmus* atque *Theodoricus*: Ille *Comitatum Limburgium* & *dimidiam dynastiam Bruchiam*, atque in eo castris superius domicilium habuit, uxorem vero nactus est *Mezam* seu *Mecheildem S. Anna-Reserfcheidam, Beclurte* & *Hackenbruch* heredem. His quidem genitruerant parentibus *Eberhardus* & *Wilhelmus* sed præmature fato, cum *Joanni* *Duci Clivie* militarent 1468. eecidere: unde parentibus (non tres, ut *Hamelmann. de famil. mort. L. 1. p. 50.* tradit, quatum dux totidem comitibus de *Neuenar*, cum dote altera *Comitatus Limburgii*, altera *Dominii de Eetbar*, tertia *Comiti de Falekenstein* & *Oberstein* cum dote *Troichi* *Dominii* elocatae sint, sed) una superfuit filia *Margareta*, quæ marito *Gumberto C. Neuenarie Limburgum, Bruchium, Beclur* & *Hackenbroch* attulit, quæ tamen postiora materna *Donnia ad Sulmenles* tractata sunt ex præterito jure feudorum *Colonienfium*: *Limburgo* etiam dejecte *Gumbertum* *Margarete* patruelas. Quod vero *Theodoricum* *Wilhelmi* fratrem attinet, is in divisione 1412. obtinuerat arcem *Vitchozen*, præfecturam *Rellinghausen*, *dimidiam dynastiam Bruch*, & in ea interius castrum. Hic pater fuit *Wilhelmus, Henrici* & *Theodorici*, qui 1459. vi *Gumbertum* *Neuenarium*, qui 1342. de eo comitatu à *Fridrico II.* investitustuerat, maritum patruelis suæ arcis & comitatu *Limburgi* expulere. Demum *Wilhelmus* genuit *Joannem* atque *Mariam* uxorem *Sebastiani Com. Saynensis*. Cum vero *Ioannes* ex *Elisabetha* *Neuenaria* uxore sua prolem non sustulisset, contra pacta familie, ut allegabant agnati, *Limburgium* atque *dimidium Bruchi* transfuit in *Irmgardem Saynensem* atque ejus maritum *Wilhelmum Comitem Falekensteinium*.

§. VIII. Illa *Theodorici* linea fuit, quæ defecit, & ditiones suas aliorum quam Ramus Styrumius ad agnatos delabi maluit: Quod fratrem ejus *Joannem* attinet, *Styrumia* lineæ auctorem, hic *Theodorici* pater fuit, ille *Eberhardi*, quo iterum natus *Wilhelmus C. Limburgi*, pater *Adolfi*, quo genitus *Georgius*, hoc & *Irmgardis VVilhelmi* à *Hermannus Georgius*, pater *Georgii, Iodoci, Joannis* & *Ericæ*, quorum hi *Ecclésiasticæ*, *Iodocus* ex *Maria* *Schaumburgia* genuit inter alios *Hermannum Ottonem, Georgium Ernestum* & *Bernardum Albertum*. *Georgii Ernesti* filia *Maria Magdalena* *Henrico* *Principi Nijfuri* 1646. nupta & 1653. extinctæ parentis hereditatem marito atque ita *Nassovia* stirpi intulit, ob quod filius *Wilhelmus Mauritius* princeps insignia *Limburgensia* suo iterum medio loco inseruit. *Hermannii Ottonis* filii fuere *Otto*, qui ex *Elisabetha Carolina* *Dhonana* filios genuit, *Adolphus* (quo & *Isabella* *Alexandri C. de Vehlen* filia nati, qui adhuc superant, *Hermannus Otto*, & *Maximilianus Wilhelmus Ego*) & *Mauritius* qui ex *Bernardina* patruifilia filios suscepit.

Scutum
Comitum.

§. IX. Quod atinet ad scutum gentile, illud in *Sibmach. Wapenb.* P. 1. p. 17. pingitur quadripartitum, primo & quarto laterculo argenteo cum leone rubeo, secundo & tertio rubeo cum leone coronato argenteo. toti incumbente alia parmula aurea cum duobus leonibus graecis. Huic scuto imponuntur tres galax coronate: prior sustinens caudam pavoninam, ante quam leo *Limburgus* rubicus exurgit; ex secundo protenduntur *Vischus apex*; duo equini pedes, alter minor, alter aut tinctus: ex tertia prominent pedes duo urini. Chifflet. vocat leoninos, & eos argenteo tingit) nigri singulos globos argenteos (Chifflet. coccineos dicit) unguibus strigentes. Lacrimae omnes coccio rubent, circa mediam auro, circa reliquas leuori metallo reflexae.

Limburgus
Comitatus.

§. X. In scuto hoc *leo rubicus Limburgus* est, ut §. 4. vidimus, rationem autem, cur haec familia eo utatur, §. 6. exprellimus. Ceterum qua ratione Comitatus ille ad alios ex stirpe hac translatus sit, §. 7. cepimus dicere: quibus addendum, inter Neuenarios & Falckensteinios, cum Amena Falckensteina Gumberto Neuenario Comiti nupsisset, intransactum esse, ut *Limburgum* penes *Neuenarios* esset, *Bronchorstium* autem totum Dominium in Falckensteiniorum potestate maneret. Gumberti filius *Adolphus* etiam *comes* fuit, unde sororis eius Magdalene connubio *Arnoldus Comes Bentheimus* Domino seculi consentiente Limburgum adiit. Hac causa non tantum Neuenaria in scuto suo hoc leone utuntur, verum etiam Falckensteinii Comites, quod alibi vidimus. Linea vero *Syrinna*, haec exors aviti Comitatus, gentilem hanc telleram in parma suavitidem servat. Ceterum quia comitatus ad alios translatus est, huic lineae haecenus inter ordines imperii in comitiis locus non fuit, nullo tamen Illustrissimi profapiae praedictio.

Quo delatus?

Bronchorstii.

§. XI. *Leo argenteus, corona, lingua & falculis aureis, cauda bifida & in decussis trajecta*, in arca *rubra*, quod *Wapen* diximus esse laterculi secundi & tertii, vocat *Bronchorstios* Comites (vide Chifflet. inf. A. V. num. 372.) Ceterum *Bronchorstiorum* gentem alibi nonnihil consideravimus. Ea in *Wilhelmi* Comitis *Bronchorstii* filii *Gisberto* atque *Theodorici* circa seculi decimi quarti finem in duas stirpes distincta est. *A Theodorico Du. de Batenburg* iterum tres rami sunt, *Anhaltinorum Dominorum* & dein *Comitum*, quorum masculi detecete, *Batenburgiorum* Baronum, & *Gronsfeldtorum* Comitum, qui omnes extinctis *Bronchorstii* *Comitum Bronchorstiarum* nomen assumsere. *Gisberti* autem posteritas defecit in *Isidoro* seu *Iusto* Comite 1533. cuius vidua *Maria Hojenis* ad mortem usque suam in possessione mansit. De *Jodoci* hereditate gravis erat contentio, cum praeter agnatos *Bronchorstios* successorem quaererent in primis *Dyepholstii*, *Irmgardis* Abbatisa *Essendensis*, & eius ex frater nepos *Rudolphus* Comes, quorum avia & proavia *Hedvigis* amita *Iusti* fuerat: sed vicie *Irmgardis* *Vischii* matre *Valspurgi Montana* nata, quae *Iusti* matertera fuerat, atque adeo proxima consanguinea, quae praeterea alio etiam modo ex *Gisberto II. Com. Bronchorstio* *Iusti* proavo descendet, quod credo ex avia *Margareta* *Bronchorstia* *Henrici* *Wichau* core.

Linea.

Hereditas.

Vischia
successio.

§. XII. Mediae parmulae leones notant familiam *Vischiam*, cuius heres *Irmgardis* filia *Henrici*, soror *Ioachimi* improlis & vidua *Schiffardi* *Merodii* *Georgio* *Limburgio* marito dotalitiam attulit successorem, ac prima hujus rami atteritas facultates iterum etexit. Per eandem etiam jus successione *Bronchorstia* obtigisse modo vidimus.

Scutum
hodiernum.

§. XIII. Haec est designatio scuti, quod apud *Sibmacherum* extat: Hodierno tempore paulo alia est dispositio: ut videlicet clypei quadripartiti primam argenteam arcem occupet *Limburgus leo rubicus, coronatus auro*, (unde quod *Sibmacherus* n. 9. coronam omisit, *Wapen* fuit) linguam *caeruleam* protendens: secundam *leo Bronchorstius*; tertiam *leones Vischii*: quartam rubeam orient *tres vitelli crecerii* *numi Byzantini aurei*, notandae dynastiae *Borculo* seu *Borchelohae*. Huic scuto majori imponitur parmula media *Gelmensis*, videlicet argentea inscripta *fascia rubra* palis *tribus aureis* exarata. Quae dispositio etiam est medi scutuli, quod parmæ gentili *Celsifimus* *Wilhelmus* *Mauritius* *Nalovius* ob maternam hereditatem (vid. §. 8.) inseruit, excepta parmula *Gelmensi*.

Wilhelmus
Mauritius
Nalovius

§. xiv. Quod Dominium *Gehmen* attinet, eius L. i. c. 86. n. 4. mentio facta est, ^{Gehmen} quaratione ad Schauenburgios sic delatum: cum autem familia tota extingueretur, dynastia hæc feminarum successione capax ad Limburgios hos delata est, utpote descendentes ex Maria, Ottonis filia, Ernesti Principis forore, Jodoci Limburgii conjugis.

§. xv. Quod dynastiam *Borekeloe* attinet, pluribus de ea agendum, quod nostra etiam memoria non licium solum, sed & belli fuerit materia. Cæterum ea alio- ^{Bord. clo-} dialis prius natura, que post mortem ultimi Domini *Gerhardi* 1385. ad *Bronchorstios* ^{he, Contro-} per istius filiam delapsa, atque adeo utriusque sexui idonea erat, 1406. à *Gisberto Com. Bronchorstio* voluntarie *Episcopo Monasteriensis* oblata, & ab hoc investitura concessa est, ut releveret ab Episcopo & Diœcesi Monasteriensis. Quæ eadem investitura contigit filio *Ottoni* 1420. & nepoti *Gisberto* 1477. huiusque fratri *Friderico* 1490. *Friderico* successit filius *Jodocus seu Iustus*, quo sine liberis 1553. moriente, (ut tamen vidua Maria usufructum ad mortem usque 1579. retineret) his exorta est: quod Monasteriensis vacuum feudum, de quo in Camera item intendebat, sibi vindicaret, ex altera parte *Limburgo-Styranis* hereditatem sibi assereret; Demum *Geldria provincia* de superioritate Domini & foro, ubi dijudicanda esset controversia, Episcopo se opponeret. Episcopus equidem citatus à Limburgiis coram *Geldrica curia* comparuit per procuratorem, contestans causam coram ea agi non posse, quia Dominium ad Monasteriensis spectaret diœcesim. Ob hoc tutor *Geldriae* ad servandum jus provincie se jungit Limburgiis, & cum ipsa istorum confessione probasset, Dominium non in diœcesi esse, alteram exceptionem, quod dynastia immediate subisset imperio, aliis argumentis elidere conatus est. Hisce opponeretur actus homagii & iurisdictionis post 1579. ex jure consolidationis utrius & directi Domini. Cum causa initio voce acta fuisset, ex sententia curie 1612. scriptis agi caput, & 1613. procuratores utriusque partis renunciantes ulterioribus proactionibus concludere causam, ut in curia *Geldrica* jus diceretur. Cum dicta esset sententia 1613. Monasteriensis querelas ad *Status Generales* devolvunt, ut hi a Continuis *Geldriae* peterent informationem & negotii rationes. Ob hoc *Geldri*, licet rationem sententiarum ulli dare non tenerentur, deputant ex suo ordine aliquos, & sententiam in præsentia Monasteriensium, eorum objectionibus depulsi, iustificare conantur: & deinceps in causa pergentes, cum Episcopi Procurator procuratori suæ renunciasset, nec alius ageret ejus nomine, sed potius ille mandatis *Camerae Spirænsis* Comitum ad omittendam in curia *Geldriae* litem urgere vellet, processum contumaciter intruunt, atque 1615. 22. Decembris Episcopum ad restitutionem Domini, fructuum, damnorum & impensarum damnant. Hæc summa 1622. 3. Maii taxata 523995. florenis. Sententia indicata Episcopo, sed quæ ab Ordinibus proponebantur ad transactionem amicam, ut Comiti & posteris feudum nomine diœcesis secundum formam antiquam iterum concederetur, & Ordinibus liquidatio æqua fructuum atque damnorum permitteretur, carere successu. Executio vero in præsentia Comitum ulianorum a curia Provinciali deputatorum peracta, quoad restitutionem Limburgi in Dominium. Summam vero eidem adjudicatam Episcopus solvere aut agnoscere sententiam iterum obtentis *Camerae* mandatis renuebat. Unde postea decreto Ordinum generalium 1631. & *Geldrorum* 1640. ut manu forti executio institueretur ad Comitum Limburgii satisfactionem, e bonis Episcopi in Ducatu sitis, cum collatio 1640. de compositione frustra fuisset, & non alia bona adessent, e quibus sententiae satisfieri posset, præter solum directum Dominium de *Borculo*, 1641. Episcopus à possessione prædicti Domini rejectus est, & Limburgensis admissus: mox iura & præsentiones Monasteriensis 1642. 23. Mart. hæc subjectæ, atque adjudicatæ plus offerenti. Is tunc *Contractus Hous Reseris*, qui 32000. taler. obtulerat, quæ à summa debita ob hoc auterenda sint. Cum vero redemptionis tempus in *Geldria* inter peregrinos sex annis definitum sit, id expiravit 1648. Residuum vero cum usuris, quod a tempore rei iudicatæ conficiat circiter auti millionem cum dimidio, non destitit amplius exigere ab Episcopo; unde ea de re etiam frustra actum in dicta Monasteriensis. Inde novo Episcopo *Christophoro Bernardo* 1653. & 1654. iteris eidem illi jus tuum & Comitum indicant, qui petrexit, ut sæpius hæcenus factum, & Comes contumaciæ accusatus erat, tanquam

tanquam in priori instantia causam deseruisset, mandatis à Camera urgere Comitem, ut Dominium per formam attentatus occupatum restitueret, & a sententiâ iudiciali ab incompetenti iudice lata desisteret: vicilim ut olim quoque aliis hinc Ordinibus monent, & jubent Comitem, ne morem gerat, aut sententiâ præjudicari præsumatur, pro fide qua illis obstrictus sit, promissâ protectione & detentione. Minantur etiam ad Cameram literæ, totius negotii seriem exponentes, & quod Comites ad sequentes deserere Ordines non possint, declarantes. Iterum 1657. apud Episcopum insisteret Ordines, ut componeretur controversia, qui tamen potius causam renovari & aliorum iudicum decisioni submitti volebat. Huic Ordines opposuere novo 1663. decreto factò. Quam actionem seriem ex scripto, cui titulus: *Deductio una retro. sentatur jus territorii, quod Geldriae competit in Dominium de Boreulo.* &c. iussu Ordinum Geldriae 1663. huic reteteri non incommodum nec lectori ingratum credidi.

Controversia atmissa.

§. xvi. Caterum sicuti controversia illa iure prius acta, ita postea atque agi cepit: cum 1665. Episcopus hanc etiam causam epistole suæ, qua rationes, ob quas arma capere necesse haberet, Ordinibus exposuit, inferebat, quod Dominium tuæ diocesis debitum vix ipsi detinerent. Cui epistole aliis literis ab Ordinibus responsum est. Episcopus vero viam Transsalamam irrupit, castellum autem *Boculorum*, postquam aliquandu restitisset, in potestatem redegit. Demum 1666. 2. April. Curia conclusæ pacis articulo 3. restitutio oppidi & castelli sancitur: articulis autem XI. ita conceptus est: *Was die herrschafft Vordeloh anbelanget / so begehren die Herren General Staaten nicht / das wegen der hereditariantz oder des directi Dominii seu unils halben durch diesen tractat etwas verändert wird / sondern es solle das ganze werck in dem stande verbleiben / in welchem es vor diesem krieg gewesen. Der Herr Bischoff aber renunciret mit consens des Capitels dem Superioritäts recht auff die besaazte herrschafft Vordeloh / und dero dependenzen und zugehorden: jedoch also / das diese renunciation der gerechtichafft des Reichs nicht præjudicire, sondern dasselbe in allem seinem wesen verbleibe: welches aber gleichwol zwischen der Röm. Kaiserl. Majest. und denen Herren Staaten anders nicht / als durch freundliche wege / oder durch einige andere mittel / wie von beyden seiten für rathsam erachtet wird / decidirt und erörtert werden soll. vid. *Theatr. Europ. Contin. X. p. 158.* Ex eo tempore aliquid actum in hac controversia non recordor.*

Compositio.

§. xvii. Subjungere visum est, quod alibi fecimus, controversiæ istius momenta. Et quidem *Episcopi Monasteriensis* pro suo iure argumenta referimus ad explanationem istius scuti: Huc referemus ante omnia *Fundamenta Ordinum Geldriae*, quibus Dominium in districtu & subiectione Geldriae esse asseverant: pro quibus allegatur: Relatio bene fundata in negotio Boreulonenti: Sunt vero ista:

Fundamentum ordinum Geldriae in Dominium Borekuloanum.

1. *Commissio Monasteriensium*, qui in ipsa actione petitoria Spira facti in defensional. posit. 36. *Dat de herrschafft Boreulo mer un stifts Münster und dessen bezirk sonderu en außserhalven desselben stifts gelegen sein.* Sed dem Monastrenses perhibuere immediate imperio subiectum.

2. Cum *Henricus Dn. de Boreulo* 1236. Ottoni Geldro venderet *Grollam*, hic Comes promisit Dominium Boreulo non pluribus inhospitationibus aut exactionibus oneratum quam pater fecisset. Itaque jus hospitacionis & collectatum habuit, quod indicium superioritatis.

3. Domini de Boreulo semper cum aliis Ordinibus presentes fuerunt *Decretis & Privilegiis* in vobis Zutaniae confirmationibus. Singulatum 1190. 1324.

4. *Gisbertus Bronchorstius Dn. de Boreulo* cum f. Guilelmo Dn. Bronchorstio 1372. & aliis Geldriae nobilibus subscripsit suspensioni armorum & securitati præstitæ adiutoribus Ducis Geldriae & Comitis Zutaniae. Sed & illo bello Gisbertus tantum æris alieni confilavit, ut 1375. cogeretur Dominium *Diefenheim* oppignorare.

5. *Otto Bronchorstius Dn. de Boreulo* & frater *Guilelmus* cum aliis Ordinibus Zutaniae, comparuere, & se obligarunt sigillo appolito in conventu 1418. ut Geldria & Zutania non separati possint. De quali comparatione vid. *Reinè. de reg. sec. & Eccl. L. I. cl. 5. c. 4. n. 98. 99. 10.*

6. *Gisbertus III.* 1469. solemniter recognovit & declaravit cum nobilitate Domini

Dominii & Magistratu opidi de Boreculo: *Patrem suum & predecessores cum suis terris, vasillis & subditis semper obsequium & obedientiam prestasse, Dnm. Principibus Ducibus Geldriae & CC. Zutaniae, velut bonos & fideles subditos facere convenit.* Unde de etiam Adolpho Duci Geldriae velut *bonum clientem* se submittit, promittens eadem & assistentiam, ac ut oppida & castella Domini semper pateant Ducibus. Nec minus ut idem posthac omnes officiales de Bronchorst, Boreculo & Lichtenvoortie observantiam horum articulojurarent. Adjecta igitur Nobilitas, Officiales, opidum.

7. *Fridericus Bronchorstius* 1505. se submittit obedientiae Philippi Regis Hispaniae tanquam Ducis Geldriae.

8. *Iustus Comes Bronchorstius*, cum ei 1589. controversia intercederet cum oppido *Grolle* de limitibus, supremi Provinciae Principis iudicium convent, nemp statuum conventum Zutaniae, non vero arbitros ab utraque parte nominari petuit, quod futurum erat, nisi Dominium Geldriae fuisset subiectum.

9. *Iustus Comes*, conquestus 1540. Carolo V. tanquam D. Geldriae Neomagi, quod fiscalis exigere voluerit contributiones ad bellum Turcicum, & alia onera imponere, contra quam praecessorum tempore, qui subditi Geldriae & ita exenti fuerint, factum sit, obtinuit à Caesare mandatum, ut fiscalis actionem omitteret. Quin & Carolus V. cum terrarum a Geldria dependentium *tabulam Geographicam* concitaret, voluit Dominium hoc interi.

10. Contribuere hi Domini, ut ab anno 1485. ex catalogis contributionum probari potest, in omnibus oneribus & exactionibus cum aliis statibus.

11. Aliqui etiam nobiles è Domino vocati fuere ad status Provinciae & Comitum unitis è tetrarchis, plurimi etiam adhibiti negotii status contra Hispanos.

12. Non ignaris Monasterientibus haecenus incolae Domini Comitatu Zutaniae suas contributiones solverunt, & solvunt.

13. Cum 1560. novi crearentur Episcopi in Belgio, *Dreventriensi* additum *Dominium Boreculo*, cum tamen Bulla Pii V. tantum loquatur de ditombus regi Hispaniae iure hereditario subiectis.

14. In *matricula* Imperii non reperitur hoc Dominium.

Obj. Homagium à subditis postquam utile & directum Dominium consolidatum, 1579. obtinuit Episcopus, & ex eo jurisdictionem donec vi deiceretur exercuit.

§. xviii. Subjungimus *Fundamenta Limburgo-Styrumis*, qui sibi Dominium utile vindicant in dynastiam.

1. *Vetus Domini natura*, cum terra fuisset initio libera & allodialis, dein feudo oblata Monasterienti Episcopatu, sed ut non periret jus feuumis, si masculi deficerent.

Except. Monasteriens. In investitura Gisberti III. diserte dicitur: *Feri feudum masculini.*

2. *Hereditas Iusti Comitis Bronchorsti & Domini in Boreculo* eius morte 1553. transfusa ad consobrinam (matertera Iusti natam.) *Irmgardum Com. Limburgiam, Dni. de Styrum & de Vifsch*, tanquam proximam consanguineam, & alias quoque à Gisberto I. primo vasallo recta linea descendente, adeoque proximam heredem. Haec ad nepotem *Iustum*, is ad filium *Hermannum Ostionem* & iterum hic ad *Ostionem* successione transiit.

Except. Masculini feudi naturam hanc hereditatem non admittit.

3. Eadem *Irmgarda*, cum pridem in possessionem admittita esset, eam adversum Rudolphum C. Diepholnam obtinuit adjudicatam. Cont. *irid. Sand. de feud. Geldh.* 3. 6. 1. §. 3.

Except. Si successio hereditaria locum habuisset, *Irmgarda* ante Diepholnum conveniebat: haec vero sententia Domini feudi nihil invidicatum.

4. Limburgii per vim 1579. dejecti, cum precibus nihil impetrassent, litem in *curia Geldriae* in casu redintegrandae possessionis intenuit. Procurator nomine Episcopi & Capituli comparet. Tandem 1613. 17. Jul. partes aderat *D. Gofwinus Steenler* Procurator Monasteriensis, ut jus dicatur consentiunt litemque concludunt.

Except. Monaster. Procurator Monasteriensis non habuit potestatem contestandi de competentia.

Resp. Limburg. Originale ostensum ipsis Monasteriensibus, & quod Procurator ille Golvinus 13 Decembr. 1613. post sententiam latam renunciaverit procuracionem & potestatem, quam preterens in negotio hoc habuerit.

§. *Sententia Geldrica* curie & adjunctorum deputatorum Hollandiæ, Ultrajecti, Frisicæ, ac terrarum Neomagentis atque Arnheimæ, 1613. 19. Novembr. Monasterienses exceptiones, cum jurisdictionis Geldricæ dominium hoc esse negarent, recessunt, & tandem processu contumaciæ instructo 1615. 20. Decembr. jubetur Limburgius restitui, & ut ei pretium tractuum perceptorum & actuarum a die invasionis 1579. una cum impensis refundatur. Quæ etiam sententia in rem iudicatam abiit, cujus validitas ubique maxima est. Unde adhuc Episcopus vigore ejus judicium 1500000. floren. Limburgus deberet.

Except. Monast. Sententia ab incompetenti iudice lata jus non dat.

Galeæ. §. xix. Galeæ quot imponantur nondum vidi: forte tamen præter tres veteres, *Gebmensis* etiam & *Borekelocensis* callides imponuntur, quorum illam in Schaumburgicis insignibus vidimus L. i. c. 86. Hanc suo scuto etiam Monasteriensis Episcopus imponit, ornata ala Boreloentes orbes continente.

Tizoli. §. xx. Tituli solennes sunt: *Comes in Limburg & Bronchorst, Dominus in Styrum, Wfisch & Borekeloc, hereditarius vexillifer (Geypanhererf) Ducatus Geldricæ & Comitatus Zutphaniæ.* Plerorumque rationes ex superioribus repeti possunt.

CAPUT LII.

De Matignon C. de Thorigny.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--------------------------|
| | 2. Scutum. |
| | 3. Longueville & Bombon. |
| 1. Familia, Lineæ. De Launay, La Mouffaye, Thorigny. | 4. Apex. |
| | 5. Tituli. |

§. I.

Familia. **F**amiliam *Gobionorum* (scu *Gorvionum*, de *Geyon*) refert *Celeb. le Laboureur* ad *Stephanum Gobionem* Dn. de la Gouiniere & de Chateaugoyon circa 1210. cui uxor fuit *Lucia f. Dionisi Dn. de Matignon*: Ei vero etiam pater assignatur *Dionysius*, avus *Stephanus*. *Stephano* nati *Alanus Dn. de Matignon* & *Ioannes*, linea autor, quæ defecit in nepte *Philippa*, uxore *Guilhelmi le Bouteller Dn. la Chetnaye*, cum dote *Dominorum des Landes & Mampertuis*. *Alano* nati *Alanus Matignorum* & *Ioannes Dn. de la Gouiniere*, à quo iterum posteritas. In *Alani* posteris aliqua intercedit differentia inter dictum *Labourerium* & de la *Cullere*, qui *Marescalli de Matignon* res descripsit. *Stephano Gobione Dn. de Matignon* nati *Bertrandus*, *Ludovicus* & *Stephanus* trium linearum auctores, ex quibus media *Dominorum de Launay* defecit: Tertia etiam titulus fuit *Dominorum de Launay Geyon*, in qua abnepoti *Stephani Guidoni* nuptis *Guilhelma f. Amalrici Dn. de la Mouffaye*, unde nepos *Amalricus Baro de la Mouffaye* fuit: eo natus *Carolus Comes de Plouer*, qui ab uxore *Claudia f. Claudii Dn. du Châtel dotti Marcæ & Pommerith* accepit, unde natus *Amalricus M. de la Mouffaye, Comes de Quirin & de Plouer*. In priori vero linea *Bertrandus Gobio Dn. de Matignon* præter *Ioannem*, autorem *Dominorum de Beucours* & aliorum, genuit *Stephanum*, hoc natus *Bertrandus*, pater *Ioannis* qui 1452. decessit *Franciscus magnus Scutaris*, pater *Bertrandi*, avus *Guidonis*, quo natus est *Iacobus*, hoc alius *Iacobus Gobio de Matignon, Com. de Thorigny Franciæ Marescallus & Normanniæ Gubernator*, gestis clarus, qui filios habuit *Odetum Com. de Thorigny*, & *Carolum* item *Comitem de Thorigny*, Principem de *Mortagne*, patrem præter *Leonorum Episcopi Lexoviensem*, *Iacobi* & *Francessi*, quorum hic *Henricum C. de Thorigny* & plures filios genuit.

Scutum. §. II. Scutum *Thorigni Comitis* est apud *Sammarth. l'est. de Fr. p. 403.* quadripartitum: in prima & quarta quadra argentea conspicitur leo rubens, auro coronatus, quæ tetlera

reſſera eſt vetus *Matignonia*: ſecunda deſert *triſtalia recta*, impendente *triſida ſim- blica argentea*, & interpolito ſcapione breviori rubeo tranſverſo, quod eſt ſymbolum *Longavilleum*: tertia *Borboma* eſt areola, iſdem ſiliis regis interponens ſcapionem ru- bream breviorum.

§. III. Quod *Longavillum* & *Borbomum* dicitur attinet: aſſumptum id eſt à Ca- Longue- ville & Bourbon.
roli uxore *Eleonora* f. *Leonori Aurelianenſis Ducis Longaville*, cujus mater fuerat *Maria Borboma Comes de S. Paul*.

§. IV. Galea coronata imponitur *leo aureus*. Duo etiam leones aurci ſcutum te- Apex.
nent; & laciniæ argento atque coeco fulgent.

§. V. Titulus Caroli fuit: *De Matignon, Comes de Thorigny, Princeps de Mortagne*, Titulus
Baro de la Roche-Tiffon & de S. Lo, Dn. de la Rochevignon, de l'Épère, de S. Celerin. Filii Titulus
vero *Franciſci: De Matignon, Comes de Thorigny, Marchio de Louray, Baro de S. Lo & de*
Guaſé, Dn. de la Rochevignon. Ex huius nepotibus *Henrici filius ſecundus Baro de Lu-*
thumiere ſalutatur. *Thorigny* allatum eſt domui coniugio *Joannis M. Scutarii Fran-*
cicæ & Margaretae f. Oliverii de Manay, Dn. de Thorigny, Rochevignon neſcio, an ab *An-*
na de Silly, quæ *Jacobi Mareſcalli* mater fuit, vel *Catharina* uxore *Franciſci de Silly*
D. de la Rochevignon derivare debeam. *Guaſé* ſeu *Gaſe* eſt ab *Eleonora Aurelianenſi*
doti allatum cum *Domino Moyon Baronia Luthumiere* eſt à *Maria Franciſca Bar. de*
la Luthumiere uxore *Henrici Com. de Thorigny*.

CAPUT LIII.

Bar. de Maxelrain seu Meichselrein, C. de Hohenwaldeck.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum. Maxelrain,

3. Areola ſecunda.

4. Hohenwaldeck.

5. Galea.

6. Hereditatis *transbergiæ* controverſia.

§. I.

Illuſtrium *Baronum de Maxelrain* ſeu *Meichſelrein* ſeu *Stexelreim* Genealogiam Ce- Familia,
leb. Encycl. Germ. T. II. p. 174. reſert ad *Americum de Maxelreim*, qui in *Judiis* eque-
ſtribus *Figurinis* 1165. comparuit, & filius *Leonardus* in *Norimbergentiſibus* anno 1198.
Juſtam vero deductionem orditur ab *Ottone* circa 1340. quo tempore adus & *Vilhelmus*
nati, hoc *Ludovicus, Vilhelmus, Joannes*: *Ludovico Sigismundo, Vitus, Georgius, Vito*
& *Margareta de Valdeck, Volfgangus Theodoricus*, hoc alius *V. Volfgangus Theodoricus,*
& *Volfgangus Vilhelmus*, a quibus diverſæ lineæ Comitum *Ratiſponſenſibus* 1654. ſub-
ſcriptiſi *Vilhelmus Comes de Hohenwaldeck, Dn. de Maxelrain, Supremus Senator*
Bavariae.

§. II. Scutum in *Sibmſch. Wapenb. P. 1. pag. 19.* quadripartitum eſt mediante Scutum.
cruce aurea pedata. Prima & quarta aurea diagonaliter diſtinguntur, inferiori regione Maxelrain
nigra, ſuperiori *argentea*, per eam labitur *ſturus, undola ſimilis ſeſione diſtinctus*, tin-
ctura oppoſita. (*ſchwarz und weiß / ſtrohnenweiß abgetheilt.*) Hanc teſeram
gentilem eſſe reor.

§. III. Secundus & tertius laterculus *niger leonem aurcum* detert, cujus ſigni- Areola ſe-
cationem non capio. cunda.

§. IV. Medium ſcutulum *argenteum* eſt, in quo apparet *avis expanſa coronata* cum Hohen-
ſuppoſita *decuſſi ſeu leonis in decuſſion diſpoſitiſi min. 1215.* An dicemus *phenicem* eſſe, ergo Waldeck.
incubantem? Ita deſignatur *dynaſtia de Hohenwaldeck*, quam *Jo. de Maxelrain, Mar-*
gareta heres & ſilia *Wolfgangi* attulit. I hanc gentem idem *huc* p. 37. ad quandam
anonymum reſert *Domnum in Valdeck, Valdenburg & Selzers*, patrem circa 150.
Azalundi, Hildebrandi, Odoverti, qui cum fratribus monaſterium *Schlierenté* condidit,
Gariovaldi, Antoni. Inde patrem, filium & nepotem *Sigismundum, Emericum, Sigis-*
mundum juniorem allegat ex *haſtiludis Rotenburgis* 942. Conſtantientibus 948.
Brunſwicenſibus 996. Juſtam ſeriem autor de novo oratur ab *Ottone* cognom. *Senore*.

Cujus atnepos fuit *F. Wolfgangus*, qui *Margaritam* genuit *Viti Maxelramii* conjugem. Porro eam *dynastiam comitatus* titulo ornata[m] vidimus.

Galeæ, r

§. v. Galeæ insistant tres coronatæ; *prima & ultima* inter singula juga complicata alarum scutatio annue distincta. exhibet exurgentem leonem aureum. *Media* sustinet triplici colli nigro insistentem *urogillum* (*anteham* / ut *Schmacher* vocat,) auro coronatum. Laciniæ adduntur circa primam argenteæ & nigre, circa secundam seu median[em] coccineæ & argenteæ, circa ultimam aureæ & atræ.

Hereditatis Fronsbergiæ controversia.

§. vi. Ob hereditatem *Fronsbergiæ* huic stirpi superiori seculo controversia fuit; nam celeberrimi bellici Imperatoris *Georgii Fronsbergii* *Im. Mundelheimii* filia, *Caspari* sotor, *Anna* *F. Wolfgangi Theodorico Maxelreimo* nuptierat, unde cum deinceps *Casparis* filius *Georgius* à *matre* decessisset, *Maxelramii* etiam ad hereditatem admitti postularunt, controversia *Schwarzzenbergiæ* & *Fuggeri* mota. Donec ad *Wolfgangi Viti Maxelramii* infantiam *Fronsbergiæ* hereditati se misceret *Maximilianus Dux Bavarie*, ex quo tempore in potestate *Bavarorum Mundelheim* manit. Conf. *Mat. Zeiler. itm. Germ. P. 2. c. 30. p. 399.*

CAPUT LIV.

Com. de Meckau.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo.
2. Deditio.

3. Scutum.
4. Apex.
5. Titulus.

§. 1.

Familia origo.

Baronum & Comitum à *Meckau* seu *Meggau* illustri familia ex *Misota* in *Austria* venit, & sub *Maximiliano* & *Ferdinando I.* *dynastiam Crenzen* ab *Hardeckis* Comitibus accepit.

Deditio.

§. 11. Familiam *G. Buccelinus* *Germ. Tom. 3. p. 132.* refert ad *Melchorem*, qui ex *Clara ab Haunspurg* genuit *Melchorem Cardinalem* & *Cisparum* *Maximiliani II. Camerarium*, quo natus *Helfridus* *Capitaneus* *Provinciæ supra Anatum*, hoc *Ferdinandus Helfridus* primus *Baro*, pater *Leonardi Helfridi* *Comitis*. Sed tota mascula progenies superioribus annis defecit.

Scutum

§. 111. Scutum rubenitres pallas (seu ventilabra dicere malis, *veru[n]tschhauffel* /) capulis brevioribus ex auro refert. *Joh. Jacob. Chifflet. insign. Lq. A. V. n. 349* ita exprimit, *scutum rubrum tribus batillis fissoris castrensis* (paelles de pionnier sans manches) *aureis manubrio carentibus impressum.*

Apex.

§. 1v. Galeæ coronatæ imponitur cauda pavonina tertianis seu lemniscis tibeis undulatis transversè ligata. Laciniæ sunt minio & auro tinctæ.

Titulus.

§. v. Titulus fuit: *Comes de Meggau, Baro de Crenzen.*

CAPUT LV.

Com. & Baron. de Molart.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. Deditio.
2. Scutum.

3. Altera avesta.
4. Apex.
5. Scutum avellus.

§. 1.

Familia origo.

Per-illustri *Molartiorum* familia, quæ *Comites* & *Barones* tulit, ex *Burgundia Comitatu* oriunda est: & ex ea *Ludovicus Gulielmus* filius superiori seculo primus in *Austriam* concessit; filius *Petrus Liber Baro* creatus est 1571. *Ferdinandi* & *Maximiliani III.* *Camerarius* & *Matthæi Archippocomus*. Hujus filii omnes in *Imperatorium* & *Archi-*

Deditio.

& Archiducum servitiis atatem egere, Duo autem linearum capita facti sunt : *Ernestus* Rudolphi II. supremus Camerarius, Continarius intimus atque aulae Vicepraefectus, & *Jacobus* aulicae Camerae praefes & Provinciae supra Anatum Capitaneus. Illius filii *Petrus Ernestus* & *Franciscus Ernestus* Comites 1652. creati sunt.

§. II. Scutum tribuit genti *Sibm. Wapenb.* P. 1. p. 26. quadripartitum. In prima & quarta quadra *carulea canis venaticus argentatus currit*, & super eum *tres iulgent stelle aureae*. Haec gentilis parma est.

§. III. Secunda & tertia atcola *carulea* inferiori parte *undis argenteis* permeata, ex quibus exsurgit *turris murata*. Hujus tellerae significationem non capio, nisi ea *Drosendorf*, quod sub Ferdinando I. acquirere, vel *Reineck* notatur, quorum in titulo mentio fit.

§. IV. Dux coronatae galeae clypeum premunt : quarum priori infidet canis venaticus cum millo coccineo: ex altera sursum protenditur brachium armatum pugionem nudum deorsum vibrans. Laciniae utrinque sunt ex cyano & argento.

§. V. Aucta dein sunt insignia, uti videre est in *Furfl. Wapenb.* P. V. pag. 9. Nam explicato scuto quadripartito (Hic tamen loco undarum turri *argenteae* subternitur solum praesens impositur in quadratarum medio parvula *aurea cum aquila nigra bicincta*, quae inter capita diadema imperiale sustinet, & pedibus enses atque sceptrum tenet. Qualis etiam novam, quae inter priores locatur media, castidem coronatam premit. *Miliscanis* (qui hic molossi speciei est) in priori galea non cocco sed auro tingitur. Quod veletiam gratiae peculiari tribuendum, vel dicendum est, in *Sibmacher*o erratum fuisse.

CAPUT LVI.

Com. Montfortii & Tubingenses.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Origo familiae. Phores ex ea stupes. | 6. Apex. |
| 2. Deductio. Linea Styria. | 7. Tituli. |
| 3. <i>Feldkirch</i> us, <i>Margareta de Pfom. enberg</i> , <i>Lineam Argem. Rotensels. Tetnang.</i> | 8. <i>Tubingenses Comites. Linea. Tubinga vendita. Luechteneck.</i> |
| 4. Linea <i>Brigantina. Styria bona.</i> | 9. <i>Brigantina succesio.</i> |
| 5. Scutum, vexillum Ecclesiasticum in pluribus scutiis. | 10. <i>Vetera bona.</i> |
| | 11. Scutum. Apex. |
| | 12. Tituli. |

§. I.

Montfortiorum, ab atce Montfort in valle Rhenana seu Rheinthal sita dictorum, & *Tubingensium* Comitum illustrissima familiam conjungimus, quia eadem utriusque perhibetur origo. *Felix Fieber* L. 1. H. 3. v. 2. eam deducit a quodam *Carione Romano* nobili, qui tempore Leonis I. Pontificis cum suis in Rhaetiam concesserit, & *Montem fortitem* condidit. *Lazius de migr. gent. L. 8. p. 439.* originem refert ad *Rodericum* Comitem Palatinum Rhaetiae altae, qui privatus à Ludovico II. Francorum & Germaniae rege multus in Rhaetia alta castris ad marginem lacus Bodinatici se contulerit, ubi alia sit mercatus, *Argum, Tetnangiam, Immaastadum, Buzum*, quibus postea adjecerint in *Algovia Rotensels, Haugensels, Libenau, Sommerau, Drauffen & Bluchach*. Ei vero tribuit fratres *Cadalochum* Comitum *Brigantiuorum* autorem, *Ausebium Rhinocensium* & *Feldkirchorum, Henricum Verdenbergiorum, & Rolandum Tubingensium* atque *Herrenbergensium*, ex quibus etiam *Etlingenses*, atores. eadem repetit *Hiltinges Thearr. T. 3. P. 1. p. 354. 355.* sed ut de *Cadaloch*o dissentiat. Nobis jam curae erunt soli Montfortii & Tubingenses.

§. II. *Roderico* qui circa 840. vixit filium ex conjectura dat *Lazius Wolfstadum*, qui à monte Verrenberg usque in Tirolum & Alproiam ditionem extendit. In posteris in primis celebris est *Fricus*, qui circa 1160. vixit, pater *Hagons, Ismaie, Wolfgangi, Wilhelmi*. Quorum hic (Megiferus vero in *L. 6. annal. Comitib. Raadolphum Ulrici* filium facit) pater sit *Henrici & Rudolphi*. Illum *Lazius* facit Praefectum *Lineae Styriae*.

Styria, Henninges Episcopum Curie sem. Rudolphus autem post primam conjugem *Helfensteiniam* potentissimum *Styriae* *Marescalci* a *Petro* rione seu a *Pettau* filiam duxit. Huic aut *Lazius* successit *Ulricus* filium, cuius filiam *Marianam* & *Wilhelmus* agnatus *Comes Montfortius* *Aggria* duxerit, iterum huius filiam *Hugonem* natus ex illis, qui ad *Bodmanicum* lacum habitabant. Addit ad sua usque tempora in *Styria* stemma unum huius nominis & generis permansisse, ex quo *Georgium* *Comitem* noverit, cuius adhuc eo tempore vixerit liberi. Sed *M. Zellerus* *Itin. Germ. P. I. p. 102.* sua arate nescit illis aliquid in *Styria* superasse. De his vero paulo post.

Veldkirchii.

§. III. Ab *Hugone* *Montfortio Ulrici* filio *Veronicae* *Rappoltinae* marito certior fere deductio est, eorum qui deinceps vixere. Et tamen in altera *Montfortiorum* *diatonos*, quam post priorem *Part. 2. T. 3. p. 55.* edidit non solum alium dat patrem, *Henricum* videlicet, avum autem *Rudolphum*, qui ab *Elisabetha* *Tubingensi* uxore *Brigantium* in gentem suam reduxit; verum etiam fratrem *Ludolfum* *Dn. in Veldkirch*, a qua linea *Dominorum* in *Tosters*, inprimis vero *Dominorum* *Veldkirchii*; quorum ultimus *Rudolphus*, qui 1390. decessit, *Veldkirchium* 1376. vendidit *Leopoldo Austriaco*. Quam quidem lineam *Veldkirchiam* etiam ex *Lazio* agnoscit *Henninges*, led tantum duobus *Rudolfis* absolutis, seniore & juniore, inter quos *Bucelinus* *Vicium* alium & *Rudolfum* *seniorem* intercipit, in *Rudolfus* ille venditor *Veldkirchii* *Rudolfi*, qui *Hugonis* frater, pronepos constituitur. *Hugone* natus *Wilhelmus*, cui *Lazius* *Henninges* & in

Margareta de Pfannenberg.

prima editione *Bucelinus* uxorem *Margaretam de Pfannenberg* trionxit, in altera vero deductione *Bucelinus* filio *Wilhelmo* juniore conjugem adhibebit *Esperanciam* *Com. de Pettau*, & huius filio *Hugoni* *Margaretam* *Com. de Pfannenberg*. Si conterasius, que §. superiori ex *Lazio* audivimus, & liceat indulgere conjecturis, hanc *Margaretam* *Com. de Pfannenberg* eandem credo, quam iste *Ioannis* ex *Montfortis* in *Styria* ultimi filiam dicit, malleque *Wilhelmus* nuptiam, & eandem eile cum ea, quam *Bucelinus* *Vesulam de Pettau* vocat; quem vero *Lazius* *Uem* *Wilhelmi* generum ex alia linea facit *Hugonem*, ipsum esse existimo, qui *Bucelino* filius, id quod probabilis. Sed nemini conjecturas obrudo. Id vero certum est, in duobus fratribus *Wilhelmo* & *Henrico*, *Wilhelmi* senioris filii duas lineas ortas esse: cum ab illo *Brigantium* reliqui descendierint, ad quos etiam *Pfannenberga* & *Peckha* *Dominia Styriae* spectarunt; ab hoc reliqui, ad quos *Tetnang*, *Rotensfels*, *Schar*, *Langenargen* & alia. *Henrico* natus *Wilhelmus* & hoc *Hugo*, *Ulricus* & *Henricus*, à quibus iterum linea in *Argen*, in *Tetnang*, in *Rotensfels*, hac in neptibus descendit, ista itidem in neptibus, illa vero *Hugonis* in pronepos *Ulrici*, qui 1374. *Tetnangensem* ramum, quod mares atinet, inivit, filibus *Magdalena* sponsa *Georgii* agnati, quae ante nuptias 1378. & *Barbara* *Antoni* *Fuggen* uxore, quae 1399. extincte sunt. Bona huius lineae aliqua familia deinceps alienata: sicuti *Rotensfels* & *Stauffen* *Karni* *regibus* vendita sunt, *Vassferburg* ad *Fuggen* per venit: unde his etiam pars onerum, quae Imperio debent *Montforti*, assignata.

Lineae in Argen Rotensfels.

Tetnang.

Lineae Brigantiae.

Styria bona.

§. IV. Quod *Wilhelmi* posteritatem atinet, ea hodie superest, fuit vero *Hugonis* & *Conradi* pater; *Conradi* neptis *Elisabetha* 1458. mortua, quae maritus habuerat *Conradum Nelleburgium* & *Wilhelmum Rætelanum*, *Brigantium* partem dimidiam, quae ad lineam eius spectabat, vendidit. *Hugo* alteram lineam produxit, ad quam bonam *Styria* spectabant. Eius pronepos *Hermannus* praeter alios genuit *Georgium* & *Hugonem*, quorum hic *Brigantium* reliquam partem 1325. vendidit. *Lazius* vero producit *Hugonem*, quem IX. vocat, & qui *Ulrici* filius fuit, *Sigismundo* *Austriacae* *Duci Veldkircham* & *Brigantiam* vendidisse 1490. Alterum *Hugonem* X. qui 1519. mortuus est, quod reliquum erat in *Dominio Brigantiae* *Ferdinando* *Austriaco* vendidisse. *Georgius* idem est, quem §. 2. *Lazius* novisse perhibet, & qui in *Styria* *Peckha* & *Mansberg* possedit. Ad eius filium *Jacobum* vel nepotem *Ioannem*, extincta *Tetnangia* linea, jus *Montforti* aviti *Comitatus* cecidit. Bona vero in *Styria* alienata esse oportet: suo enim tempore *Zellerus* testatur *Itin. Germ. T. 1. p. 302.* *Peckha* ad *Barones Eibiswaldos* spectasse. Hodie autem *Comitatus* praestitit *Joannis* nepos illustrissimus *Ioannes Comes*.

Scutum.

§. v. Diutius nos occupantur stirpis intricatioris variae lineae. Nunc scutum videamus, quod ex vetustatis more familiae simplex gerit, videlicet *argenteum* inscripto rubro *Ecclesiastico* *tor* *pinato* *vexillo*, aureo tribus annulis ex quibus suspendi debet.

Ceterum

arcem ac Dominium Lichtenneck, & in Rhatia castrum Ruckh, unde & primor. haepetunt, Comitibus videlicet de rubro vexillo Rhatiae altae, a quibus & Montfortii Comites, VVerderbergenses, Brigantini, Neldkirchenenses atque de Rheynock profecti sunt. Horum Palatinorum multae fuerunt fundationes, veluti Blaubeyren in VViffel, Echenbusen prope Tubingam, Aulhusen in valle Brentana, & Mortal ad Danubium, ubi & tumuli ipsorum videntur. Verum enim vero ad tenuem admodum fortunam, si primas ditiones respicias, tandem redacti sunt, & abdicato Palatinorum, Comitum titulo contenti manserunt. Testatur vero Lazius, eos in hanc usque diem, cum scilicet illa scriberet, coram iudicio imperii pro ditione Tubingensi cum Principibus Wirtenbergensium iure contendisse. Ob istas autem ditiones quae superant ab Austria exempti sunt 1548. Conf. *Imm. Iur. publ. T. II. add. ad 47. p. 497. 158.*

- Scutum. §. XI. Scutum Tubingenium ut Montfortiorum simplex fuit: nimirum rubrum impreso vexillo Ecclesiastico, cui crux superius additur, ex auro. Conf. num. 5.
- Apex. Apex etiam à Montfortio parum differebat. Erat enim mitra Episcopalis rubra ornamentis aureis. Laciniae tingebantur minio & auro. vid. *Sibmachi. Wapenb. P. I. pag. 14.*
- Tituli. §. XII. Tituli veteres apud Henningesum: aliquando: Comes Palatinus quem titulum Felix Fabri frustra ex eo deducit, quod quidam Comes Montfortii filiam Comitum Palatinum Rhenani uxorem habuerit, & ex hoc titulum assumerit: nam Palatinorum Comitum alibi quoque memoria est sine affinitate cum Rhenanis. Tubingae, Comes Psfullendorfi & Brigantii, Dom. in Ruck & Gernhusen: inde Beblingen & Horrenberg addita. Ulami dicebantur Comites à Tubingen, Domini in Lichtenneck. Conf. de illis *M. Zeiler. Itin. Germ. P. 2. p. 27.*

CAPUT LVII.

Com. de Nelleburg.

ARGUMENTUM.

I. Familia origo. Deductio. Ex Thenganis continuatio.

2. Scutum. Nelleburg.
3. Thengen.
4. Galea.
5. Tutuli. Hegovia.

§. I.

Familie Orig. Deductio. Ex Thenganis continuatio.

Nelleburgii olim Landgravi dicti sunt; Eos Henninges *Theatr. T. 3. P. 1. p. 299.* ad Burchardum Feringensium & Nelleburgensium Landgravium, Ducem Sveciae & el Alemanniae, refert, cuius profapia ad Feringenses solet duci. Eum vixisse oportet circa saeculi noni finem vel decimi principium. Filium dat Epponem, nepotem Eberhardum Landgravium vel Comitem Nelleburgensem, qui 1052. fundavit monasterium omnium Sanctorum Scaphusiae, unde civitatis ejus primordia, patet Adonis Archiepiscopi Trevirensis, qui obiit 1077. Echaridi Abbatis Augiae divitis, Burchardi Com. de Nelleburg, Landgravi H. 600. re & Madecceis, a quo stemma propagatum est. ut porro videre est apud diligentissimum Gavr. *Bucelinum Germ. T. 3. p. 57.* (qui rerum Ebertheldum auctorem gentis ex Agiloingis suis & Guelphis deducit.) Apud hunc Henricus Burchardo filius datur, a quo septimo gradu distat Conradus, cuius iterum apud Henningesum mentio, qui genuit Fridericum C. Nelleburgi, Landgravium Hegoviae, Episcopum Constantinensium anno 1181. quitamen denuò, quod audivit Episcopatum adeo obaratum, se dignitate abdicavit, *M. V. Saretam* (quae Henning. Sophia vel Anna) & Cunigundam Joannis Baronis Schwarzenbergi uxorem. Margareta ex his, vel si quo alio nomine fuit) nupsit Eberhardo Com. Thengano, eique tituli & successiois jus attulit: Ex his nova Nelleburgiorum familia, quae extat apud Henning. p. 340. nam Eberhardi filius Johannes dictus est Comes Nelleburgus & Thenganus. Hujus pronepos fuit Christophorus Laetilius Canonicus & demum Praepositus Argentinentis, qui 1592. obiit, & quod opinor totam Nelleburgiam gentem finivit.

Scutum §. II. Scutum horum Comitum exhibet *Sibmachi. Wapenb. P. I. p. 16.* Alveolus primus

primus & quartus *aureus tria cornua cervina caerulea* continet: quod symbolum in suis Comitatus *Nelleburgici* credo, sicuti etiam *Henninges* id ei tribuit. Male vero *Chifflet*, *in F. A. V. n. 163*, nigra cornua cervina dat *Nelleburgicos*, quae *Wirttembergicorum* sunt. Ceterum *Nelleburg* arx sita est prope civitatem *Stocobium* seu *Stocobich*, quae ob hoc Comitatus primaria est, & postquam hic in Austriacorum potestatem venit, ibi praefectus habitat. vid. *M. Zeller. itin. Germ. P. 2. p. 343*.

§. II. Latereculus secundus & tertius *rubeus* exhibet *unicornu argenteum*, designando Dominio *Thengon*: ut nos docet *Wap. P. 2. pag. 21*. Ratio hujus gestaminis facile invenitur, quia ultima familia *Nelleburgica* ex *Thenganis* Baronibus orta est. Ceterum hoc Dominium etiam ad Austriacos delapsum est familia extincta. (Apud *Limn. Jur. Publ. T. II. 7. in Unsblag registri* de anno 1576. dicitur, Comitatum hunc venditum *Zelleris*, nescio tamen an forte *Thungen* legendam, ita enim in alio indice apud eundem *T. II. ad l. ad 4. 7. p. 531*. legitur inter *Eufsch & Rapin*.) Inde Serenissimus *Johannes Vicarius Princeps Austriacus* ea conditione inter Principes Imperii receptus, ut bona in Imperio sibi pararet, Comitatum hunc *Thengensem*, Principali dignitate insignitum (*gestürzete Erbschaft*) comparavit, & ob eum 1664. in dicta circulari *Svevica* receptus est teste *M. Zeller. de X. circ. Imp. nov. append. p. 6*.

§. IV. Galee insunt elypeo duae: prior *Nelleburgica* duo cornua cervina exhibet, laciniis vero circa se habet aureas & caeruleas: posterior *Thengensis* repraesentat media corporis parte exurgens *unicornu* leutarium, juba & plumia capiti imposita rubeis. Laciniis iterum ex coeco & argento sunt.

§. V. Titulos primae familiae ex *Henningenio* videmus, *Landgravius Nelleburgi*, dein *Comes Nelleburgi*, *Landgravius Hegoviae & Madocetiae* seu *Madachiae*. Ceterum *Hegovia* pars *Sveviae* est, cujus nomen *M. Cruf. annal. Svev. L. 3. P. 2. c. 3*. vultione tanquam *Herzogenw* ab arce *Hohenheueren*. Incipit autem *Hegovia* a lacu *Cellenfi*, intercipitur inter *Rhenum* & *Danubium*, ditio exigua, sed fertilis & frequens, sex miliaria in longitudinem numerans, totidem lata. Dicuntur in ea 46. arces numerari. Porro ad *Austriacos* jam spectat, sunt tamen in ea quae etiam alios agnoscunt Dominos. conf. *M. Zeller. itin. Germ. P. 2. p. 343. 344*. In altera familia ultimi *Christophori Ladislai* titulum non alium legi, quam *Comitis Nelleburgi & Thenga*.

CAPUT LVIII.

De Neufville Duc. de Villeroy.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Titulus.

§. I.

Illusterrimam *Neovillorum* in Francia familiam potissimum novo splendore auxit *Nicolas de Neufville* (Dominus de *Halincourt & de Magny*, Gubernatoris Pontificiae & Meulanti, filius *Nicolaus Duc. de Villeroy* Minister & Secretarius status, qui sub 5. regibus 56. annis regni negotia primaria expedivit. Eo natus est *Civulus M. de Villeroy*, d'Halincourt & de Magny, qui *Lugdunensis*, *Forensis* & *Bellicencensis* rexit, quibus etiam filius praefuit, quondam regis moderator, *Nicolas Marchialis Franciae & Duc. de Villeroy*, frater *Camilli* Archiepiscopi *Lugdunensis*, & *Ferdinandi* *Maclovii* sani & deinceps *Carnutum* Episcopi, pater vero *Francisci M. Halincourt & Ducis de Villeroy*.

§. II. Scutum est *caruleum ornatum cantherio aureo*, quem comitantur ex *Scutum* dem met alio tres *crucis anchoratae*. Galea coronata sustinet caput monocerotis argenteum, dependentibus vittis aureis & caelestis. Titanones vero sunt duo equi terrocentes naturali colore picti.

§. III. Titulus est: *De Neufville, Duc. de Villeroy, March. d'Halincourt, Dominus de Magny & de la Forêt-Thaumer*. Ducatus & Patriatus dignitas collata est 1651. postquam rex majoritatem attigisset. Curiae vero approbatio accessit 1663. 15. Dec.

CAPUT LIX.

Barones de Neuhaus.

ARGUMENTUM

- | | |
|--------------------------------------|-----------------------------|
| 1. Familia Neuhaus, Bona in Austria. | 6. Soyrenus. |
| 2. Stadler. | 7. Scutum joachimi Neuhaus. |
| 3. Soyzer seu Soyderin. | 8. Conjectura de eo. |
| 4. Apex Neuhausius. | 9. Neuhaus in Caritia. |
| 5. Stadelius. | 10. Neuhaus in Gressenfeld. |
| | 11. Neuhausites Carinthia. |

§. 1.

Familia Neuhaus Illustrium Baronum de Neuhaus scutum describit *Salmzb. Wapenb.* P. 1, pag. 34. Quadripertitum, imposita media parmula rubra duobus rastro aureis decoratus u. n. gnis. Hæc testera est ipsius gentis *Neuhaus*, quæ ex Bavaria Rietinga in Austriam venit, & sub Ferdinando I. liberum prædium (*Jrenhof*) in *Haggenorg*, nec non *Prinzendorf* intra Anatum, atque *Bünau* & *Stadkirchen* supra Anatum præter alia acquisivit.

Stadler. §. II. Area prima & quarta *argentea* continet ex *ferro* vel *seram*, uti *Salmacherus* vocat, vel *osium* (ein eisern farb oder schwarz stadelthor mit gelben düpfeln und zinnen/) quo symbolo designatur familia *Stadleria*, die Stadler von *Stadelingen zu Blumau* ejus successio ad hanc gentem.

Soyzer seu Soyderin. §. III. Area secunda & tertia etiam *argenteo* pingitur, & tribus foliis *cardibus*, unotrium duobus deorsum convexis, quorum petioli in corde coeunt, (*grüne drey angel mit drey blättern!*) ornatur. Ita designatur familia *Soyzer* seu *Soyderin* ex Bavaria: ejus talem successio ad *Neuhaus*.

Apex Neuhausius. §. IV. Galea insunt clypeo tres: media coronata sustinet thecule oblonge autem superiores aperte insertas pennas galli gallinæ nigras, & ante has duo rastro ex auro decussatam. Lacine sunt ex auro & cæco. Qui apex est *Neuhusius*.

Stadelius. §. V. Prior galea coronata *Stadleria* sustinet inter duo cornua, quorum prius superiori parte *argenteo* inferiori *nigro* colore tingitur, alterum contrariam servat ex sectione tincturam, pileum oblongum *nigrum*, auro coronatum & prius struthionis argenteis tæstigatum. Phalææ sunt *nigre* & *argenteæ*.

Soyrenus. §. VI. Extrema galeam *penni* pileus oblongus *niger*, plumis struthionis tribus *argenteis* tæstigatus, ora *reducta argentea*, in qua videntur tria foliola *prafina*: quæ galea respondet *Soyzeræ* areole. Lacine sunt, iterum ex *argenteo* & *nigro* colore.

Scutum Joachimi Neuhausii. §. VII. Aliud *Joachimi Neuhausii Baronis*, M. Cancellarii Bohemæ Equitibus A. V. à Philippo secundo accipri, scutum retet *Chifflet* num. 239. quadripertitum: I. *Quadrans* eorum cum corolla *laurea* nexiti *prafina* (per cunctationis causa, pour enquerir) *quinque* rastro aut eis *quinque* foliis *instruita*. II. *Auro* & *nigro* *trafversis* *impertitus*. III. *Cyaneus* *litera M.* *antiqua* *aurea* *coronata* *impressis*. IV. *Caru* *cum* *anchora* *aurea*. *Omnibus* *symbolis* *imposita* *parmula* *carulea*, *auri* *colore* *pentaphyllo* *impressis*. *Galea* *auro* *coronata*. *Apex*: *corona* *pactilis* *penni* *quadrantis* *inter* *alias* *geminas* *obtraxis*, *dextra* *coccinea*, *sinistra* *carulea*, *una* *unaque* *horum* *corde* *latus* *aureis* *impressis*, *exterior* *penni* *uero* *antrorsus* *reflexis*. *Lacine* *dextra* *cyanea* & *aurea* *sinistra* *coccinea* & *argentea*.

Conjectura de eo. §. VIII. Hæc descriptio est apud *Chiffletum*, verum prout familiae deductio non suppetit, ita acclarum etiam interpretatio mihi ignota est. Gentilem tamen testeram non tam in primo quadrante quam medio scuto quarto. Nam etiam in *Wapenb.* P. 3, p. 42. *Bar. de Neuhaus* sola datur aurea, sed *per dextra*, & quod forte ex sculptoris est imperitia, in parva *carulea*. Quæ etiam in apice inter duo cornua aurea iterum computet. Literam *M.* coronatam, si completuris agendum sit, gratia *Maximilian* II. tribuerim.

Neuhusius in Caritia. §. IX. Duos adhuc *clypeos* Baronum *Neuhausiorum*, sed haud dubie ex divitis stirpibus, apud *Wapenb.* P. 4, conspicio. Alter exhibetur p. 9. quadripertitum, prima

prima & quarta *areola argentea* cum *baltheo diagonali ex tessellatum nigrarum & rubearum triplici ductu*: secunda & tertia *aurea aliam continet argenteam simili baltheo impressam*. Galeæ sunt duæ: Prior testa pileo oblongo, quem baltheus scutarius percutit, argento autem ora reducta candet. Ex altera coronata protenditur ala scutaria. Hoc *δῆγμα* est *Neuhusiorum in Carinthia (am Marst)* qui cum illustribus de Tschernembl eiusdem creduntur originis, ob quod commune illis est gestamen. Conf. L. 1. c. 93. n. 3.

§. x. Alius *elypeus* p. 11. representatur *Baronum de Neuhaus in Graessensfels*. Cui quæ incumbit media *parinula* cum majoris scuti *laterculo secundo & tercio* conuenit: Nam *solo rubeo è sinistro capitis angulo ductà lineà triangulam* seu *capitulum ex argento induitur*. In primo & quarto quadrante *aurea colu aquila seu coruus niger coronatus expansis alis rostro amulum gerens* conspicitur. Galeæ autem scuto tres incumbunt coronatæ, *media aquila scutaria insitit*: Prior & extrema *ingula* juga complicata alarum sustinent, quas *rubeas* transeat *baltheus argenteus*, alteram *imster* alteram dexter.

§. xi. Vix dubium mihi est, eandem notari familiam, quam inter *Carinthios equites* exhibet *Schmach. Wapenb. P. 1. pag. 46.* sed non nihil variata tellera scutaria. Nam prima & quarta *areola lineæ diagonali sinistra* distinguuntur ex *argento & nigro, cephalo rubeo* imposito. In secunda & tertia *avis coronata nigra* & *rostrum amulum gerens aureum in areola argentea monticulo tricolori viridi* insitit. Galeæ item duæ sunt coronatæ: prior sustinens *jugum alarum* complicatum cum typo primi quadrantis: altera autem *secundi laterculi*. Unde vel hic vel in altero *diagrammate* erratum esse existimo.

CAPUT LX.

Barones de Neydeck.

ARGUMENTUM.

1. Familia, Lineæ.
2. Raynensis scutum.

3. Rama.
4. Galeæ.
5. Linea Rastenbergia.
6. Apex vetus.

§. I.

Illustres *Neydeckiorum* pridem *Equitum*, inde *Baronum* familia in *Austria* diu claruit. *Gabr. Bucelinus Corm. T. 3. p. 142.* allegat *Ioannem Georgium*, qui *Beauvieux* nobilibus inter fuit ludis equestribus 990. Post eum longo intervallo sequitur *Ioannes*, 1338. à quo reliquam necit genealogiam. Verum præter eos quos recenset, *Orthophas de Neydeck* vixit 1305, 1381. *Vricus* miles. 1395. *Ioannes, Conradus & Nicolaus*. *Lamina distincta* est in aliquot lineas, ex quibus præcipuè *Rainenfis (de Rama)* & *Rastenbergia*.

§. II. *Rainenfis* lineæ quæ defecit, usa est scuto quadruperto, ita ut in prima & quarta *area argentea* tres *conche marine* *lævæ* (*Jacobe mûselin*) *rubea diagona* *læva* non sinistro, ut est apud *Sibm. Wapenb. P. 1. pag. 4.* sed dextro *conspiciantur*: quod ipsum *δῆγμα* est avium *Neydeckiorum*.

§. III. Secunda & tertia *quadra nigra* representat *lævæ scutum aureum tricolori montis* *insistentem*. Quam telleram assumere ab extincta familia de *Rama*, cum arcem eam hereditate habuerent.

§. IV. Galeæ insitit *elypeotes* coronatæ: ex *priori* emergit *herma virilis* nigro amictu, *collari aureo*, *barba cana*, *caput* *teinctus* *facies* *terribilis* *nigris* & *aureis*, *imposita* *capiti* *leuthonica* *pluma erecta aurea*: *secunde* *insitit* *pileus orientalis* *hermionicus* *ora* *reducta* *argentea*, *imprestitis* *tribus* *conchis* *rubeis* *coronatus* & *tastignatus* *plumis* *struthionis* *duabus* *nigris*, *media aurea*. *Tertia* *insitit* *basilicus* *scutarius*. *Lacinie* *dependentes* *circa* *mediam* *galeam* *unt* *coccinea* & *argentea*, *reliquæ* *atra* & *aurea*.

Linea
Rastenbergia.

§. v. Quod attinet lineam *Rastenbergiam* adhuc supersitem, ea (uti denuo apud *Sibmach. Wapenb.* P. 1. pag. 39. videre est) simpliciter *Nydeckio* conchyliato unctur. Galeam olim unam tantum usurpabat, rectam pileo acuminato rubeo candidis flammulis ornato (*weisseflamme!*) cuius ora reducta argentea tres conchas impressas referebat, coronato & plumis situlionibus argenteis & rubeis fastigiato. Inde alterius lineæ *Karantensis* apicem addidit, eundem videlicet, quem §. 4. super prima galea contuiti fumus, nisi quod pluma capiti imposta (si *Sibmachero* fides) non aureo fulget, sed cocco rubet. Laciniæ sunt hinc nigrae & aureæ, isthinc rubea & argenteæ.

Apex
vetus.

§. vi. In vetustis aliquibus monumentis galearum neutra, sed alia conspicitur, alia insignis, cui impressa conchyliæ scutata conspiciuntur.

CAPUT LXI.

Dux de Noailles.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. Deductio.

2. Insignia.

3. Tituli.

§. I.

Familia
origo.

Noaillorem inclutam stirpem *P. Anseau* Palais de l'honn. p. 525. refert ad *Eliam Dn. de Noailles* in Lemovicibus, quo *Guilelmus* natus est, pater ex *Magdalena Dn. de Monclard, Helæ* 11. qui 1349. *Margaretam de Maumont* duxit: Horum filius fuit *Ioannes* pater *Francisci Dn. de Noailles* (quo *Antonius* Ecclesiasticus & *Ioannes* 11. non nisi filiatum patens nati,) & *Ioannis Dn. de Chambre & Monclard*, quo natus *Amarus*, qui *Joannis* 11. patruelis heres fuit, & *Ludovicum* reliquit, quo *Antonius Dn. de Noailles, Franciscus & Egidius* nati sunt. Illum *Thuanus* vocat præter nobilitatem generis prudentia insita, & usurcrum quem Anglica, Veneta & Byzantina legatione magna cum laude obita contraxerat, præstantem. Fuit vero *Episcopus Aqueusis* (d'Acqs) & successor in Episcopatu & muniis habuit. *Egidium* fratrem. *Antonius* regis in Aquitania Vicarius & *Burdegalensium* Gubernator genuit *Henricum Baronem de Noailles & Comitem d' Aycn*, qui Regis locumtenens in superiori Arvernia, pater fuit *Caroli* Episcopi Floritani, dein Ruthenorum, & *Francisci Com. d' Aycn*, Gubernatoris Perpiniani, locumtenentis generalis Arverniæ & Ruthenorum, patris post alios *Anna*, qui Gubernator Perpiniani & *Ruscionis*, & prima prætorianæ cohortis centurio, Ducali axionate ornatus & 1678. mortuus est, relictis filiis, ex quibus primogenitus *Ludovicus Annas Julius* patri successit.

Deductio.

Insignia.

§. 11. Scutum rubrum diagonalem baltheum aureum defert: ei incumbit galea coronata ex qua exurgit leo aureus. Laciniæ dependent aureæ & rubrae. Telamones vero astant duo leones aurei.

Tituli.

§. 111. Titulus est: *Dux de Noailles, Comes d' Aycn, March. de Montclard, de Chambres & de Mouchy, Baro de Malmort, Carbonieres, Malenchambres, Meries, Chastellensis de Larché, Lentour & Malesté, Dominus de Briwe.* Ducatus & Parvatus dignitas à curia confirmata est 15. Decemb. 1663.

CAPUT LXII.

Bar. ab Oedti.

ARGUMENTUM.

1. Familia origo. Nomen. Successio.

2. Scutum.

3. Duplex testera duarum linearum conjuncta.

4. Berneck seu Perne. &

5. Galea.

§. I.

Familia
origo.

Illustris familia *Barenium ab Oedti* ex vetustis *Austriacis* est, prius tamen incoluit *Austrisim* supra *Anasum* quam interior em. Et quia aliquandiu vulgari usu dicti erant *die Deder* à *Ferdinando* 1. Imperatore 1534. illis ius antiqui nominis *ab Oedti*, quod ante

ante duo secula solenne fuerat, recipiendi & cera tubæ in sigillo utendi collatum
 est. *Bucelinus Germ. T. 3. p. 152.* deducit gentem ab *Henrico 10. Oeat* equite circa 1230. Nomen.
 Hunc patrem facit *Bertholdi & Margardi* circa 1270. hunc *Henrici II.* circa 1310, quo
 genitus *Oswaldus*, qui 1350. vixit. Verum præter hos claruere 1310. *Vernhardus* *der*
Deder. 1312. *Margardus ab Oede.* 1333. nectum *Markardus*. In *Matthai* seu *Marci* filius
Marco & Matthæo lineæ in divertum abiere. *Matthæi* quoque natus *Volfgangus* ex tri- Succellio.
 bus filis *Georgio, Sebastiano & Henrico* eoridem lineæ tenet.

§. II. Forum scutum apud *Sibmach. Wapenb. P. 1. p. 34.* sub nomine *ab Oeth* re- Scutum.
 presentatur quadripartitum. Prima & quarta areola bipertita est ex mure & argen-
 to. (Alii enim *weissen mittersirich* dicitur em *rothes feld.*) Secunda & tertia ru-
 bes continet *schwarze lepusculi ex argenteo*. Media pannula argentea ornatur panthera
 seu *fersa ignivoma nigra* coronata.

§. III. Quod primum areolas attinet majoris clypei, duæ *Oedtorum* lineæ di- Duplex
 versa tessera utæ sunt, altera laterculo bipertito, altera lepusculo. Dem utraq; con- tessera dua
 junctæ sunt quadripartitum, sed lepusculo in primum quadrantem collocato. tum linea-
rum con-

§. IV. Formula toti imposta *Bernecium* seu *Perneckium* symbolum continet. ion tra-
 Nam *Volfgangus ab Oedi* uxorem habuerat *Elisabetham Domniam à Perneck* filiam Perneck f.
Matthæi sororem *Sebastiani*, qui lineæ unius ultimus 1310. decessit. Porro *Perneckii*
 hi æque ac *Losensteini* & *Stahrenbergi* ex vetustis *Styria Marchionibus* orti erant:
 qua causâ pantheram *Styriae* sed coloribus aliis gestarunt.

§. V. Galeæ sunt tres coronatæ, ex priori exurgit lepusculus argenteus: Ex se- Galeæ.
 cunda *schwarze* pantheræ coronatæ, cujus collo cuspides aureæ adnarent, pennis pavoni-
 nis ornatæ: *der krumm auff dem rücken.* *Tria* insunt duo cornua, transverse
 secta, quorum prior superior pars coccæ inferior argenteo tingitur: in altero autem
 contrarius colorum situs est. Laciniæ sunt circa priorem & ultimam galeam argen-
 tæ & coccinæ, circa mediam nigre & argenteæ.

CAPUT LXIII.

Com. ab Oppersdorf.

ARGUMENTUM.

1. Origo. Ex *Silesia in Austriam.*
2. Antiquiora. *Deductio.*

3. Scutum.
4. Præmium fortitudinis bellicæ.
5. Apex.

§. I.

Illustriissimi Comites ab *Oppersdorf* ex *Silesia* oriundi sunt, & inde in *Austriam* se Origo.
 transiulere. In allegato non semel indiculo procerum *Austriacorum* video nomi- Ex Silesia
 ni *Oppersdorf* additum annum 1560. quo cum tamulis *Ecc, Toring & Tannhausen* ista in Austria.
 cooparata sit: aibi legi 1595. sub *Rudolpho II, FTulchimum Baronem ab Oppersdorf* re-
 ceptum esse in inferiori *Austria*.

§. II. Cum his factis conciliare nequeo, quæ apud *Celeber. Bucelin. Germ. T. 3. Antiquio-*
p. 155. traduntur: quando ille circa principium seculi decim tertii memorat *Berthol-*
dum de Thierberg & Ebersdorf deim *Oppersdorf, Disigerum Ducem Austriæ*, cui filios 152.
 dat *Luitpoldum Dn. ab Oppersdorf & Calochum* seu *Cristianum av Hindberg Camera-*
rium hereditarium, qui 1227. claruere. Autorem autem gentis vocat *Valricum de*
Thierberg dictum de *Oppersdorf*, cui statim dat *Marquardum de Thierberg* dictum ab Deductio.
Hindberg, à quo *Hindbergi*. Iterum *Johannem Dn. de Ebersdorf* deinde *Oppersdorf*
 1300. vocat *Cameraarium hereditarium Austriæ*. Justam seriem genealogicam oritur à
Johanne dicto *medio ab Oppersdorf* cognomento *Rolle* obaginatam, qui supremus cubi-
 larius *Sigismundi* decessit 1445. Cujus filium *Henricum* iterum vocat *Camera-*
rium hereditarium Austriæ: in ejus filis *Fridrico*, patre *Georgio, Joannis & Vilhelmi*, &
Venceslao Capitaneo *Briegenti* lineæ in divertum abiere. *Georgio II.* primum nato
 sunt *Georgius III. Venceslaus II. Fridericus* Comitum axiomaticæ ornati.

§. III. Scutum representat *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 29.* quadripartitum, Scutum
 itaut prima & extrema areola rubra contineat *agulinum caput oblongo collo ex*
argenteo,

argento, auro coronatum. Vidi additum, quod *lingua tibeat, & ignis ex ore pto deat*
 Haec tellera genulis esse videtur.

Premium
 fortitudi-
 nis bellicae

§. iv. Areola secunda & tertia *aurea* ex *angulo* prodiens *brachium incurvatum*
armatum & stricto gladio minax (quae omnia naturali colore tinguntur) continet.
 Hoc *brachium* videtur premium virtutis militaris esse, in bello *Turcico* (cujus argu-
 mentum apex est) demonstrare. Quem honorem *Georgio II.* habendum cen-
 sicio.

Apex.

§. v. Galeae duae clypeo imponuntur: prior coronata sustinet *aquilinum caput*
coronatum, cum lacinis argenteis & rubeis. Posteriori quem phaleræ ex auro & coc-
 co ornant, imponitur *Turcica tiara rubea, diadema argenteo ambita*, (der *Zürten-*
hut roth mit einem weissen bund) Juxta eum sursum protenditur *brachium ar-*
matum, quod *lanceam mino & argento variegatam, & tiara impostam*, ex qua pennis
vexillum rubrum luna aurea insignatum, apprehendit.

CAPUT LXIV. Com. & Bar. Palsi.

ARGUMENTUM.

2. Scutum.

1. Familia.

3. Apex.

§. I.

Familia

EX *Ungaria* proceribus Perillustres *Palsi Barones* fuere, inde ad *Comitum* *axio-*
ma evecti. Ex ea gente *Nicolaus Palsi de Erdeod Comes* filius *Petri* Baronis &
Sophiae Dersia sub *Rudolpho II.* 1589. inter proceres *inferioris Austriae* receptus est, à
 quo reliqui Illustrissimi Comites.

Scutum

§. II. Scuto utuntur in *Furft. Bapenb. P. 3. pag. 50. cyano*, in quo *dimidia rota*
argentea visitur, ex cujus circumferentia exurgit *ceruus aureus*.

Apex.

§. III. Ex galea coronata *caput cervi sentari* exsilit. Lacinae sunt caruleæ
 & auræ.

CAPUT LXV.

Plessii Duc. de Liencourt seu de la Rocheguyon.

ARGUMENTUM.

3. Schomberg.

1. Familia. *Lancea Ducatus.*

4. Pons.

2. Scutum. *Plessis Liencourt.*

5. Apex.

6. Titulus.

§. I.

Familia.

Vetusta Illustrissimorum *Plessiorum*, qui de *Liencourt* denominantur, familia
 est, & ad *Hugonem de Plessis* refertur, qui 1280. sub *Philippo Audace* rege vixit,
 pater *Joannis Dn. de la Chaise*, qui *Joannem II.* genuit, parentem *Macai Dn. de la*
Chaise & Guilhelmi Dn. de la Perine & d'Orgieres, qui *Michaelem* suscepit, hic *Joannem*
Dn. de Perigny, la Perme, Ouschamps & Savonieres, Magistram aulæ *Ludovici XI.* & *Caroli*
VIII. quo *Carolus, Wilhelmus & Petrus* nati sunt: ille *Dominus de Savonieres*,
 Dominorum & Marchionum *de la Perrine* sator fuit, hic *Dominorum de Perigny &*
de Malcorne, ille *Dn. de Liencourt Carolum* genuit *Comitem de Beaumont, Marchio-*
nem de Montfort & de Guerebeville, Gubernatorem Metensem & Parisinum quo *Ro-*
gerius genitus est, *Dux de Liencourt seu de la Rocheguyon*, 1674. mortuus, qui ex filio
 præmortuo *Henrico Com. de la Rocheguyon* reliquit neptem *Joannam Carolam* uxorem
Francisci D. de la Rochefoucaud Principis de Marillac.

Scutum

§. II. Ducis scutum *Sammarth. P. est. de Franc. pag. 302.* quadripartitum exhibet.
 Prima & quarta quadra *argentea crucem striatam rubeam* continet, qua designatur ipsa
 familia *de Plessis Liencourt*.

Plessis
 Liencourt.

§. III. Se-

§. iii. Secunda & tertia areola aurea continet leonem in medio sc. Tum, cujus superiora rubra, inferiora fragra sunt. Ita notatur gens Schombergia, quam Caspar Schombergus ex Saxonia in Galliam intulit, cujus filius Henricus Marcellus Francia genuit præter Carolum M. à Ephraïm C. de Nantual, qui Maretecalus 1656. mæculos clausit, Joannam, quæ præfati Ducis Rogerii uxor fuit.

§. iv. Toti imponitur parmula argentea, quam transit scilicet ternis baltheis Pont. aureis & coccineis exarata: designanda familia Pontica. (Pont.) Hæc deducta Bertrando Dn. de Pons, qui 1173. vixit & Elisabetham Tholosanam uxorem habuit. In eius posteris Franciscus Dn. de Pons, Com. de Mirenes filius habuit Franciscum Dn. de Pons C. de Mirenes & Jacobum B. de Mirambeau, reliquorum hujus tituli, nec non Dominorum ac Marchionum de la Cise fatorem. Franciscus autem Antonium genuit, cujus filia Antonia Dn. de Pons nupit Henrico Abremano B. de Mirenes, & Antonia M. de Guerebeville, Henrico de Silly C. de la Rocheqnyon, & post hunc Carolo du Plessis Dn. de Liencourt, ex quo Rogerium Ducem peperit.

§. v. Clypeo insitit galea coronata, ex qua eminet inter duas alas aureas argenteum caput equinum. Laciniæ sunt ex argento & immo. Telamones duo leones autem.

§. vi. Titulus fuit: Du Plessis de Liencourt, Dux de la Rocheqnyon, Marchio de Montfort & de Guerebeville, Comes de Beumont. Ducem & Partium dignitas Rupiguidonia seu Rocheqnyon in Normannia seu Vexino attributa est 1643. 31. Decembr. sed confirmata à curia 1663. 15. Decembr. Ipsa veto Rupiguidonia ab Antonia Pontia genti obigit, quæ eam à priori marito habuerat. Cui etiam Guerebeville debetur.

CAPUT LXVI.

Plessis Duces de Richelieu.

ARGUMENTUM.

1. Familia. Cardinales duo.
2. Sororum posteri, utriusque heredes.
3. Scutum.
4. Pont Courlay. Ducissa à Aiguillon.
5. Tutulus.

§. I.

QUAM familiam præclara merita Cardinalis Richelii plurimè illustrant, Plessis à P. Anselmi Palais de l'honn. p. 538. ex And. ex du Chesne hist. Dom. Drocul. refertur ad Franciscum I. Dn. de Richelieu, patrem secundi, avum tertii, qui Annam le Roy Dn. de Chillon uxorem habuit, cujus proavia fuit Joana à Dieux B. ussart ex familia regia: Francisco & Anna geniti Franciscus Dn. de la Riviere, qui fortibus gestis sitipem illustrem reddidit, Jacobus Episcopus Lutoniæ & huius major Ludovicus C. de Richelieu, pater Francisci quarti, qui genuit præter Henricum, qui duello perit, Cardinales duos Alphonsum Ludovicum Archiepiscopum Aquenensium & Lugdunensium, atque Armandum Joannem inter Politicos huius seculi celeberrimè & regiorum consiliorum administrum telicimum, Ducem de Richelieu & de Fronce, ammiralem France.

§. ii. Cardinalis sorores fuisse, minor Nicolaï uxor Petri de Mille, M. de Brezé mater Armandi Ducis de Froncie & de Caumont, atque Clara C. de Caumont Condeo Principi nupta; major Francisca post primum maritum Joannem de Beauveau Dn. de Pompean maritum habuit Renatum de Vignerod Dn. du Pont de Courlay in Pictonibus, unde geniti Maria Ducissa à Aiguillon, & Franciscus M. du Pont de Courlay, pater Armandi D. Richelii, quem Cardinalis avunculus magnus heredem instituit, sed sub conditione nominis & insignium, Armandi (seu Amadori) Joannis Baptiste Marchionis Richelii atque Emanuelis Iosephi Abbatis.

§. iii. Scutum est argenteum tribus rubris cantheris insigne. Cui galea coronata incumbit, & laciniæ argento atque cæco tinguntur.

§. iv. Genuinum à quibus familia de Vignerod du Pont de Courlay ab illo distet, Pont Courlay argenteum tria capita aprugna merca repræsentat, & clypeo coronatum galeam impositam, laciniis dependentibus nigris & argenteis. Quæ cætera etiam usæ est præfata Ducissa

Ducissa
d'Argun-
lon.

Ducissa d'Argunlon Comitissa d'Ageneis, Maria de Vignerod, quæ hereditate titulum transiit ad nepotem ex fratre Mariam Magdalenam Theresiam de Vignerod, Ducem Richelii sororem: quæ in feuto quadripertito symbola enattata Vignerodia & Richelii Richelia infert.

Titulus.

rectius ex *L. c. Salmach. Wapenb. P. 1. pag. 38.* epus loco substituit *anferoncerentia* alia corona collo inserta superbientem, & coronae infidentem: quae tessera hinc *Corbava* tum à *Corbau*. Media palma thesaurarii hereditarii coronam imperialem & imperialem Sinzendorthiam areolam continet. Galea denuo quinque sunt, media cum pulvinari impositam coronam sustinet, proxima ad dextram coronata cornu in cratere medio, prima coronata jugum alatum quadripartitum tincturatum, quarta coronata cygnum vel anterem *Corbavortium*, ultima coronata aquilam *Neoburgensem*.

Lappizio-
Corbava
tessera.

§. VII. *Lappizio-Corbavortium* tesserae aliquoties facta est mentio; has aurea assumeret à *Suzanna f. Ioannis a Lappiz* conjugis *Pilgrami Sinzendorthii*, quae obiit 1654. Quamvis autem *Reinetta* seu *Ernstbrunnii* linea ab hoc *Pilgramo* non detur: tessera tamen eandem assicit. Porro ex pari ratione *Schallenbergi* eadem areolis gestant, ut c. 75. vidimus.

Linea
Neoburg-
gisa.

§. VIII. Linea *Neoburgica*, praeter mediam parmulam hereditarii thesaurarii dignitate, & tessera *Sinzendorthii* insignem, scuto utitur quadripartito. Laterculorum secundus & tertius iteum *Corbava* *Lappizia* insignia simili qua altera linea dispositione jungit; prima autem & quarta *Wegatearubrum* *grypsum* continet, quae anterioribus unguibus *leporem* seu *cunctivum* abreptum tenet. Hic laterculus notat Comitatum seu Dynastiam *Scherding* & *Vornpach* seu *Neoburgum ad Ocum* (con. L. 1. cap. 84. n. 8. 9.) Hunc laterculum emto *Neoburgo* a *Salinentibus* ad *Sinzendorthios* venisse existimo.

Galea.

§. IX. Galea iterum quinque sunt. Prima ad dextram coronata cornu cum cratere medio, secunda coronata aquilam, tertia seu media cum pulvinari coronam Imperialem scutariam, quarta coronata *gr. plum* cum lepore, extrema coronata sustinet jugum complicatum alarum rubearum, interstinctarum triangulo argenteo et laterae sinistro prodeunte. Cujus interpretationem non capio.

Tituli.

§. X. Titulos illos reperio, illustriorem *Georgii Ludovici Sc. Joannis Isachmi* (qui 1654. Comitibus *Ratipponensibus* inter *Comites Svecici* scamni subscribere, adeoque inter proceres imperii cooptati sunt.) Illius quidem: *S. Rom. Imp. hereditarius thesaurarius, Comes in Sinzendorf, Liber Baro in Ernstbrunn, Dynastie Fridus, Reinerdorf, Szendorf & Neuburg ad Ocum*. *Consil. Inj. oratoris, Camerarius, & Camerae aulicae praefidis locumtenens* (nunc praefes.) *Hujus vero: S. Rom. Imp. thesaurarius hereditarius, Comes & Dom. in Sinzendorf, Liber Baro in Ernstbrunn, Dyn. in Roggenhof, in Peckstall, in Peckstall, S. Martinshurg & Teutchen-Prædorsdorf, Contul. Imper. aulici Assessor, & hereditarius pincerna Austriae supra Anasium*: ex qua dignitate claret ratio crateris cornibus in apice interpositi.

CAPUT LXXXIX.

Comites de Solms.

ARGUMENTUM.

1. Familia ex *Nassovis*, Linea *Kronbergica*.
2. *Ernstfels*, *Hungen*, *Greysensterna*.
3. *Lichen*, *Hohensterna*, *Lambensis*, *Sonnevaldica*.
4. *Scutum*.

5. *Munzenberg*.
6. *Galea*.
7. *Scutum antiquus*.
8. *Waldensels*, *Sonnevald*.
9. *Galea*.
10. *Com. Braunfelsii* *dux*.
11. *Tuuli*.

§. I.

Familia
ex Nassovis.

Illustrissima *Solmsium* Comitum familia (quam *Albertus Otto Bisgen* descripsit, & historiam 1622. in *rancofurti* ed. h.) propagatio inclinat *domus Nassovicae* est, ex qua *Eberhardus* cognomento *petens* & *magnificus Nassovici Comes*, praeter *Friedricum* & *Arnoldum*, ex quorum hoc reliqui *Nassovii*, qui hodie supertunt, descendunt, *Philippum* suscepit *illis* maiorem, qui ad fluvium cognominem arce *Solms* extruxit, & ex *Catharina* *Hanovia* *Othonem* suscepit, qui 890. *Nassovici* Comes fuit, pater *Vilhelmi*, cuius in *torneamentis* *Magdeburgicis* memoria 933. extat. Eo genitus

fertur

fectur *Esteler affi*, qui circa 946. condidisse dicitur *Braunfelsium*, & *Arnoldum* reliquit, hic *Philippum*, & *Henricum*, quo *Marquardus* & *Henricus II.* genui: Ab hoc linea orta est, quam *Ioannes* filius *Ioannis* cognomento *Springelieben* 1410. morte sua terminavit, hereditibus agnatis *Bernardo* & *Joanne*. Cui ramo forte attribuenda est *linea Kamsbergia*, nam *Henrico II.* etiam natus *Philippus* 1350. *Kamsbergium* dicitur emisse, alii vero *Philippo* patrem *Cerhardum*, avum *Reinholdum*, proavum *Marquardum* tribuunt.

§. II. *Marquardus* *Henrici II.* frater alterum ramum produxit, genito *Henrico*, qui *Bernardi* pater fuit, 1383. mortui. Hoc *Otto* genitus est, qui 1429. obiit pater ex *Bernardo* & *Ioanne* duarum linearum *Braunfelsie* & *Lichtenfelsis*. Illam continuavit n. *has Otto* *Friderico* Palatino *Victorino* gratissimus, nepos *Bernardi* *Maximiliano I.* intimis fidus, pronepos *Philippus*, à quo in comitatu *Papatus* abolitus: hic 1544. moriens *Conradum* reliquit, communè genitorem trium linearum, ex filio *Jobanne Alberto*, *Reinhardo*, & *Wilhelmo*, *Braunfelsie*, *Hungenfis*, & *Greifenfentem*. *Ioannes Albertus* magnus aulae *Palatinae* Magister, cuius vitam *Abraham* *Sculctetus* detulit, præter alias filias *Amaliam* genuit *Henrici* *Friderici* *Principis* *Araucionensis* conjugem, & filium *Ioannem Albertum*, militare Ducem *Savorum*, patrem modernum *Illustrissimæ* *Henrici* *Trajectanæ*, tidem armis clari. *Reinhardus* præter alios *Mauritium* reliquit, militari quoque gloria celebrem, qui filio amilo 167... ramum terminavit. Ex *Wilhelmo* *Greifenfentem* superant.

§. III. Quod *Ioannem* *Bernardi* fratrem concernit, is *Lichii* & *Laubacensis* rami sator fuit, & ab *Elysbetha* *Cutharina* *Francois* *Cronenbergi* filia conjugè linea sua herede *Radelbermum* acquirit, moriens vero 1457. *Canonem* reliquit, quo *Philippus* genitus est, *Friderici* *Electoris* *Saxonie* in *Coburgenti* *Principatu* locum tenens. In huius filii *Reinhardo* & *Ottone*, iterum linearum divergia, *Lichtenfis* & *Laubacensis*. *Reinhardus* literis & armis clarus, de rebus bellicis & de nobilitate scripsit, & quod existimio ab amita *Agatha* seu *Walpurga*) præfensionem *Virneburgicam* familie attulit, *Ernestum*, atque *Hermannum Adolphum* genuit, a quorum illo *Lichtenfis*, ab hoc *Hohen-Solmsensis*. Ille superioris circuli *Rhenani* *Dux* de eo optime meritus est, genitor *Georgi* *Eberhardi*, cuius in bellis *Belgicis* memoria, *Philippi*, cuius filius *Philippus* *Adamum* *mares* non reliquit, & *Ernesti*, qui filium *Ludovicum* *Christophorum*, & nepotes reliquit *Illustrissimos* *Comites*, qui nunc superant. Hic (*Hermanus* *Adolphus*) *Philippum* *Reinhardum* reliquit, armis quoque clarum, patrem alterius *Philippi* *Reinhardi*, qui lineam continuavit. *Ottone* *Laubacensi* natus *Fridericus Magnus*, reliquit *Ottone* in *Sonnevvalde*, cuius filius *Fridericus* 1615. detecit, & *Ioannem* *Georgium* *pełowida*, cuius sex filia: *Illustrissimis* & *Celissimis* maritis, aliæque altera vice, elocatae sunt, filii omnes militari laude claruere, *Philippus* *Georgius*, *Fridericus*, *Albertus* *Otto*, *Henricus* *Wilhelmus*, *Ioannes* *Georgius*: ex posterionibus tres denuò lineæ. *Laubacensem* continuavit filius *Albertus* *Otto*, finivit 1676. *Carolus* *Otto*, hereditate per testamentum *Braunfelsio* remotiori agnato destinata, quam tamen propinquos obtinere. *Henricus* *Wilhelmus* reliquit *Illustrissimum* *Georgium* *Fridericum* in *Sonnevvalde*. *Ioanne* *Georgio* nati sunt *Illustrissimi* *Ioannes* *Augustus*, *Ioannes* *Fridericus*, *Ioannes* *Sigismundus* & *Ioannes* *Georgius*, qui hæcenus *Reichelmannum*, *Wilhelmsfeldum* & *Wurthum* in interiori *Lusatia* inhabitant.

§. IV. Huius familie scutum gentilitium in *Sibm* *Wapens*. P. I. p. 15 exhibetur quadripartitum. In area prima & quarta aurea leo compunctus, caeruleus rubenti lingua & falcis. Quod oras indicium esse potest, interitis videlicet & permutatis coloribus figure & areæ. *Nassoviorum* enim palma caerulea leonem aureum continuit. Obleravimus autem superius P. I. e. 8. & non uno exemplo probatum dedimus illum agnatorum vel fratrum insignia per inversionem tincturæ distinguendum morem.

§. V. Area secunda & tertia transverse secatur, superiori parte unio, inferiori *Münzenbergi* *auro* intertæ. Id signum est *Domini* *Münzenbergici*. Fuere autem hoc nomine peculiarares dynastæ, quorum ultimus *Irtrius* vita excessit 1230. prole mascula carens, sed tres reliquit filias, quarum una *Adelheidis* *Comiti* *Reinhardo* *Hincæo*: unde ad hinc familiam medietas *Domini* *Münzenbergici*. vid. cap. 41. num. 4. & 7.) *Irtrius*

Gothofredo Du. Frisingergo, Anni autem Philippo Du. de Falekeshan nupsit. H. omisso familiae nomine tantum Dominum Münzenberge dixit, & insignia etiam illi alluunt: Pater tunc Cunonis Archiepiscopus Treverensis & Philippi junioris Du. de Falekeshan & Münzenberg; hoc & uxore Anna Domina de Falekeshan in Falekeshanau sunt filii. Veneris Archiepiscopus Treverensis gentis ultimus, Philippus Comes Falekeshan & Münzenberg a. C. titolo IV. creatus, Virrens & Crudo Canonicus Treverensis & Metensis, tum filie Lutgardis, quæ marito Gothofredo Domino Falekeshan nupsit, & uxore Kunigunden, quæ marito Comiti de Barzheim nupsit, & ob quam hæc referuntur, Agnes, quæ Ottom Comiti Solmensi nupsit, & quæ ei titulum cum hereditatis parte attulit; eodem cum marito anno 1439. vi. exemta.

Galez. §. vi. Huic scuto insunt galez duæ, in quarum priori inter jugum alarum *Münzenbergis* coloribus distinctarum confidet leo caruleus *Solmensis*. Alteram tunc mitra rubea, cujus ora argento candet; Mitra vero mediante globulo aureo imponitur pavoniarum pennatum acroterion, & duo utrinque vexilla auro & cocco picta, sectione *Münzenbergi*. Huic enim Dominio respondet hæc apex: ut videtur est *Wapenb.* P. 2. pag. 28. Laciæ sequuntur analogiam arearum & figurarum scriptarum.

Scutum auzius. §. vii. Hæc dispositio Solmensium insignium antiquior fuit. Inde scutum auctum est, ut nunc linea perpendiculari, in duo latera dividatur: utrumque vero latera quadripartitum est; Primum locum obtinentibus *Solmensibus* & *Münzenbergis* symbolis, quæ modo explicavimus, sed aliquando hæc illis præponi vidi: in posteriori parte iteum quadripartita videtur est in prima & quarta area (quam *Wapenb.* P. 1. p. 3. an. v. P. 2. p. 3. altero metallo tingit) *rosam v. gram*: in secunda & tertia *leontem argentatum*. Ab aliis etiam hæc areole transponuntur. Galeæ his laterculis respondent etiam duæ: prior sustinet pileum orientale testellum auro & nigro colore, apici imposita rosa nigra. Ex altera galea coronata exurgit *pesquis* leonis argentata. Laciæ priori addite sunt *aurea & nigra*, alteri *argentea & nigra*.

Wildensfels. §. viii. *Wildensfels* insigne est; quæ dynastia in Vorlandia peculiatibus suos habuit Dominos, qui statum Imperii & membra Saxonici superioris circuli tenebant. Cum vero horum familia in Anarco Friderico Centiliario Saxonico & supremo Capitaneo Vorlandiæ defecisset 1500. ex certo contractu hoc feudum Saxonici Comitibus Solmensibus in Sonnenwald obrigit, ut ex *Peccensibus* repetit *Lina luv. Publ. T. II. ad. ad. 47. p. 558.* Leo in reliquis duabus quadris *Sonnenwaldum* in Lutata inferiori notat. Hanc Philippus Lichtenis & Laubacensis lineæ factor emittens 1537. à *Muckeertzus* comparavit. Unde nunc etiam in potestate familiæ est. Et quidem Otto Friderici Magni filius Sonnenwaldam tenuit, atque ad filium Fridericum Albertum transmisit, auctam *Wildensfelsia* dynastia, sed ito extincto ad patruales delapsa est hereditas.

Galez. §. ix. Scuto his areolis octo ornato hodie imponere solent tres galez, quarum prior est *Münzenbergi*: altera *Solmensis*, ex §. 6. sed abs expansis & leone ad verticem fronte confidente. Tertiam præmit *pesquis* leonis, quem *Sonnenwaldum* esse non dubito: Aliquando tamen integri leonis imago insitit coronatæ cassidi.

C. Braunfelsii crux. §. x. Illustrissimus *H. vicius Trajectinus* ex Braunfelsii mediam imponit scutum cruce insigne: sed id personale esse reor, ob ea quæ in Belgio Joannitica bona possidet commendata.

Tituli. §. xi. Titulos vidi alterius lineæ: *Comites Solmensis & Braunfelsii, Domini in Münzenberg.* Alterius: *Comites Solmensis, Domini in Münzenberg, Wildensfels & Sonnenwald.* Quem nunc omnibus communem esse exultimo.

CAPUT XC.

Bar. de Sonderndorf.

ARGUMENTUM.

1. Familia. Bona. Baronum dignitas.

2. Familia.

3. Scutum.

4. Tera.

5. Galeæ.

§. I. Gene-

§. I.

Generosa *Baronum de Sonderndorf* familia ex *Bavaria* in *Austriam* venit, atque ^{Familia. Bona. Baronum dignitas. Familia} sub *Ferdinando I. Imperatore* *Pernau supra Anasum* acquisivit, inde equester dignitas axiomate *Baronum* Imperiali gratia auctam est.

§. II. Familiam *Gabr. Eucl. Germ. T. 3. pag. 215.* deducit à *Ioanne Sonderndorfer* seu *Sonderstorfer*, qui 1510. claruerit. Verum antiquior genitrix memoria est in *Liebardo Sonderndorfer* 1526. 1574. *Ioanne Sonderndorfer* praefecto (*Pflegger*) in *Hohenburg*. *Ioannes* ille, quem *G. Euclinius* primum enumerat 1510. praefectus (*Pflegger*) in *Reichenhall* bona sua in *Anzeig* permutavit cum *Alberto* *Bavariae* *Duce* pro aere *iben*.

§. III. Insignia repraesentat *P. Furst. Wapenb. P. 5. pag. 13.* ut in scuto quadri-^{Scutum}partito primam & quartam arcem *caruleam* orient *luna* *seceptraliata* *aurca*, decusatum locata. Quae tessera gentilis fuit.

§. IV. Secundus & tertius alveolus, *lunis argenteis & rubeis baltheis dextris* ex-*Yben*, aratur, notandae familiae *ab Yben*: cui nostris successere.

§. V. *Galeæ* clypeo dux imponuntur coronatae: prior sustinet *duo cornua bubala* ^{Galeæ.} *carules*, quorum extremus margo ternis seceptis liliatis (quae *Furtius* minus forte exprimit) exornata: Ex altera pariter protenduntur *cornua bubala duo argentea*, quibus itidem utrinque ternae *plumae struthionicae prasinæ* (an cocco tingendae sunt? quod regula vellet,) adherent, externo margini adnotae. *Laciniae* sunt hinc aureae & *caruleæ*, isthinc *argenteæ* & *rubeæ*.

CAPUT XCL

Com. de Sprinzenstein.

ARGUMENTUM.

1. Riccio ex *Tirolis* in *Austriam*.
2. Familia. *Linceæ*.
3. Scutum.
4. Vetus tessera.

5. *Erynaces Ricciorum*.
6. *Baltheis*.
7. *Joebel*.
8. *Galeæ*.
9. *Barones Riccii*.

§. I.

Illustissima *Sprinzensteinia* stirps olim nomine *Ricciorum* (seu *Ritzen*) usa est, & ex ^{Riccii ex Tirolis Austriam.} *Tirolis* in *superiorem Austriam* concessit; sub *Ferdinando I. dynastiam Sprinzenstein* cum *Baronatus* titulo, inde *Neuhausi* & alia acquisivit.

§. II. Familiam *Euclini. Germ. Tom. II. p. 226.* deducit à duobus fratribus: quorum ^{Familia.} *Petrus Antonius Riccius Baronatus* dignitate pro meritis ornatus à *Maximiliano I.* gratia tamen ea uti intermiserit, ex *servitio* *Cæsareis* ad *Archiepiscopum Salisburgensem* transfrens, pater *Ludovicus Riccius* à *Sprinzenstein* & *Gruob*, qui ipse quoque titulum intermiserit, à quo reliqui *Ritzen* ex quibus *Emmeranus* pronepos *Ludovici Liberti* *Baro & Nobilis Dominus de Ritz in Gruob & Gartenau*, *Consiliarius Salisburgensis*, *Baronatus* renovari curaverit. Jactet *Paulus Riccius Dux in Sprinzenstein* genuit *Hieronymum*, qui *Liberti Baronis de Sprinzenstein* titulo primus usus est, pater *Alexandri* & *Ioannis A.* ^{Linceæ.} *Liberi*, *Sigismundi* & *Ioannis*; *Alexander* pater fuit *Ioannis Floriani*, *Rudolphi*, *Simonis Hieronymi*, & *Venceslavi*, qui omnes habuerunt filios. Eminuit inter *Simonis Hieronymi* filios *Ferdinandus Maximilianus Comes in Sprinzenstein* creatus, interioris *Austriæ* *Martellus* & *Cæsareus* *Consiliarius* intimus.

§. III. Scutum repraesentat *Sbmach. Wapenb. P. 1. p. 20.* quadripartitum. In ^{Scutum.} primo latereulo, *argenteo*, cui desuper caelum vel nubes *caruleæ* imminet, *argenteis* *rupibus* seu trunco telluri in quo insidet nativo colore *jacipiter* (*Sprink* seu *Hyabidi*) Quae tessera haud dubie est *Dynastia Sprinzenstein*, quam sibi compararunt.

§. IV. Secundus alveolus aureus continet *grysum dimidium nigrum* corona ^{Vetus tel.} tum, gestantem ex caule viridi *flosculos tres argenteos* (an *rubeos*?) Quod dicitur ^{u. 2. tel.} *u. 2. tel.*

vctus

§. 11. Scutum familiare exhibetur inter *Barones à Sion. Wapenb. P. 1. pag. 33.* Testera Media quæ quadrantibus reliquis incumbit parmula transverse secatur, & in ea ex gentibus inferiori parte minori rubra, in superiori ampliori argentea exoritur panthera (nisi gryphem alis destitutum, aut taurum cum alis dicere malis, *igenis auribus & ore evolventis anteriora carulei coloris.*) (ein halbes blaues Pantierther mit außseyendem feuer zumant und oben/ in obenem quosern theil des weissen jeds/ auß dem intern flecken reihen theil entzierend.) Non satis accurate *Zeiler. itin. Germ. P. 1. p. 59.* pantheram ceruleam solo intabit rubeo. Hæc gentis est testera ex antiquis *Syria Marchionibus & Comitibus ortæ.* Sicuti etiam panthera sed variata tinctura usi sunt, qui ex aliis ramis familiæ descendere. Porro pantheram scutariam & quæ in apice repetitur, nec non galeam *Sigismundus Imperator 1437.* lingulis coronis aureis ornavit. A *Friderico IV. 1467.* rubra cera sigilla imprimendi jus acquisitum est.

§. 12. Majus scutum, cui hæc parmula incumbit est Illustrissimæ familiæ *Schaumburg* Schaumburgii C. Auln. z. *gia* (*Schaumburgis* in Austria, non confundendæ cum *Schaumburgia* s. *Schaumburgis* de qua *L. c. 86.* actum est: Multo minus cum *Schaubergis*, ut *Wapenb. P. 2. p. 14.* nomen scribitur, quod tamen alii convenit, de qua alibi agitur. Familia ea vetus est, & ab *Henninges Thear. General. T. 3. P. 1. p. 234.* atque ante eum *IT. Lat. migr. gent. L. 7. p. 314.* orta creditur, quod ex *Arentino* est, ex *Babonis Aboensbergis* *πατρὸς* habetis, & quidem *Diethmaro Aboensbergio* ejus filio. Recentior ille tres fratres fuisse, *Eberhardum Comitem de Iulbach*, qui cum fratribus & *Diethmaro Leonbergensi* circa 1070. les. fundaverit *Monasterium Ellenbaccense*. Cujus posteris pueri de *Iulbach* dicti: ex quibus recentior: *Gebhardum puerum de Iulbach* 1130. *Rafföldum* 1143. *Bernardum* seu *Vernardum* 1146. patrem *Gebhardi & Henrici*, quorum ille consensu *Alberti Archiepiscopi Ellenbaccense* cenobium transtulit in montem *S. Viti* 1171. *Lupoldum* ultimum.) *Wolfrannum Com. de Schaumburg & Henricum Com. de Schaumburg.* Sed *Wolfg. Lat. zuzi de migr. gent. L. 7. p. 313.* *Wolfrannum & Henricum Eberhardi Iulbaccensis* non fratres sed cognatos facit. Ex *Henrici* posteris *Henning*, d. l. plures enumerat, in quibus eminent *Henricus nobilis Comes de Schaumburg* 1240. *Leopoldus* seu *Lutoldus Episcopus Frisingensis*, Antistes etiam *Verdensis* 1338. Indubia series ostendi potest ab *Henrico*, patre *Vrici*, qui uxorem *Elisabetham Burggraviam Norimbergensem* habuit, avo *Joannis præfecti superioris Austriæ in Haynburg castro supra Anum*, & ab uxore *Marescalli Styria hereditarii*. Huic filios dat *Henninges Sigismundum, & Wolfgangum, Albertum, Georgium Episcopum Bambergensem*, defunctum 1475. *Sigismundum* assignat filios *Fridericum Archiepiscopum Salisburgensem*, qui obiit 1494. *Berardum & Wolfgangum* *αυτῶν*. Quem vero *Henninges Wolfgangum* vocat *Sigismundi fratrem*, & patrem *Georgii, Vricus* dicendus erat, qui ex *Magdalena de Kieglk* genuit *Georgium*, qui autam eam insinuit, ut diceretur *Academia Egerdingensis*, die hodie *Schul zu Egerding* & filios quidem genuit, sed ipsos prole mascula destitutos, ex quibus *Wolfgangus* stirpem clausit. Filia vero *Georgii Anna* non *Wolfgangi de Sarnberg*, ut perhibet *Henning*, sed *Erasmo Dn. de Stahrenberg*, qui 1565. dececit, nupit. A quo *Erasmo*, qui hodie superant, descendunt. Ex eo etiam ratio assumitur hujus scuti circa 1565. Quando vero *Lazius de migr. gent. L. 7. p. 314.* tradit, extinctis prolapis istis omnibus, sc. *Iulbaccensibus*, *Leoncentis* vel uti demecps *Leonbergis* atque *Dornbergis*, insignia omnium à *Schaumburgis* gentilitis adjecta, non satis capio. Nam in *Wapenb. P. 2. pag. 9.* *Leonbergis & Dornbergis* video tribui parmæ tubæ, inductum bathemum linitrum caelestinum, qui in scuto *Schaumburgio* non comparat.

§. 14. Scutum hoc *Schaumburgense* quatuor quadras continet: prima *berpiti* Ar. Schaumburg. *ta* est ex *argento & minio*, quæ testera antiqua fuit ejus familiæ vel Comitatus *Schaumburgici*, ita dicti ab arce *Schaumburg* seu *Schaumburg* in monte sita non procul *Egerdinga* urbe, quam 1367. *Vricus & Henricus* fratres ab *Episcopo Passaverji Alberto* emerunt (ex *Lazio Zeiler. itin. Germ. P. 1. p. 291.*) Hoc tamen *Schaumburg* ex primo patrimonio familiæ non fuisse oportet, ut pote cui prior sedes in *Bavaria*. *Wolfg. Lat. de migr. gent. L. 7. p. 314.* suo tempore dicit, ante plures quam trecentes annos transgressos in *Austriam*, & ab ejus principibus castra opidaque beneficio accepisse, quæ quondam Comitum à *Pellicem & Machlandæ* fuerunt. Addit: *Aique ita distinetur* Et Bavaria familia in Austriam

aliquam & in Ducatu Bojaria & Mivehia Poporum, qua posteriori Marchia Orientalis
 est, Archiducatum effecit, habere experitur, ubi adhuc possident oppida *Friedbergam*, *Pee-
 chium*, *Ashachium*, *Taezenhofen*, *Schaumburgum* castrum & alia pleraque. Curia
 fuisse in Comitibus olim inter Imperii Ordines, nec nisi 1548. e matricula expuncti atque
 per Austrios exenti. Vid. *Zeller. itin. Germ. P. 2. p. 25.*

Interim-
 peni ordi-
 nes.

Petovia.

§. v. Secundus laterculus *ternis rubris* & *aureis* vel *argenteis* potius exornatus
 fasciis transversis, inducto *cantherio caruleo* (*Wandelmaß* seu *gespürte sparr*.) Huius
 symbolum *Petoviae* dari lego *Wapenb. P. 2. pag. 37.* & quidem *Tomnes Schaub-
 gius* uxorem habuit *Annun. Bernardi de Patovione Marescalli hereditarii Styriae*. Quod
Lazius de migr. gent. l. 6. p. 190. ait: in Marescallorum à Patovione insignibus
 tria fuisse militaria & ex illa *questria*, rubro luteoque coloribus distincta ac tetradem
 viridibus infixa. (*conter abbi in insignibus Leggenbergis.*) Unde cum peritorum
 malo intelligere *Comitatum Iuliacensem*, de cuius Comitibus aliqua diximus nuper
 Castrum *Iulbach* tum a seferente *Lazio p. 313.* superiunt prope *Prunorum* Bavariae civitatis

Juliacum.

ad Annum annem sitam. Ubi addit *Schaumbergios* deservente *Iuliaci* *si sita p. 317.* *armat. p.
 lumj.* & partem praedictorum à *Ducibus Bavariae* accepisse, videhiet circa 1360. & quidem
 id *Fabriceo Schaubergio* seu *Schaumburgio* contigisse. Ex *H. nauig. d. l. addimus. l. 1.
 faberham Norimbergensem* *Ubi* viduam *Ducibus Bavariae* *Ottoni*, *Stephano*, *Henrico*
Henrico & *Joanni Iuliacum* 8000. florens oppignorasse 1377. Idem de *Henrico* *lancie*
Henrici senioris (qui quod *Alberto III.* Austriae *Duci* se opposuit, accusatus coram
 proceribus Imperii, bello petrus, & castris *Nechtenlein*, *Frankenburg*, *Aterle* &
Wildneck circa 1386. vel 1390. exutus est,) filio refert, quod 1382. *Iuliacum* contem-
 fratris & patris reliquavit *Bavariae Ducibus*. Porro *Iuliaci* quod sub illo simbolo
 intelligimus, in *Wapenb. P. 2. pag. 11.* idem plane seutum tribuitur, quod §. praeced.
Schaumbergium diximus, quod agnationem utriusque familiae amplius pro-
 baret.

Ancken-
 stein.

§. vi. Tertius laterculus *rubens* anchoram continet auream seu lignei colons
 autea *trabe dorsum versa*, per cuius anulum funis trahitur. Alibi lego anchoram
 tingendam argento, & superius nigris planis exornandam, tum funem & anulum
 auro tingendum. Ita notatur Dominium *Anckenstein*, cuius etiam mentio est in *sen-
 to Stubenbergio* (*vid. l. 1. cap. 8. §. 5.* sed cum aliqua variatione.) Haec dynastia olim
 fuit in potestate *Marescallorum Styriae à Patovione* seu à *Pettau*, ex qua *Bernardi* filii
 Joanni Comiti *Schaumbergio* nupterat, eique attulit praeter *Marescallatum Styriae* *Fri-
 drici*, *Wettosfeld*, *Vejstriz* & alia pleraque juxta *Dravum* amnem: ut *Lazius* perhibet.
 Quia vero *Agnis* ejusdem *Bernardi* filia *Leutholdo Du. Stubenbergio* coniata erat
 data, inde eadem anchora apud *Stubenbergios* in usu est quod dixi.

Etiā in
 seuro Stu-
 benberg.

Wurm-
 berg.

§. vii. Ultimus laterculus seu *serpentem virum* (*gewindene
 schlang*) gyris aliquot sinuosum coronatum refert (aliquando omittitur corona.)
 Ipso nomine indicet notatur *Wurmberg*, iterum ex *Patovionensi* familia. Nescio
 an hoc *serpens* cum priori illud sit, quod *Lazius* indicat d. p. 190. cum in tumultu *Fridrici*
ultimi Patovionis *Marescalli* notat insignia: dicens *in signibus anchora cum Dracone*
jungitur. Hic etiam *vermis Wurmbergius* *Stubenbergium* clypeum ornat, quod tu-
 pra diximus.

Galex.

§. viii. *Galex* insunt clypeo tres coronatae; *Media Stahrenbergia* vel *simi-
 vis Styria* est, cum panthera exoriente caerulea ignivoma coronata, cuius collum
 & dorsum acuminibus & pennis pavonis ornatur. Lacinae sunt caeruleae & argen-
 teae. *Priori* insunt duo cornua bubalina, quorum prioris superior & ulterioris inter-
 pingitur, alterum coeco,) utrumque autem funiculis duobus, nexu duplici, ex auro
 vel coeco jungitur. Lacinae dependent argenteae & rubrae. *Extrema* superbit iugo
 complicato alatum, quarum anterior typo laterculi secundi scilicet fasciis & cantherio,
 exaratur. Plumarius instructus est iterum argenteus & rubens.

CAPUT XCIII.

Bar. Steger de Ladendorf.

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Scutum.

3. Vetus tessera.
4. Siehelbeck.
5. Galea.

§. I.

Generosam familiam *Baronum Steger de Ladendorf*, Celeb. *Bucelinus Germ. T. 3.* Familia. *Sp. 224.* deducit à *Laurentio Steger de S. Pito in Siehelbach & Niderturnbach*, qui circa 1470. vixit. Fuere autem veteres Aulnaci, & præter modo enumerata posterunt etiam *Ladendorf & Hermansdorf*.

§. II. Scutum est apud *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 39. aureum*, in quo *ponti* Scutum. *publico duobus jugis decussatis mixto*, quo subtus fluens rivus sternitur, insidunt *duo galli gallinacei nigri ad versus*.

§. III. Vetus tessera fuerat *aureus pons vel ligneus cum duobus fulcris decussatis* *Vetus in solo nigro.* (Cum *gelber oder holz farber siegenur zweyen unterfesten creuzen* tessera. *(shragen.)* *Quæ tessera ad nomen alludit.*

§. IV. Duo galli *gallinacei nigri ad versus* consistentes (*gegeneinander stei: Siehelbeck, & cristis & pedibus rubris in auro solo* notariunt familiam, jam extinctam, *Siehelbeckiorum* seu de *Siehelbach*: Ex qua *Laurentius*, a quo superius capimus, uxorem *Margaretam Siehelbeckin* habuit. Dein utraque tessera conjuncta est, & galli *ponti* impositi, quales nunc videntur.

§. V. Galea imponitur coronata, ex qua prominet *jugum completatum alarum*, Galea: quarum prior *auro* tulget, altera *nigra*, inter quas *pats pontis scutari* apparet. Latine sunt *aurea & nigra*.

CAPUT XCIV.

Bar. Strein de Schwarzenau.

ARGUMENTUM.

1. Origo familia. Linea. *Joannes Georgius ultimus. Richardus.*

2. Scutum.
3. Tessera gentilis.
4. Thiersheim.
5. Galea.

§. I.

Petillustri *Straciorum Dominorum de Schwarzenau* familia ex vetustissimis *An-* Origo
familias.
straciis est. *Claviss. Bucelinus Germ. T. 3. p. 227.* eam orditur ab *Idarico* Marchionum de *Pachlern* ministeriali. Habent vero castrum gentilium *Schwarzenau* ad *Teyam* infra *Anasum*. Aliquando omisso *Streino* id solum nomen usurparunt. 1197. vixit *Pilgrinus de Schwarzenau & Viricus Strein* 1261. Ad vero de *Schwarzenau* 1359. *Pilgrinus Strein* Rudolphi IV. Ducis aulæ Marscallus. Hujus abnepos *Volfgangus* ex filijs *Joanne & Henrico* duarum linearum capitalium communis pater est: hæc vero nuper *Linea*, 1679. in *Joanne Georgio* Philipsburgio præsidio præfecto gens ult. defecit, cujus avus *Joannes*
Richardus Baro Streinus, Baro de Schwarzenau Cæsareus Consiliarius intimus & fa- *Georgius*
cifici præfectus fuerat, & 1579. Litteris insignis opus Genealogicum de antiquis *ultimus.*
gentibus atque familijs Romanis edidit, 1600. in arce sua *Freideck* detinuit. *Richardus*

§. II. Scutum apud *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 24.* pingitur quadrupertitum. Scutum *Prima & quarta quadra trauferro* scatur ex *cyano & auro.* In secunda & tertia *rubea solum excavatum nymphæ* (*antiqueholte seeblatt*) ex *argenteo* conspiciunt.

§. III. Prima tessera est *gentilis*, nec tamen perpetuo eodem modo usurpa- *Tessera*
ta, aliquando enim duplicata est, figura binarum cervicarum & aurearum faci- *gentis.*
tum. Sed jam à multo tempore sola illa sectione contenti fuerit.

Thier-
stein.

§. IV. Solum nymphæ designat stirpem extinctam Dominorum de Thierstein, quæ cum linea *Teutonica* & *Herzsteinia* conjugio connexa, nam Helene quem §. 5. nominat, Apollonium de Thierstein uxorem habuit.

Galez.

§. V. Galeæ imponitur duæ prior in vetustatis memoriam sine claritate: tur (*Stechhelm*), & ei inter alios interius auro, superius caruleo colore in casulo leo coronatus aureus lingua rubea, vel albas etiam rubeus. Aliqui coronam imponunt. Olim non uno apice et unius uisus est, pennis pavonis, cornibus leonibus, donec iste placeret, qui hactenus servatus est, inter laciniæ aureas & cymæ Altera galea tegitur petalo rubeo, qualis Galeæ Cardinalium esse solet, impoitis tribus thioniciis plumis nigris. Laciniæ sunt argenteæ & rubeæ.

CAPUT XCV.

Rex Sveciæ.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Antiquitas regni, Familia regnatrices, Gistavus, Palatinus. 2. An virgines duæ tesseræ regni vetus? 3. An meteges? 4. Scutum hodiernum. 5. Trias coronarum origo. Usus. Cum Danis controversa, Compositio. 6. Iterum de coronis. 7. Coronarum situs. 8. Leo Gothicus, Ostrogothia, Gothia lacus. An Finlandia. 9. Coniunctio Gothica: Sveciæ symboli. 10. Regum gentilis tessera. 11. Wasarum seu Troilorum fasciculus. | <ol style="list-style-type: none"> 12. Palatinorum familia nuda. 13. De Danis & Norvegiæ assuetudine. 14. Quæ ob divisiones Germanicas. 15. Apex. 16. Tessera provinciarum Gallicarum. 17. Svecitarum. 18. Nordlandicarum. 19. Finlandicarum. 20. Tituli veteres. 21. Moderus titulus. 22. Finnonia seu Finlandia. 23. Scania. 24. Esthonia, Livonia, Prætensia R. Polonia. 25. Carelia, Kexholmia, Ingria. 26. Provincie Germanicæ. 27. Titulus Caroli IX. In Japonis jui. |
|--|---|

§. I.

Antiquitas
regni.

Inter antiquissima Europæ regna Svecicum esse, non tantum traditione vulgatum est, sed ex qua *Cæsar* prodit, 500. annis post diluvium illud capisse: sed in genere etiam non improbabile hoc antiquitatis peritissimus *Hugo Grotius proleg. ad histor. Goth.* p. 8 existimat: licet apud omnes veteres *Seytharum*, quorum progenies sunt omnes Germaniam omnes gentes, antiquitas pro comperto habita sit. Et quidem originem tribuunt *Magegon* nepoti *Norchi*, qui in *Finlandia* habuerit imperium, & quinque filios genuerit, *Sveonem* à quo Sveciones, *Getharum* seu *Gegum*, à quo *Gæti*, *Thorum*, *Germanum*, *Vibonem*. *Sveonem* in Svecia regnasse inquirunt, & post eum 236. annis post diluvium *Vibonem* fratrem. *Erico* attribuunt, quod primo in insulas Danicæ interit colonias. Familias vero Regum ante *Caroli M.* tempora, quam periodum minus certa historie dixerit, potiores illas recenset: *Erici II.* Gothiæ & Sveciæ regis circa 826. post diluvium. (Ex cuius posteris orti *Danus*, *Angul*, *Norus*, à quibus Danorum, Anglorum, Norvegorum nomina.) *II. Svihdageri R. Norvegiæ*, qui cum Sveciæ & patrio regno Danicæ junxerat perhibetur. *III. Erici sapientis*, iterum ex Norvegiæ tempore Christiani. *IV. Ingonis* seu *Ingolfs*, cuius posteritas in duodecim generationes durasse fertur. *Caroli M.* ætate Rex fuit *Gotharum* & *Svecorum* *Berno* seu *Pero*, cum illo iudicare iunctus, qui etiam ab ipsius filio *Ludovico* missos Doctores Christianos recepit. Sed demum *Ericus III. Secusbellus* ipse *Christians* sacra suscepit, ejusque filius *Olus* eadem strenue propagavit. Nostro ævo viciniore familia ille fuit: 1. que ab *Ingonis* registratæ *Hulstano* rege descendit, cuius proneptis *Christians Erico Sancto* regi nupsit, à quo 2. altera familia. Horum iterum proneptis *Ingelargis* uxor fuit *Birgeri* *Stols*, qui nomine tantum abstulit regno, sed regnum rexit; novæ iterum 3. gentis autor: quam clausere *Magnus Smeck* Sveciæ & Norvegiæ, atque filius *Huginus*, hujus tantum Rex. Inde exteros reges per terminas tamen a prioribus descendit.

Familie
regnatricis

descendentes passi sunt Sveci Albertum Megapolitanum, Margaretam Danicam, Haquini uxorem illam, Iréli Semiramidem, Ericum Pomeranum, Christophorum Palatinum. Inde erant contra Danos rex factus, sed varia eius fortuna: Tum imperavit ex Danis Ioannes & Christiernus, sed tere invitis: unde lupus tyrannide omnino exasperatus. Danico regimini nuncium misere, & ex *Vasorum* seu *Trullorum* sanguine Gustavi ^{Gustavi.} *Erici* elegerit, qui de regno tam bene meritus est, ut hereditaria successio potestati eius decerneretur. Unica ex illa superest gloriose regi, Gustavi Adolphi filia, *Christica*, quæ quod deposuit sceptrum transmittit ad amicum *Carolus Gustavum Palatinum*, ^{Palatini,} cuius filius Potentissimus *Carolus XI.* nunc quoque relictet imperat, & quæ pacem & bellum decet virtutes hactenus ostendit.

§. II. Quod tesseras leuatas attinet: De antiquis consulendus erit *Theod. Heppig. de Jur. vulg. c. 6. P. 3. cl. 3. §. 2. p. 315.* Quia: *A vetustissimi mortalium memoris Svecie regni duæ virgines coronatas, auræ corositas, sese mutuo in virenti silva amplexantes, tanquam *Deorum nymphæ* unexcelentiam in ea regione ostendentes, insignia fuisse perhibet *Olaus Magnus L. 2. hist. rer. sept. c. 25. p. 83.* quem etiam sequitur *Franc. Menca. in delict. ord. Equestr. rubr. ordo Eq. in regno Svec. p. 158.* & huc alludit *Felix Malteus de nobil. & rustice. dial. c. 29. dum ita scribit:**

*In silva Rex Svecionum vult sine gemellis
& virenti pictis sub complexu domicellas.*

*Vrum in hoc hallucinat *Olaus* scribit *Ioan. M. J. in theat. Nobil. Svec. in paraphr. c. 3. cum hæc binc virgines coronatæ in virenti nemore se amplexantes, non tam Svecionibus regni insignes, quam concordæ duntaxat inter ipsos Gothosque inter emblemæ fuerint.**

§. III. *M. Gilb. Vireni. R. d'arm. P. 3. p. 375.* veteribus adhibetur scutum diametraliter ex rubro & caruleo colore sectum, interrupta *mergite auræ*: ob fertilitatem. ^{An mer-} ^{B52} Fotte ex eo error, quia *Vasorum* gentile dicitur, & tenet adhuc modum est.

§. IV. Quod scutum attinet, quod nunc mutui, id *Wapenb. P. 1. pag. 2. videre* ^{Scutum} ^{hodiecc-} ^{num.} licet illud quadrupertitum area prima & quarta *caruleis* terna coronis aureis: tertia & quarta *auris* (quas tamen tertiæ in *caruleis* ex similita parte dextroriarum fluentes distinguunt.) *Leones singulos rubros coronatos* refert (*Brianvill. J. d'arm. p. 125. Leonem auro, coronam mureo tingit.*) Vidi alicubi partitionem eam fieri mediante *cruce*: an verisimile aliquid singulare notetur, num sculptoris phantasiæ illam aliterbere necesse sit, non facile dixerim. Certe negat *Olaus Vixionius* apud *Helsing. d. l. c. 6. num. 527. 528.*

§. V. Tres coronas vetus *dēyza* regni sui perhibet Sveci. Ita *M. J. in theat. no-* ^{Trium co-} ^{ronarum} ^{origo.} ^{Ulus.} *lil. Svec. paraphr. c. 3. p. 110.* Sveciones a primordio regni sui pro insignibus tribus percepto usi diadematis, moderatores suos non Svecicos sed *Urbane* reges compellantes: idque hæc potissimum de causis, quod cum Rex *Urbane* primarius foret regum omnium *Bothicalium*, reliquis ab illo suas ditiones sub pseudo possidentibus, *Urbane* summum *Deorum cultus, sanctorum iustitiæ administrande forum, & summum regnum Azurloniarum* fastigium regere, ab omnibus frequentarentur & colerentur, hinc triplicem præ reliquis prærogativam maiestatisque triplicem diademate Sveciones demonstrare *incubantur.* Eod. c. 3. p. 109. docet, in fragmento uno rudetum antiqui saxi *Morslecken*, ubi prope *Urbane* reges Sveciæ eligendi antiquus mos fuerat, adhuc hodie conspiciuntur diadematum figuram, argumento, huiusmodi peculiariter exate Svecetum insignia. Idem *M. J.* peculiari tractatu tria illa diademata descripsit. Alia mysteria coronatum allegat *D. T. T. p. 159.* amplitudinem ditionum, bellicæ expeditionum gloriæ & metallorum in regno abundantiam, quod ex *Olo* perhibet. Alii *Svecorum, Gothorum, Urdalorumque* tria regna notari avertunt. Vandalos in *Finlandos* mutat *Varann.* P. 3. p. 375. Et quidem alias etiam plurimum regnorum tesseram plures coronas fuisse, non insolitum. Ita *Delino* Britannicæ regi plurimum regnorum occupatori, ac ter coronato, hæc tres coronas in solo caruleo, quæque regibus successeribus usque ad *Uterpendum*, nem tribuit *Uterpend. de milit. c. 12. p. 127.* Unde tress hæc coronas aliqui *Svebi* quo tribuere volunt, qui primus tria *Arcto* regna conjunxit: sed coronatum aut insignium usum quis tam antiqua demonstraverit: hæc fidei adhibere *Celebert. Loccenio Hist. Svec. L. 4. p. 111.* qui ita: *Albertum præter Sveciam, quam imperio jam tenebat, etiam Daniam & Norvegiam armis subigenda*

animo, tribus coronis pro insigni regni Svedici primum usum esse, quidam scriptores perperam opinantur: quum illud de re regni in igne vetus sit, post alios reges jam ad 1100. Sancto cognomine & Magno Imperator dudum ante Alberti etatem usurpatum, uti ex documentis, quae adhuc extant, probare datur. Idem deminceps circa 1548. L. C. p. 1. conqueritur, quod Rex Daniae cepit utrum coronatum insigni, quod Svedici regni vetus ac proprium sit: nec ipse antehac nec pater Fridericus usurpaverit.

Cum Danis controversia.

Svedici ita visum esse, quod si eorum successores praeterita, cum Svedice regnum hereditarium factum fuerit, si eorum quandam jus in illud retinere vellet, ut ex occasione disceptare & discutere posset, quod sopitum erat: obventum fuisse tandem conjunctionis trium regnorum a Margareta ceptae & quasi Daniae regni hereditarii tituli. Ob hoc expostulasse cum Christiano III. Gustavum. Iterum retentum postquam quod 1559. Ioannes Dux Finlandiae regis filius Holmiae, cum appulisset onerata a rege ex Dania, qui in puppi insigni praeteret trium coronatum, illud extendi iussit. Quippe tunc communis fama esse ferelatur, quasi illud R. Daniae Fridericus successori Christiani patris ad arrogandum sibi jus aliquod in Svedici regnum usum pareret, cum quomodo insignia regis essent regni etiam aut praeteriti in id juris signa vel argumenta. Ulterius itum Gustavus literis monuit Fridericum. Exin inter Ericum & Fridericum ex hac & alia causa ad amia deventum est. Demum inter pacis Svecicaensis conditiones ista fuit apud Lovicam. L. 2. p. 385. Trium coronatum insignia utriusque rex in eorum singulis jurisdictione & imperio usurpato, donec controversia de illis Cesis, Saxonis & Brandenburgici Electorum, Brunsvicensis & Anhaltini Principum, in quos utriusque committantur, interventu & cognitione utriusque partis documentorum, & quae potiorerent nitantur, ad finem deducatur. Iterum in pacificatione 1613. utriusque regi servatus trium coronatum usus, sed ut ob eas Danico praetensio in regnum Svediciae nulla esset. Unde easdem coronas videmus adhuc in Danico scuto.

Compositio.

§. vi. Eundem Joh. Loccenium de argumento trium coronatum differentem audiamus de antiq. Svec. Goth. L. 2. c. 9. pag. 58. Tres coronas esse vetus in igne regni & regum Svediciae ex antiquo Saxo Morastien, cui incisae sunt, ex antiquis nummis & scriptis diversorum Svediciae regum, et abala ad S. Erici sepulchrum suspensa, aliisque monumentis evidenter liquet. Quae cum Laurentius Petri indidisset. MS. de tribus Svediciae coronis, Messenius c. 13. speculae Svecorum atque alii susius probantur, ego lectorem ad eos remittendo hic breviter ero. Idem p. 59. mysteria coronatum examinat, in primis Olav. M. & Messeni sententiam excutit.

Iterum de coronis.

Coronatum situs.

§. vii. Situm coronatum, non semper eundem fuisse argumentum est, quod Iago H. scutulo medio seu gentili tres coronas ita apposuit, ut una scutulo immineret, dux à latere illud stiparent. Apud M. H. u.

Leo Gothicus.

§. viii. De Leone Gothico audiamus denuo Loccen. antiq. Svec. Goth. L. 2. c. 9. p. 58. Leo coronatus cum tribus lacubus vetus Gothorum in igne est, ut Olav. M. L. 2. rer. Goth. p. 25. Pontan. Hist. Dan. L. 9. p. 516. & Ioan. Mariana L. 7. rer. Hist. p. 3. testantur. Mariana verba haec sunt: Gothorum Regum insignia Leonis in peries erecti, atque diducto rictu formidabilis. In Vislrogothia ad templum in Kongsbuiky, ut appellant à R. Olav Skötkonung, qui accepto Christi in summo ibi ex fonte lecti baptisatus est, extat monumentum, cui duo leones, ut in igne Gothorum, incisae sunt. Hinc in nummo unciarum argenteo Caroli IX. R. Svediciae 1610. inciso & publicato leonis imagine scorsim expressa addita est vox GOTHIA, quod hoc priscum Gothiae in igne esset, velut in imagine trium coronatum apposita est vox SVEICIA, quod illud vetus Svediciae in igne esset. Iterum p. 59. de significatione ita habet: quod leo supra tria fluentia assueat. eo quidam Gothorum fortitudinem, olim in tres orbis plagas effusam, & variis caeteris expronantibus non abs respiciantur voluit. Leonis enim in viciniam robur & fortitudinem, in comperto est. Olav. M. autem hac imagine illud adumbrari voluit, ut Gothi proinde agant, & respiciendo (ponit enim leonem respicientem) sibi caveant ab hostium incidiis, nec temere in pericula praesiliant. Caeterum ut patet ex antememorato FT. Irogothia monumento, in camiterio templi Huby quondam a majoribus Gothorum facto, duo leones ex adverso in unam quasi faciem hiant. & se invicem concutiunt. Ita adhuc in insignibus hodiernis representantur, ut praesentiant, non respiciant: qui alia causa vel significatione? quam ut miles Gothus aperte & facientem atque ex adverso eum bene dimicare

dimicare promptus sit. Quod præter candidæ ævæ in adversum objectæ suænta etiam campus cæli colorem referens in dictis insignibus admirare videntur, utique Svecobothnicus miles palam prælium incat, & leoninos spiritus exferat.

Hofthibus haud tergo sed forti pectore notus.

Et quidem cum Gothia notetur hoc symbolo, in specie *Ostrogothia* illa dat insignia *Ostrogothia*. *Mih. P. N. Svecionius*, unde partem tesseram toti attributam oportet. Ita aliqui antiquis Gothis regibus dant furtivum leonem in solo argenteo cartulis undis oblique dextrorsum exarato. vid. *Blondell. Genral. Franc. plen. assert. P. 2. p. 360.* Tribus illis fluvius alio eodem Gothiæ lacus *Mellerum, Vennerum, Vetterum* notari autuntant. Alii *Finlandiam* notari censere, sed errant. Aliud vero Gothiæ *δὲ γῆμα* videre est in Daniæ regio feuto, quod ibi consulas.

§. ix. De conjunctione Gothiæ & Sveciæ symbolidem *Loecen. l. c. p. 58. Irraque insignia trium coronarum & leonis cum tribus lacubus in unum conjuncta sunt, ex quo Sveciæ & Gothiæ sub unum regnum & regem cor. erunt, quod factum est sub Ingello II. R. Sveciæ. Tunc cum Sveci & Gothi jam ab initio conditi hic impo- in unum corpus coadheruit, ut leges Sveciæ in ipso limine & *Ioannes Magnus in c. 2. præfat. hist. Svec. docent: tunc propter amulationem mutuum, aut crudele nonnullorum regum imperium, & sub imagine quadam libertatis, secessione à Sveciis sub Alarico vel Alrico R. facta, separatos & proprios sibi reges aut principes eligere cœperunt; donec sub Ingello II. vera & solida Svecionum & Gothorum conjunctio fieret.**

§. x. His regnorum areolis medio loco ab antiquo peculiari parmula reges soliti sunt inferere gentiles tesseræ. Ita *Dirus Ericus* una cum focero suo *Ingone II.* præter Svecorum Gothorumque stemmata memorata, bis in clypeo leonibus jussu promissis & manente sibi obversis utebatur. *Svercherus III. leone* juxta morem *Folkungorum*, utrinque tamen rhinocerote erecto & hastam vexillatam cum mignibus Svecorum Gothorumque præferente ac una clypeum apprehendente, colloque diademate redimito utebatur. Teste *Messen. Svercheride* etiam *Colubrum* ad *Mediolanensis* modum efformatum, sed qui loco infantis stellam levi mortu apprehenderet, gestarunt. Exteri diversimode et inxerunt insignia, ut tamen nunquam aut raro tres intermitterent coronas.

§. xi. Quod in *Sibmacher*o conspicitur medium *Wafarum* genti seu *Trollorum* *Wafarum* proprium fuit. Id vero trifarium oblique tecatur, in bande. Perperam apud *Sibmacherum*, tota parma cocco tingitur inscripto balthico argenteo, ex rubro, argento & caruleo, cum fasciculo aureo. Audiamus vero *Messetam* ita differentem *Tbustr. nobil. Svec. in paraphr. c. 13. p. 133.* Cum ad *Gustavidum* profusam devolutum esset Svecorum regnum, obigit, ut hereditaria vetustissima & celeberrima hujus familia insignia, que superiori hominum memoria fasciculus ater in ipso aureo, superne resolutus, inferne arcibus colligatus, eodemque modo ex Galea cono intra bina utrinque cornua promicans, instar stabelli ex tenuissimis elaborati scandulis constituebatur. Verum cum Anno 1540. *Serenissimus & Potentissimus Gustavus Svecorum, Gothorum, Fandiæ* utrinque Rex prædictæ gentis sue mutaret insignia, loco nigri sulcum & utroque probè colligatum rubea, candida & carulea in areola fasciculum subornavit & exornavit; similique fasciculo utroque more pristino cornibus obmunito gleam condecoravit. Iterum: *Arta & gentilitia potentissime apud Svecos Gothosque rone familie insignia sulcus in clypeo oblique in rubrum, candidum, caruleum partito colorum, designat fasciculus si perne inferneque opido vincitur, altero prorsus simili de olea niter cor una bina, diademate redimita, eminenti, &c.* Non videtur medium clypei Svecici, quavis hodie est, occupans locum inter signa septem vel hilius, uti vulgo creditur, denotat, sed antequam nuncium *Gustavidum* apud Svecos familie haud pestime pars summa exstitit Sveciæ in *Waha* appellata, Latine verò *Sices*. Dicitur vero *Sices* a fasciculi similitudine & representat one, haud obscure regni durationem, stabilitatem ac firmitatem significantes, quasi nulli adhuc externa potentia & rei unquam subjectionem fuerit: imo a pluribus olim regibus in unum quasi fasciculum cementum habeatur. Ceterum ad *Wafarum* nomen illo in symbolo alludi, nec dubium est. Quia autem ex eadem gente reges *Poloniae Sigismundus, Uladislaus Sigismundus & Joannes Calimirus* orti, etiam in parmula *Polonicorum* regum media fasciculus ille seu merges conspicitur.

Palatino-
tum par-
mula me-
dia.

§. xlii. Qui post Christinam solum confendit *Carolus Gustavus* Rex Gloriosissimus eiusque filius, qui nunc sceptrum perit, loco hujus scutuli Watarum hinc et hinc *Palatium* quodam imperitiam ex *Hararico*, *Lithacensi*, *Christo*, *Montenapoli*, *Bolis*, cujus quadratura media incumbit *Palatino* leone insignis parmula.

De Danie
& Norve-
gie ascen-
tessera.

§. xlii. *Fridericus II. Danie* Rex 1562. de *Friderico* *Suecia* conquectus est, quo in sui injuriam insignia *Norvegie* & *Danie* gessit. Conf. *Thuan.* l. 36. p. 312. Unde in *Stetinensi* pace illis abstinere iussus est. L. 47. p. 83. Quae vero serie vel dispositio illa suis admittentur, nondum vidi.

Quae ob-
dices
Germani-
cas.

§. xlv. Postquam accessere provinciae *Germanicae*, ex *Osnabrugensi* pace servavi, scutum in sex areolis una perpendiculari & duabus transversis distinctum, in quibus primam & quartam *coronae Suecicae*, secundam & tertiam *leo Gothicus* occupant, quoniam *Bremenensis* *claves decussatae*, (unde eam cocco tingi, claves ex argento formari necesse est,) sextam *Ferdinandis* crux ornant. Toti autem clypeo *Palatina* parmula incumbit.

App.

§. xv. Scuto quae imponitur *coronae* pro more regum hodierno *clausa* esse debet. Nec enim dubium esse potest, Regem *Sueciae* nulli subesse: prout illum ab impetitione eximit *Conring.* de *Em. imp. Germ.* c. 14. Confer *Loecon. antiq. Goth.* l. 2. c. 1 p. 29. 32. Si vero *galea* imponatur, quo illa ornatur apice non memini legisse: nisi huc referre velis *Vasorum* apicem, qui ex *Job. Meyen.* c. 13. p. 138. et inter cornua bina fasciculus scutarius. Telamones sunt ex *Menestr. verit. art. d. l. c. 14. p. 172. duo leones coronati.* *Svecherus III.* autem usus est scuto, quod utrinque *rhinoceros* (an monoceros) *erectus* & hastam vexillatam cum insignibus *Gothorum* *Svecorumque* praefrens colloque diademate redimitus apprehendebat.

Tesserarum
provinciarum
Gothicarum.

§. xvi. Alieubi, in primis in monetis, observavi duplici circulo provinciarum *Svevicarum* scutula exhibita esse. Series vero cum haec scribo non succurrit. Exhibebo tamen, quae ex *Vexillario* & aliis notavi symbola provinciarum, ordine vando nec ubique additis coloribus. *Ostrogothia pars Orientalis* (Oestlantang) unum clypeo tribus fluminibus perfluo, leone impresso, quod diximus regni fuisse commune hieroglyphicon: nisi differentia illa sit, quod campus media parte auro tingatur. *Pars Occidentalis* (*Wæstlantang*) dicitur notari dracone volante, qui caput & pedes rosas, alvum stella ornatur. Alibi vidi *Ostrogothia* dari gryphum, cujus tamen caput & cauda instat feræ *Syriae*. *Vestrogothia* utitur parmula ex angulo dextro secta, ex auro & caruleo, leone ad similem sectionem oppositis coloribus tineto inter duas stellas in superiori areæ parte. *Simalandia* notatur leone, qui erecto capite, intento arcu & impolita sagitta minatur. *Fermelandia* olim regnum, aquila utitur expansa: *Alandia* insula cervo seu rangifero gradiente in parmula consistit plinthidibus.

Sveconicarum.

§. xvii. *Sveconiae* propriae annunciantur provinciae *Sudermannica*, *Angermanica*, *Dalcarlia*, *Vismannia*, *Uplandia*. *Prima* (qua olim regnum) utitur grypho nigro alas expandente in clypeo auro. *Secunda* repraesentat in candida planitie decussatam locatas duas sagittas, comitibus quatuor purpureis rosas. *Tertia* iterum in area argentea duas sagittas decussatam locat, imminente illis aurea corona. *Quarta* in scutulo candido tres montes exhibet quinque flammis & fumum vibrantes. *Quinta* aureum pontium refert supernotata cruce.

Nordlandicarum.

10. Scutum. Dignitas principalis. Roſenbergii Franconia.
11. Apex.
12. Roſenbergii Carinthiae.
13. Scutum & Galca.
14. Roſa ſolius uſus.
15. Spangſtein. Turcia.

§. I.

URſinorum celebre nomen in Italia eſt, & inter quatuor Principes familias Romanae Origo
nobilitatis numerantur, rebus geſtis incluti, & omnium Columnarum tere perpetui Familia.
adverſarii, his pro *Cibellina*, Urſinis pro *Guelſica* parte itantibus. *Fr. Sanſoninus* de num
hanc
Zzz 3

hanc descripsit, & refert *Muncillum* filium *Albini Capitanei Gothi* ab *urfi* fuisse laetatum, unde nomen *Vifnorum* cepit. *Albinnus* autem occisus acie, in qua tunc victoria ex ejus parte steterit, & sepultum esse in suo vexillo, quod *baltheis* atque & *tubeis* pictum erat, cum iniecerant milites rotas candidas, verum hostili etuere ceteris. *Raph. Volaterranus* ait, *Francia* & *Vifnum* fratres filios *CVifni Capitanei* *letanti*, cum à Lombardorum obditione Romam liberarent, à senatu & populo insigniis & jure civitatis ornatos. Ex Germania illis originem *Frangus* *Berzoni Chron. & Gen. Anhalt.* aliam L. 1. c. 10. assignat, nimirum *Aribertum* seu *Armonem* filium *Ariberti Vifni*, orti ex *Berzonia* Saxonica familia (ex qua majorum aliorum odio Francorum ad Romanos, & quidem *Theodorum* juniorem venerit, eique militarem operam navavit, unde *Beringorum* nomen in *Vifnum* mutatum sit. *Ramus* mansisse, cum frater *Radebotus* patri in ditionibus balienstert & *Afcanie* in Germania succederet, cumque prole careret, ejus hereditatem iterum ex fratre *Radeboto* potentem *Aribertum* seu *Aribonem III* crevisse, & autorem Romanorum *Urfinorum* factum, ac 708. extinctum esse.

Italiciana.

§. II. Qui quid vero de origine sit, quæ disquisitio cum nimis alte ascendit, plerumque in tabulis detinet, saltem nihil certi reperit, hodiernum gens ea Romæ ceteris, & plures numerat *Duces* ac *proceres*, qui amplas ditiones possident. Ex illis etiam sunt *Duces Bracciani*, *Sancti gentini*, *Gravina*, *Montisruundi*, *Castelli*, *March. Montis. Savini*, *Principes Matricæ*, *Comites Petiliani*, *Acquilarie* & alii.

Scutum Duc. Bracciani.

§. III. Ducis Bracciani, qui caput familiae est, scutum tale repræsentat *Sammarth. l'Ess. de l'Esp. p. 43.* ut quadris totidem *Aragonici* palli, *Imperialis* aquila, *Andalusia* lilia, subjecta cruce *Hierosolymitana*, & *Hungaricæ* fasciæ repræsentarentur: eis vero nova palma imponeretur denuo quadruperta. Prima & extrema areola, quæ proprie *Ursina* & gentilis est, ternis *baltheis* argenteis & *tubeis* exaratur imposito cephalo argenteo cum rosa ruoca, auro gemmata, alio capite l. fasciæ subjecta aurea, cum anguilla cartulea. *Sylv. Petrasincta* ita enunciat *l'Ess. gentil. pag. 488.* *Rosa punicea, gemmata guttulis aureolis, & in apice scutario argenteo lata, cum subjecta insista aurcolæ tractali, in qua scripta anguilla cyanea, atque insuper cum ima parvula regione oblique sextes ostro atque argenteo lemniscata.* Secunda & tertia argentea utrumque refertum nigrum, cum numella aurea.

Areolæ majoris scuti.

§. IV. Quod attinet majoris clypei quadras, rationem eatum assignare nescio: haud dubie vero ab aliqua filia Regis Siculi ex *Aragonis Urfino* alicui elocata allegabantur: ibi enim facile prædicta *diversitate* concurrerent.

Tesseræ propria Urfinorum.

§. V. Rosa & fasciæ Urfinorum, quod duntaxat symbolum: Anguilla notat *Comitatum Aquilarie*: Hunc tenuere peculiare Comitatus, quos ex parte enumerat *Hennings Theatr. T. 4. P. 1. p. 1065.* Cum vero *Franciscus Aversis* filius ob itinera publica infestata à *Papulo II. Pontifice*, ejus monita aspernatus erat, captus fuisset, & per quinquennium detentus, demum *Innocentius VIII.* Anguillarum his Comitibus ademit, atque *Francisco Ciboni* seu *Ciboo* dedit, à quo in familiam *Vifnam* venit. Hiis Comitibus Henning, dicto loco anguillam tribuit, quam dem videntur Urfini inheruisse fasciæ capiti subjectæ. Nescio vero an universa gens ea utatur. Certe *Virginio Vifno* Cardinali idem *Sammarth. p. 415.* anguillam non adscribit. Urfus cum numella ad nomen gentis alludit.

Apex

§. VI. Scuto imponitur galea coronata, ex qua nascitur urfus niger cum numella aurea, dextro pede rotam gestans purpuream. Laciniæ dependent argenteæ & tubæ.

Ex illis Rosenbergi.

§. VII. Porro sicuti ad Italos Urfinos & Columnios plurimæ Germanorum familiae originem suam referre amant, incerta traditione: quemadmodum cum primis ad Urfinos referre amant *Afcaniam* Illustrissimam stirpem, quam tamen antiquiorem Urfinis Romanis, & hos ex ea ortos, sed altero ramo Peringiorum extincto ex illo Romano gentem denuo propagatam esse tradit, ut §. I. diximus, Protulius: ita tamen vix dubium patitur Illustrissimæ familiae *Rosenbergiæ* ex Urfinis derivatio, cui in primis insignia favent.

Horum deductio.

§. VIII. *Cel. ber. Buccelini Germ. P. II. p. 232.* de origine illa verba sunt: *Vitellus Vifnius Romanus circa annum 1350. turbas Arnoldi, latum fugiens cum cognato anfratre Nicolesio*

Nicoloto Vrsino, ille sub Henrico duce in Carinthia, hic sub Hermanno Goritia Comite in Saxoniam confedit, iste Vrsinorum Comitum de Elway in Carniola, ille Comitem Rosenbergorum in Carinthia autor fuit. Vitellius à Slatas Viteck ductus fuit, quod paruum Vitum scilicet Vitellum sonat. Huius filios dat Viteck I. I. à cuius filio Vollebros Rosenbergos Bohemia deducit & Henricum I. à quo Carinthia. Quam is autem dilentant, quæ paulo ante in genesi Rosenbergorum Bohemorum p. 230. dicitur, cum Viteckum I. iam Dominum de Rosenbergo & Crumlow circa 1150. dicitur, & Henrico alios de posteris, dominos de Crumlow, de Alubocka, de Viteck, & ceteris: non tamen ob hanc differentiam, deductionem totam in dubium revocandam credo.

§. ix. In Bohemia certe linea, quæ ibi sedem fixit, celeberrima fuit. Viteck gentis de-
enim, qui 1262. mortuus est, regni Bohemiae fuit Marefcallus, Capitaneus Austriae & Styriae coria.
sub Ottocato rege; filius Viteko iterum regni Marefcallus, Henricus Burggravus seu Prorex Bohemiae, Nicolaus I. piscopus Pragæ gentis. Henrici filius Petrus supremus rex fuit Camerarius, & regis Venceslai III. iduam Polam seu Elisabetham Tebunensem in Finis.
matrimonio habuit. Huius nepos Henricus de novo Prorex in Bohemia claruit. Ino Viteckonis III. Gubernatoris Bohemiae filius quatuor ordine Gubernatores tuere Henricus, Iohannes, Iohannes, Petrus: Unde eandem dignitatem deinceps gessit Wilhelmus, gentis, quæ in fratre eius Petro Wockone, qui vivus adhuc Crumaviam Bohemiae civitatem, Rosenbergorum sedem, cum ditione annexa Rudolpho II. Imp. cesserat, & veluti donaverat, 1611. in Bohemia defecit, penultimus, *Eq. A. V.* qui ex quatuor coniugibus Catharina Brunsvicensis, Sophia Brandeburgica, Anna Maria Badensis & Poixena Bernsterna nullam sustulit prolem. Memorat Zeiler. *itin. Germ. P. I. p. 166.* ex veteri Successio,
pactò Dominos de Schwvanberg in bona Rosenbergia successisse. Unde etiam civitas Sobieslavia, quæ semper Rosenbergiis fidelis manserat, & ab ultimo Petro libertate donata fuerat, Schwvanbergium patronum elegerit: qui etiam in ea ex testamento Petri collegium aliquod condiderit.

§. x. Wilhelmus tentum ita describit Chifflet. *Eq. A. V. n. 267. Scutum sextis argen-* Scutum,
to & minio oblique dextrorsus terminatum bandè caput scuti argenteum rosa cocci-
nea auro gemmata impressum? idem caput sustentatum (cher fountenu) auro trans-
versis tania; quæ exurlica angustia est exarata. Prius eodem modo repræsentat cly-
peum Sibmach. *Wapenb. P. I. pag. 8.* (Principibus Rosenbergiis annumerans, forte Dignitas
ob dignitatem, qua in regno ciebant, sed & *Mart. Zeiler. itin. Germ. P. I. pag. 167.* Principalis
& 621. eos Principes vocat, *Fürst und Regent des Hauses Rosenbergs*) excepto quod angustia mentionem non facit, quæ etiam ex his insignibus merito exulat. U-
rsini enim Romani, quod §. 5. vidimus, eam ob Comitatum Angularie inferuerunt.
Ex eo vero apparet *Wapenb.* in Bucelmo opere committum, cum his Rosenbergiis
scutum tribuit transverse lectum & palis alternante tinctura distinctum, quod Rosen- Rosenber-
bergorum in Franconia est simulolum. vide *Sibmach. Wapenb. P. I. pag. 100.* cuius ve- gu Fran-
stigmus in Hatzfeldho scuto videbitur. com. E.

§. xi. Apex est galea coronata, cui inmittit *rosa rubra auro gemmata.* Chifflet. Apex.
loc. cit. eam *monticulo argenteo incumbere* memorat. *Lacinae* sunt ex argento &
cocco.

§. xii. Quod Illustrissimos Rosenbergos Carinthia atinet, quos diximus §. 8. à Roenber-
Bucelmo derivari ex Henrico I. Viteckonis filio, eorum deductio in dicto autore vi- Carini-
deri potest. In Styriam immigrarant, sed reversus est circa 1550. I. Lubricus, cuius pater thix.
Maximilianus pleraque vendiderat, in Carinthiam. Udalricus nepos Iohannes Anaricas
S. R. I. Comes creatus est, & Imperatoris Confiliarius intimus atque Camerarius, nec
non Burggravus Carinthiae & Deputatorum praeses perpetuus fuit. Filio eius Volf-
gango Andrea etiam titulus *H. redituri Carinthiae aulae praesidi* tribuitur. In hoc & fra-
tre Gregorio Nicolao, quorum utriusque filii sunt, Illustrissimum famular decus constitit.

§. xiii. Illic scutum debet, quod *Wapenb. P. V. p. 9.* recenset, exi- Scutum &
stimo. Illud quadrupertitum primo alveolo argenteo diagonalem habentem nigrum Galea.
inscribit, *tribus namis argenteis oneratum*: secunda areola bipertita est ex argento &
cocco, inscripta *rosa tetraphylla ad similitudinem scilicet modum tincta*; tertia area aurea scilicet
rubram continet; quarta ex minio & argento diagonaliter scilicet a tercio ferrum quo
porta minimatum (si figuram recte capio,) utroque extremo trifoliato, situ diagonali
contrario

contratio, & tinctura item atrox opposita. His media incumbit partimula argentea cum rosa rubra. Galea insistent quinque, media sustinet rosam rubeam; proxima dextris coronata alarum expantiarum & primi alveoli symbolo exaratarum partimula extrema à dextris iterum coronata alam cum typo laterculi tertius, quæ medietate rami allisist sustinet columnam vel pileum orientalem acuminatum ex muno & argento bipartitum, & rosa pariter secta fastigiatur: prima ad sinistram coronata videtur, & est utriusque hastiam ferentem sustinere. Lacinae hinc pinguntur auro & rubeo colore, isthinc eodem colore & altero metallo.

Rosefolius usus. §. xiv. Quod sola rosa urantur, *Prisnam* deductionem non potest in dubium revocare; quò faciunt illa Clariss. *Ag. Geleni de Colon. Agrapp. magnit.* L. 2. 4. 33. pag. 177. *De Vrsinorum Romæ adhuc florentium Principum armis existimo, ea composita esse, & merito rosam fuisse, inde ob Anguillaræ Ducatum adjectam insistentiam anguilla, atque lemniscos navam repræsentantes.*

Spangstein. §. xv. Quid areolis singulis num. 13. repræsentetur, fateor me ignorare (nisi forte ultima areola notat familiam *Spangstein*, ex qua fuit *Barbara*, uxor *Georgii de Rosenbergo*, circa 1460. conf. *Selomach. Wapenb. P. 1.* pag. 47.) Si quis ex titulo conjecturam facere velit, talem dat *Eucelinus Josepho Paridi*: Comes in *Rosenberg*, Baro in *Leichenau* & *Gravenstein*, Dn. in *Sonneck*, *Feyerbergstein* & *Hohenbergen*.

CAPUT CVII.

Truchsess. seu Dapiferi de Waldpurg, Com. de Wolfseck, Zeil, Scheer, Trauchburg, Friedberg.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Origo eadem cum <i>Althannus</i> . | 9. Scutum Com. <i>Sonnenbergiorum</i> . |
| 2. Antiquiora. | 11. Scutum plenus, & galea. |
| 3. Deductio. | 11. Virgo scutum tenens. |
| 4. Continuatio. Linea <i>Sonnenbergia</i> , <i>Wolfseckia</i> , <i>Scheerenfis</i> . | 12. Tituli. |
| 5. Scutum. <i>Leones Svecie</i> . | 13. <i>Waldpurg</i> , <i>Wolfseck</i> , <i>Waldsee</i> , <i>Marsfetten</i> , <i>Trauchburg</i> , <i>Advocatus Lantiss</i> , <i>Enaberg</i> , <i>Scheer</i> , <i>Zeil</i> . |
| 6. Dignitas <i>Dapiferatus hereditarius in imperio</i> . | 14. <i>Alorum Comitatum & Dominiorum testera</i> . |
| 7. <i>Dapiferatus Svecie</i> : vide <i>Imperii</i> . <i>Seldenæccii</i> . | 15. <i>Pincerne de Winterfetten</i> . |
| 8. <i>Apex</i> . | 16. <i>Insignia</i> . |
| | 17. <i>Rami alio proveni</i> . |

§. I.

Origo eadem cum *Althannus*. Quod illustrissimorum *Waldpurgiorum Dapiferorum* atinet originem, de ea non nihil diximus cap. i. hujus libri, cum de Comitibus *Althannis* mentio fieret; communes enim majores cum istis hæc familia habere perhibetur, usque ad *Wernerum Com. de Thann*, *Dapiferum Waldpurgium*, patrem *Cebhardi*, à quo nostri *Waldpurgii*, & *Friderici*, qui *pincernas de Winterfetten* & *Althannus* illos severit.

Antiquiora. §. 11. Qui altius ad incerta ascendere amant, his sufficere possunt, quæ ex *Felice Fabri I. H. Svecie* c. 21. adducuntur: *Romulum Duceum Svecie* sub *Constantino III.* famulo suo *Cebhardo* præter Comitatum *Trauchburgium*, ob mortem ultimi *Theodoric* Comitæ ad se delapsum, domum venatoriam, quam *Waldpurg* ob sylvas circumfinitas dixerit, dedisse, nec non insignia trium coronarum seu *betrorum pincernarum aureorum (Danzapffen)* in clypeo caruleo: super galeam vero *pincernarum* quatuor modi pomis aureis ornatam. *Lycerus* autem alicujus meminisse dicitur, qui tota. viverit. Dubito autem, an ejusmodi traditiones, quæ historiarum peritioribus a fabulis parum distare videntur, familiarum honori serviant, quæ propriis decoribus tantis superque illustres sint.

Deductio. §. 111. Cæterum quod aliis etiam usivenit familiis, graduum certa deductio vix ad liquidum reducitur, apud alios alia occurrente. Vix aliam vero usim præferre illi, quæ apud *Celebr. Gær. Eucelin. Germ. Tom. 11.* & dein *T. 17. f. 8.* reperitur.

Unde

Unde à Gebhardo, ad quem supra citato loco descendimus, ordiendi illius filii fuerunt, præter alios Gebhardus Abbas in Kartzartensis & Conradus Comes de Thana Mareffellus Conradus III. Hoc natus est Eberhardus de Thana Imperatoribus Frederico I. & Henrico V. L. charissimus. Eo nam Henricus Waldpurgus Frederici I. aule præfectus, qui Hierosolymis deceffit, & Bertholdus in Tranchburg, Judex aulicus Imp. Tiguri, pater Bertholdi junioris, quo nati Bertholdus Dapifer in Rhodora & Ulrichus in Tranchburg, unde dux linear, quarum hæc in nepote Henrico, ista Rohrdorff in abnepotibus Ottone, qui obiit 1376. Tricone, ejus emortualis 1369. & Conrado defecit. Henricus Waldpurgus (qui Bertholdi frater) filius fuit Eberhardus, denuo pater Henrici & Frederici, qui autot Dapiferorum in Warthausen, Henrico genitus Eberhardus, qui obiit 1292. hoc Joannes Dapifer S. R. I. Dn. in Waldpurg, Judex provincialis Sveciæ, mortuus 1338. & pater Eberhardi, à quo plenisque autoribus jam certior est deductio.

§. iv. Hic Eberhardus maritus Agnetis Ducisse Teccæ genuit Ottonem patrem Continua. Ottonis 1386. ad Sempacum castrum atque Joannem. (de hoc Cruss. annal. Svec. P. 3. L. 6. ^{110.} c. 3. p. 313.) Hic jam Joannes solus Dapiferorum superstes, & inde pater communis factus est trium linearum, Sonnenbergensis, Wolfseccæ & Scheerensis, per totidem filios Eberhardum, Georgium, Jacobum. Sed prima etiam defecit. Nam Eberhardus Comes Sonnenbergæ & Fridbergæ, filios quidem genuit Ottonem Episcopum Constantiæ, & Eberhardum, Joannem & Andream, qui tres connubi inierit, sed nulli masculus superstit. ^{Wolfseccæ 112.} Quod Wolfsecciam attinet, Georgii pronepos Georgius III. Dux Sæderis Svecici in Wirtenbergico & rustico bello, deinceps Ferdinandi locum tenens in Ducatu Wirtenbergico, qui Præfecturam Sveciæ pignoris nomine pro 50000. floren. accepit, alium genuit Georgium IV. hæc Jacobum, qui communis pater est linear Wolfseccæ per Henricum, Comitem creatum a Ferdinando II. patrem Maximilianus Wilibaldi bello celebris Comitis, & Zeilensis per Frobenium, quo natus est Joannes Jacobus item Comes à Ferdinando II. Imp. creatus, nec non Ferdinandi Camerarius & bellicus Consiliarius, qui 1677. deceffit, modernorum genitor. Tertia Scheerensis oritur à Jacobo, dicto Der Scheerens. ^{115.} quidam oder heilike Ritter / ob susceptum Hierosolyma & ad montem Cathanæ seu Sinai iter, Præfecturam Sveciæ Sigismundo D. Austria vendidit, ejusque gentis nomine. Hoc inter alios editus est Wilhelmus genitor Ottonis Cardinalis & Episcopi Augustani, qui seculo superiori inclaruit, & Wilhelmus, qui de Carolo V. & Maximiliano Imperatoribus bene meritus est, legatus ad reges Hispaniæ, Galliar, Poloniæ. Hoc nati sunt Gebhardus Archiepiscopus & Elector Colonienfis, qua dignitate pulsus ob ductam uxorem in exilio vixit, de quo historiarum superioris seculi loquuntur, Carolus Cameræ præfex & Christophorus gentis propagator. Hujus filia Wilhelmus Henricus item Cameræ præfex Comites in Tranchburg, Fridberg & Scheer profecit, Fredericus autem Comites in Fridberg & Tranchburg.

§. v. Sed scutum familiae jam videamus apud Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 19. quod est auream tribus insigne nigris leonibus leopardorum more consistentibus, auribus, ^{scutum.} linguis & faucibus rubris. (Die obrlöcher / ungen und griff roth.) Hoc ipsum sibi, ut Sveciæ Ducatus esse, dubio vacat, vid. Wapenb. P. 2. pag. 2. Unde autem ad Waldpurgios venerit, non ex eo est, quod originem trahant ab antiquis Sveciæ Ducibus, ^{Leores Sveciæ.} ut Vossio placuit in vita Fab. Donavii, sed ita rem enarrare solent: fuisse Henricum Waldpurgium Dapiferum in servitio Conradi Sveciæ familiarium, ipsum cum ita in pectore, & hero ultima adiuve officia præstitisse, cum Neapoli 1268. à Carolo Andino R. Neapolitano supplicio afficeretur, inde acceptam ab eo chirothecam seu anulum signatorium, ut petierat, Petri R. Aragonie, heredi instituto, etabile: qui, quod heres facere poterit, ut eam fidem Domino suo exhibitam insignia Sveciæ Henrico concesserit, quibus mutatum avitum scutum: creditur que ipsum Ducatum donatus fuisse, si penes ipsum fessisset. Conf. W. L. 12. de migr. gent. L. 8. pag. 432. Waldpurg. Stamm und Namens quell P. 2. c. 8. p. 147.

§. vi. Huic scuto leonibus exornato Buccelinus ubique addit caput fenturium ^{Dignitas} impresso pomo imperialis: quamvis vero non exprimentur colores, certum tamen est ^{Dapiferatus hereditarius in Imperio.} pomum aureo & arcam coccio tingendam, quia eadem tinctura est scuti Palatini vel nunc Bavarici, quo Archidapiferatus dignitas denotatur. Hi vero Waldpurgii sunt petio.

Imperii *Dapiferi hereditarii* atque ita de mus illius Serenissime in hoc officio V. Conf. *Linn. Jur. publ.* 3. 7. 73. Quam causam, exemplo familiarum *Imperii Pappenheimia, Zolleranae*, hanc etiam dignitatis istam testatam scuto in- dem, si contra. huius sit scutum, quod audivimus, capiti inscriptum. Das Zun- gel ordinar. Wapen besiehet in den dreien schwarzen Löwen / samt einem e- ffigen rothen schwenckel wovinnen der verzielte Reichs-ayffel geurt: vero eo facilius tuit, quia vexillum plerumque ita representat. arur, ut, et ru- bea tania latiori praetexta esset, nunc enim rothen schwenckel / ob quod haec iam inscripta est dignitas hereditaria.

Dapifera-
tus Svevic
inde Im-
perii.

§. VII. Ceterum pridem fuerant *Svevici Ducatus hereditarii Dapiferi*, u- eorum nomen ortum videtur, quod officium, nisi vetustius est, (nam *Henning. Th. T. 3. P. 1. p. 375.* memorat *Comites a Maurifletta de T. r. inborn, barones de S. p. r. t. i. quos Ducatus Sveviae Dapiferos*,) saltem a familia Augustorum *Svevici* potest: ortum trahere, in cuius servitio hi nostri assidue tueri. Porro in A. B. c. 27. huius officio hunc nomen datur *Minister coquinae*, qui ad analogiam reliquorum dicitur *Vicedapifer* seu *Subdapifer*, nostris *Truchsess*. (*Ertruchsess und Küchenmeister*, Conf. *Linn. ad d. l. obs.* 8. Fuit vero eo tempore haec dignitas penes *Nordenberg* familia, demceps ad *Seldeneck* devenit: ut ex *Beoldo Linn. d. l. obs.* 9. *Svevici Erbschneemeysters und Truchsessen* ante haben die von *Seldeneck* in *Ve- hen* getragen von dem *Churfürsten von Nibem.* und hat Anno 1538. *Churfürst Ludwig Pfalzgraf* wegen besorgenden abgangs des *Seldeneckischen* Stammes solches autem anwartschaft denen von *Waldburg* verbleiben. Inde expecta- vam gente priori extincta impletam oportet. Hae vero causa *Ihuan L. 2. Seldene- ckis* hanc dignitatem tribuit. Porro cum in *Wapenb. P. 2. pag. 72.* usdem insignibus utrumque nomen *Seldeneck-Nordenberg* in nobilitate Franconica tribuatur, in immemio forte cogitari possit, eandem fuisse familiam sed in diversis lineis diversa nomina sortitam, de qua hi cogitent. Quod autem *Linn. d. l. obs.* 9. quod scilicet *Waldburgensis* tempore *Fridrici & Philippi* ducatur *Dapifer*, dubitatione vix egē- bat, quia *Svevorum*, atque ita ex *Svevica* tam haec ceterum Imperatorum in tuerant *Dapiferi*, & ipse postea *observ.* 29. p. 569. ex *Pappenheimio Svevia Dapiferos* vocat no- biles viros de *Waldburg*.

Seldeneck-
cil.

Apex.

§. VIII. Galeae huius scuti imponitur culcitra *rubea* holoferica (*quartreau ou coussin de velours cramoisy*,) aureis ornata *globulis & panniculis*, & super ea *cauda p- rionna*. Tum adijcitur magno gentis decore *vexillum Svevicum*: lacinae vero sunt aureae & nigrae.

Scutum
C. Sonnen-
bergiorum

§. IX. Hae insignia vetusta sunt, quibus nunc etiam utuntur, cum contractus. scutum placet: sed alias alie etiam adduntur areole. Linea *Sonnenbergia*, quae jam extincta est, utebatur, ut apparet *Wapenb. P. 2. pag. 19.* scuto quadriferis, cum enim in areola prima & quarta essent *leones Waldburgi* (*Henning. Th. T. P. 1. p. 369.* ordinem areolarum invertit, quod & aliunde intelligi rectius esse,) later- culo secundo & tertio *caruleis* inscripta est *Solis radiosa imago aurea. monticulo inci- piti* (*Henning.* hunc etiam omittit) *nigro* innixa. Imponitur galea scuto non *Wal- dburg* sed *Sonnenbergia* coronata, cum iugo expanso alarum *carulearum*, sole scutari- ornatarum. *Lacinae* sunt ex auro & cyano. Porro Comitum *Sonnenbergium* in procul à *Gerolztal* & valle *Pretigovia* supra *Veldare* in in situm. nunc cum *Bludenz* una dynastia est, ab Imp. *Fridenico III* emit *Liberhardus* 1463. sed demum eundem 1500. *Horen*. *Sigismundo* Austriae Duci iterum vendere coactus est. Abhi legi a *Sigismundo* emisse, sed brevi iterum amississe, atque interpositione *Helvetiorum* pecuniam pro eo accepisse.

Scutum
plenius, &
galea.

§. X. Nunc quae prior pleniori placet scuto uti, in eius primo & quarto qua- drante *leones Svevici* familiares gradiuntur: in secundo *caruleo* super triplici mon- te nigro *Solis radiosis Sonnenbergiorum* tulget: in tertio caelestium tres botri puncti *prisci Waldburgi* comparent, de quibus num. 2. Media incumbit *pannula* *rubea* cum mundi sphaera aurea, *Dapiferorum* dignitatem notans. Incumbunt *elypeo* qua- tuor *galeae*: ex quibus prior coronata pinum viride non ornata ponis aureis susti- net: *secunda* mediante *culcitra* *rubea* cum *globulis* et *panniculis* ex *meliori metallo*,
ex eodem

ex eodem incumbit mundi figura: *tertia* gentilis est pulvino tecta, cum cauda pavonina & vexillo S. sveici, imminente leonibus pomio imperiali: *Extrema* ceteram ornant alæ ceruleæ singulis foliis aureis insignes: abhi legitur imminente manu miculis inter alas hæcè conspicit. Mitterem Inquis apertis illud ex illustissima gente intellexi: Diese blaue Sonnen flügel zeigen an den eyer/ so ein jeder Mensch zu der liebe Gottes und zu der seligkeit haben und gleichsam mit ihu gelit dazu aspiriren wolle. *Lacina* circumfunduntur scuto aureæ et nigre.

§. xi. Scutum ut pat virago seu heroina veste canuda, que longum tyrrna tra-
hit, ejus fimbriis auro prætexitis, collari ex præfco more ornata, circumbus contortis, quæ altera manu scutum tenet, altera vexillum Svevicum. Une pucelle Heroine en habit d'argent bordé d'or, tramant une queue a la moderne, la traite au col plie & les cheveux entrelaiées ou tortillees a l'antique.

Virgo seu-
tum te-
uen.

§. xii. Quod titulos attinet, diverse lineæ diversis utuntur: *Volfsee* illium
vidi: *S. R. Imp. hereditarius Dapifer seu Truchsessius, Comes in Volfsee, Baro in Wald-
purg, Dominus in Waldsee, Zell & Marstetten. Zelleris* ex illa ortæ illum: *S. R. Imp.
Dapifer hereditarius, Comes in Zell, Dominus in Waldpurg, Vürzsch, Marstetten,
Volfsee & Waldsee. Lineæ Tranchburgicæ* hunc: *S. R. Imp. Dapifer hereditarius,
Comes in Tranchburg & Friedberg, Dominus in Waldpurg & Scheer. Demum Fried-
bergensis* unica transpositione: *S. R. Imp. Dapifer hereditarius in Friedberg & Tranch-
burg, Dn. in Waldpurg & Scheer.*

Tituli

§. xiii. Titulorum horum rationes jam reddendæ sunt: De *Dapiferatu* di-
ctum est. *Waldpurg* in Algovia prope Ravenspurgum ex veteri patrimonio & im-
petii feudum est: illius vero dimidiam partem ab agnato VVilhelino 1200. floren.
emit Georgius ex VVolfseeccia lineæ. *VVolfseeck* in Algovia attulit marito Joanni *Clara de
de Neissen*, sed castrum dicitur conditum à Joanne Com. Sonnenbergensi, & ab ejus
filia Apollonia Georgio agnato marito suo allatum. *Waldsee* arx est & opidum non
procul Biberaco: videtur etiam ex antiquis possessionibus domus esse, quam feudo à
VValdpurgus tenuerit familia, cui à VValdsee nomen, que forte cum in Austria
concessisset, ubi amplis ditionibus aucta est, Svevicæ has possessiones reliquit. Sane
Lazius de migr. gent. L. 8. p. 465. de Hentico VValdseeccensi scribit, in Svevia prædia ha-
buerat à Dapiferis à VValdpurg beneficio. Ceterum ibi Fredericus II. monaste-
rium fundavit, ubi Dapiferis sepultura est. Conf. Cruf. annal. Svev. P. 2. L. 11. c. 11.
pag. 478. *Marstetten* emere Truchsessii à *Kawzseeccis*, cum hi *Rotesfels* emissent.
Vürzsch ex his est, quæ à *Clara de Neissen* conjuge obtinuit Joannes. *Tranchburg* su-
pra vidimus tradidit dono Romuli D. Sveviæ. Rectius apud *Henning, Theat.
T. 3. P. 1. p. 299.* ab *Eberhardo Landgravo* vel *Comite Nellenburgensi* partem Comitatus
Tranchburgi in Algovia Joanni Dapifero VValdpurgio concessam legitur. P. 367.
id de toto Comitatu dicitur, & additur *Advocatus suo*, tum una cum Eberhardo
Nellenburgio fit mentio *Henrici C. Vermingensis*, nec non redemptum esse 190. marcis ar-
gent. *Lazius* ita de migr. gent. L. 8. p. 432. *Comitatum Tranchburg* ab *Henrico C. a Ver-
ingen & Eberhardo à Nellenburg redimens totum sine familia adiecit.* Ex quo colligo jam
prius partem penes hanc stirpem fuisse. Unde seculo decimo memoratur *Hasso Da-
pifer de Waldpurg, Comes de Thann & Comes de Tranchburg*, qui advocatus canobii

Wald-
purg.

Wolfseeck.

Waldsee.

Marstet-
ten,
Tranch-
burg.

Campidunensis ab Abbate constitutus ut Porro *Advocatus in Wulfen* vendidit *Otto
Dapifer*, 9000. libris obolorum civibus, qua ratione civitas ad imperium pervenit.
Litteræ emtionis scriptæ sunt 1365. Alii memorant, eum ab Inuentibus 8000. aureor.
quæ Leopoldo Austriæ mutuo dederat, vicissim accepisse, ea conditione, ut si ex bello
non reverteretur, libertate gauderent, quod factum apud 1886. ad Sempacum castr.
Friedbergum (ab arc. *Friedberg* inter Mengen & Saulgen ita. Comitatum cum *Scheer*
opido (a quo etiam ditioni vicinæ ad Danubium nomen *Das ländlein Scheer* indit-
um. *Zeller etia, Germ. P. 2. p. 46.*) à *Frederico III.* emit Eberhardus C. Sonnenbergius
1465. Filius autem Andreas circa opidum Scheer arcem ædificare cepit 1486. Porro
etiam ex Sonnenbergis bonis aliqua in ipsorum potestate mansisse oportet, ex eo
quia in matricula imperii ob ea ipsi certa quota assignatur. vid. *Mart. Zeller, it. n.
Germ. P. 2. p. 20. 21.* *Zell* in Algovia prope Leutkirch quomodo obtigerit, non expri-
mere possum.

Advocatus
Inuentis.

Friedberg
S. heer.

Zell.

Aliorum
Comita-
tum &
Domino-
rum cele-
stium

§. xiv. Ex hoc videre est, Illustrissimos VValdpurgios, si areolarum mul-
titudine delectantur, pluribus non detuiti, quibus clypeum comiserent. Ita inter
possent Comitatus *Trüberger* testatam auream cum leone rubeo, cui apex re-
det ejusdem *desquis*: (qui idem leo est I Iabspurgius & Zeringius.) Nec non *Lo-
burgici*, nimirum nigram aquilam in argento: tum dynastie *Haussis*, videlicet
beum Z vel unicum (oder *Griffel*) in auro, que etiam figura galee militis, hinc
na tabule, cupis extremitates ornant pavoninae pennae, inscripta. tum *Kaiser*,
delicet in auro pantheram nigram salientem cum apice similis *desquis*. Sed et
mitatum *Robrdonis*, *Sulzbachii* & *Vithausii*, symbola adferre possent: cum aliis
& hujus comites jam à pluribus seculis dicti sint.

Pincernar
de Win-
teiffeten.

§. xv. Hic ramus tuit ipsorum VValdpurgiorum, atque ita posteritatis *Geb-
di* VVenero prognati senioris filii. Non tamen omnino obliviscemur eorum, qui
Fridrico epus fratre *pincernarum* *Vinterstetten* descendunt; Huius atnepos *Con-
de Thann* & *Vinterstetten*, frater seu patruchus *Henrici* Episcopi *Constantiensis*, genit-
Eberhardum *de Thann* & *Vinterstetten*, atque *Joannem* *Dn. ab Althann*, cuius pro-
nem Comites *Althannius* c. i. vidimus. Sed *Everhardus* continua serie profertur
nas *de Vinterstetten*, quorum posteritas etiamnum superest. Prioribus seculis plera-
que conjugia ex Comitibus aut Baronibus sumta sunt, ut occurrunt uxores ex *Ducibus*,
Tecis, Comitibus *de Tockenbourg*, *Helgenberg*, *Kyburg*, *Kirchberg*, *Montfort*, *Hell-
Feringen*, Baronibus *de Wildenberg*, *Iustingen*, *Razius*: sed forte quod familie for-
tuna decrevisset, non solum posteri equestri fere conditione fere contenti, sed ex
eodem ordine quæ vivere matrimonia, quæ mutatio in aliis etiam stirpibus lapsus
observata. Cæterum hi pincernarum forte inde nomen gesserit, quia *pincerna* here-
ditaria *Svevia* fuerunt, teste *Linn. ad A. B. e. 27. §. 6. obs. 29. p. 569.*

Insignia.

§. xvi. Insignia horum exhibentur inter equites *Sveviæ* *Wapenb. P. 1. p. 11.*
quadripertita, ut prima & quarta quadra referant *uncum utrinque hævatum nigrum*
in solo argenteo: secunda & tertia (Bucelinus ordinem invertit) *celestine ternæ* *aur-
auros* *botros* referant, quod §. 2. tradidere, vetus familie fuisse symbolum. Galeæ im-
penuntur dux coronatæ, quarum *pior*, laciniis dependentibus nigris & argenteis,
sustinet helmam *æthiopsis* nigro habitu, cornibus capiti admotis aureis: *seu* *in*
sistit pinus viridis aureis ornata comis seu botris. Phaleræ sunt ex auro & cyano.

Rami alio
protenii.

§. xvii. Ex eadem gente aliqui in *Franciam* sub Erchembaldo Duce *Franci-
cæ* militiæ transiisse, alii in *Italiam* penetrasse dicuntur: Sicuti *Marcio* *di Thann* ad
hanc stirpem referri amat: alii in *Borussia* sedem fixere.

CAPUT CVIII.

Com. de Wallenstein: ubi etiam Dux Fridland.

ARGUMENTUM.

1. Familia. *Linca*.
2. Scutum.
3. Apex.

4. Ducis *Fridlandiæ* facta.
5. Scutum apud *Chiffetium*.
6. *Fridland*. *Sagan*.
7. Scutum auctus *Megapolitani* laterculis.
8. Titulus.

§. I.

Familia. **W**allensteiniam seu *VValdsteiniam* apud *Bohemos* illustrissimam gentem *Cel-
Gabr. Euclinius Germ. T. 2. p. 251.* deducit à *Joanne* *Dn. de VValdstein* seu *VVal-
stein*, qui regnante *Ottocaro V.* Rege *Bohemie* circa 1252. vixerit pater *Zdenekonus*,
avus *Joannis II.* proavus *Zdenekonus II.* quo *Hircek* natus est, pater *Hircekus*, qui mi-
litiæ Dux & sub *Sigismundo* suprenus *Camerarius* *Regni Bohemie* 1427. fuit. Po-
iterum genitus est *Hinek* *I. Hneko* Magister aule reginæ *Bohemie* conjugii *Georgii*
Linca. (cujus filiam *Sophiam* uxorem habuisse perhibetur, quam alibi in *Constadâ* genealo-
gia vidisse non memini) communis pater trium linearum ex filio totidem. *Primus*
Hinek *Dn. de Waldstein*, *Burianum* genuit, hic *Zdenekonem*, iste *Hinconem*,
Hinconis *Comitis* patrem. Tertium *Eernardus de Waldstein in Felsio* linea in pro-
nepibus

neptibus defecisse videtur. Medius *Ioannes ac Valdelem in Stara & Stephaniz*, qui 1566. excellit, genuit *Wilhelmum & Zdenekonem*, *Zdeneko Georgium*, hic *Wilhelmum Alberti Venceslai Eusebii Ducis Friedlandis* patrem, quorum nite non nisi filiam reliquit. *Wilhelmus* habuit filium *Ioannem*, hic *Matthium Comitem VVallstemium*, cui destinatus erat torquis *F.quesfris Aurei Velleris*, sed mors eum prapripuit, hic reliquit *Maximilianum Comitem*, supremum Imperatoris Camerarium, aliquot liberorum patrem.

§. 11. Familix scutum representat *Schmach Wapenb.* P. 1. pag. 31. *quadruperti-Scutum.* tum ex auro & cyano, totidem leonibus coronatis inscriptis, qui auri caliginis quodras, carule aureas implent, adversis frontibus. Cum in Bucelin. d. I. tolus leo genu tribuatur, nescio an sculpturæ habenda sit fides, nec ne: si sculptor non erravit, alterum leonem ex aliqua affinitate accessisse oportet, quam tamen designare potis non sum.

§. 111. Apicem constituunt ex coronatâ galeâ protensa ala carulea & aurea; Apex quæ etiam tinctura est laciniarum.

§. 1v. Celebre in primis nomen fuit ex hac stirpe præfati Friedlandii Ducis. Cuius illud elogium *Brachel.* hist. nostri temp. L. 5. p. 230. inseruit: *Natus est in Bohemia Ducis Friedlandia locobili. Adolefecit variis regionibus peragravit, sed in Italia præcipue litteris operam dedit. Ingenio fuit inquieto varioque & ad arma promptior. Gloria & fama, cuius simoderat. sit, est commendabilis cupiditas supra modum appetens: sæpe solitus dicere ad vitæ ab humili & depresso animo, nihil magnum exurguntque expectari posse. Cultu vitæ habiturque magnifico fuit, & ex quo celsitudinem animi asfirmaret. Primum illi matrimonium cum illustri ac prædite Hungarica vidua fuit. Qua non multo post defunctâ Comitis Harrachii, qui magna in aula Cæsaris gratia floruit, filiam duxit. Hic illi primus gradus atque aditus ad benevolentiam Cæsaris fuit. Quæ ita deinceps valuit, ut Comes primum, deinde Dux, ac Princeps Imperii, denique vis summus exercitus Imperatorum Præfectus, cum amplissima potestate renuntaretur. Cæterum exorientem potentiam suam, donec adieci aliquid poterat, temperate habuit. In injuriarumque impatientissimus fuit: adeo ut multi exsisterent, jam inde ab eotempore, quo in Comitibus Ratisponensibus ante triennium præfecturâ militari exutus est, concepit animo ultionem, quâ Cæsarem Imperiumque pessundaret. Sed hæc uti sine, Scriptorum fides relinquo: nam nihil de his affirmare habeo. De eo quicquid sit, dubitari nequit, quod ejus in Imperatorem summa fuerint prius merita. 1621. Bethlehem Gabori oppositus fuerat. 1625. in bello Danico insignia ejus gesta extitere. 1626. ad Dellaviam Mansfeldi gravem in tulit cladem, inde in Ungariam arma transtulit. 1628. Megapolitanus Ducatus antiquis Ducibus Adolfo Friderico & Johanne Alberto remotis præscriptusque, eo quod Danix regi militarent, neque Cæsari revocanti pariterent, ipsi collatus est, & Dominium Baltici maris affectatum, aut saltem tentata marium litore occupato irruptio in Daniam validior. Facile in potestatem concessere Rostochium & Vismaria, sed victori restitit Stralsundia, hec summa vi impugnata, quæ ad Danix & Svecix auxilia respexit, non ultima causa Svecix in imperium expeditionis. 1630. ita jam imperii ordinibus potentia ejus suspecta reddita erat, ut in Comitibus Ratisponensibus commune omnium postulationem esset, ut præfectura militaris VVallensteinio abrogaretur, cum ipsi ut supremo capiti non modo debeta militæ impulerentur, verum etiam novi principis, qui fortune reverentiam intemperantius ferret, morum asperitate & æqualium contentu cunctos offenderet, ac unus gratiæ Cæsaris securus nullo Principum aut legum Imperii respectu teneretur. 1630. Dictator Imperii dictus, apud omnes esset extremum odium. Imperium nuntiare sibi abrogari non moleste visus est ferre, qui forte ad se brevi redeundum prospexerat. Quod 1632. factum est, ut Cæsaris rebus Lipsienti prælio attritis, novus militæ Dux postularetur. Cum tenuisset oblata accipere, ab Egenbergio Principe animum expugnati passus est, & suscepit imperium, sed his conditionibus, ut suo arbitrato bellum gereret, hospitia & hyberna pro lubitu assignaret, pacem cum quibus visum esset faceret, neque eorum quæ gereret rationem reddere cogeretur. Inde brevi collecto exercitu Bohemiam recuperavit, regis Svecici successus ad Norimbergam euntdo fregit, ad Luzam vero victus est, quo prælio tamen Rex cecidit. 1634. Cum novo sacramento*

omnes primorum ordinum Duces obstrinxisset, ne paterentur sibi invito imperio militare abrogari, exitum sibi maturavit, & Igra Leslao autore a praeioribus Scotiae & Hibernis cum Terskio, Kiuskio & Illio, qui consiliorum habebantur et triplices, de uno tamen dubitatum, trucidatus, tragicum tantae potentiae habitum exitum, variantibus de ejus delicto vel innocentia iudicis.

Scutum
apud Chris-
tianum.

§. v. Equibus Aurei Velleris ab Hispano rege ascriptus erat, quita men- me videbatur illi parti additus, ex quo nonnulli credere tumam ejus primum Scutum ipsius, quo tum utebatur, Chifflet. Eq. A. V. n. 362. ita describit. *In jactu- niato aquila aurea (in Gallico, d'argent, argentea, quod etiam in alim, ob ea qua- quantur) corona & cruribus aureis, alia item corona circa collum aurea: Aquila cor- ri apertum scutulum ab summo bipertitum: Pars dextra argentea, Angelo d'indico impressa, veste & alis curulis cum miscella argentea pectori decussatum imposita, si- tante laterculo cyano, aureo leone impresso: Pars sinistra, cyano & auro quadrupertita, cum quatuor homibus, bursis sibi vultu utrinque adversis, metallicis in solo colorato, co- loratis in metallo. Galea coronata tortili regum prisorum diadmate spiris mixtis, ex auro & cyano, argento & minio. Apex, aquila scutaria similis. Lactia utrinque, in summo, ex argento & minio: in medio ex argento & cyano: in uno ex auro & minio.*

Fridland.

§. vi. Ex his quatuor in totidem quadris leones notare Wallentemiam seu Wal- lenteniam ipsam gentem, ex prioribus liquet: Angelum cum supposito leone aureo et ceteris Fridlandiae Ducatum designare, Caesarea gratia ipsi collatum. De aquila quod dicam, si Chiffletii descriptio mendo caret, vix habeo. Quando vero Sagana etiam Ducatum titulus ascriptus, hujusque Ducatus (Wapenb. P. 2. p. 5.) tessera continet in auro aquilam nigram, forte non immerito aliquis dubitet, recte a Chiffletio unctum esse scutum & aquilam, eique Saganensem substituendam dicat. Ad nihil definire audeo.

Sagan.

Scutum
auctus
Megapoli-
tanicis la-
terculis.

§. vii. Cum jam Megapolitanum etiam Ducatum teneret, ampliori et peo- usus est, illorum quoque laterculorum aseris decoribus. Unde vidi 1633. in medio illam dispositionem, ut duae transversae lineae in tres regiones dividerent scutum. In suprema regione seu capite tres areolae juxta positae continebant *caput bubalium* Megapolitanum seu *Steckelburgi Ducatus signum*, aquilam, quam ego *Saganensium* exitum, Angelum, ut puto, *Fridlandum* cum subiecto leone. In fascia clypei iterum tres later- culos exhibebat; ex quibus in medio visabantur *Wallentemii* quatuor leones, supra ti hinc bubalo capite *Tandalia*, isthinc *Stargardia* sectione transversa. Demum ter- pes bipertitis gryphum *Rostochii*, & manum quae annulum porrigit, *Sterum* notum referere. De quibus areolis Megapolitanis L. 1. c. 61. actum est. Ratio vero, quae illas asceverit, ex beneficio Imperatoris est, qui cum his Principatibus ornare Principibus ex Iste Majestatis capite exautoratis. Quae inter alias causa commeo- sanguineum Gustavum Adolphum regem ad arma capiendam induxit: Hujus ope receperat Duces autem patrimonium, & eade Wallentemii exspiravit et facta donatio.

Titulus

§. viii. Titulum eidem monete illum adjectum vidi: *Albertus D. G. Dux Megapolis, Fridlandiae & Sagani, Princeps Tandaliae.*

CAPUT CIX.

Bar. de W'elz.

ARGUMENTUM.

1. *Familia, Linea.*

2. *Tessera gentis duplex.*

3. *Reichenberg.*

4. *Galea.*

§. I.

Familia.

Per illustres gentis *W'elzitarum Baronum* origo ex *Corinthiis* esse videtur, de *Ober- & Nider-Weils* nomine assumpto, inde in *Syria* & *Austria* se distulerunt. Capitales vero lineae esse videntur apud Celeb. *G. Bucelin. Germ. P. 1. p. 269. 270. Corinthia & Syria.* Quatum *illam Balthasar W'elzer* circa 1400. orditur, quae in ejus nepotibus

Mauritii

Mauritii filius *Baltasiro* & *Georgio* in duas lineas abut: *Hujus* primum constituit *Conradum Welzer* sub principium seculi decimi quarti. Eius nepos *Conradus Wulfsingum* Lineæ. & *Ioannem* genuit, a quibus iterum duo rami, nisi quod in *Wulfsingi* nepotibus *Wulfsingo* & *Stegemundo* iterum unus in duos furculos distinctus est. In *Antonia* potissimum tres numeratae sunt lineæ, *Sehartia*, *Prusenlosia* & *Ebersteina*. Potissimum vero hæc supps in Austriam venit sub *Ferdinando I* Imperatore, & *Seharti* jure connubiali, inde hereditate *Greizenslari* & *Prusenborf* obtinuit. Accessit etiam *Liberiorum Baranum* dignitas, qua hodierno etiam tempore familia claret.

§. 11. Scutum exhibet *Schmach*, *Wapenb.* P. 1. pag. 34. quadrifariam divisum. Tessera gentilis duplex. Prima quadra bipertita est ex *natio* & *arcento*: in illo *l. a. l. unum curvatum*, & *armatum* ex *arcento*, in hoc iterum *brachium curvatum* *cocco indutum* representatur. Quæ duo brachia manus jungunt, tanquam *filii* dante symbolo. Secunda vero & tertia *virga triangulum argenteum* ex *interiori dextro angulo in caput senti* & *latus sinistrum luteum* (ein weißer zwickel nach der schrems unter sich geneigt) ostentat. Hæc tessera gentilis est, & aliqui ex ea gente solo illo triangulo, alii solum brachium utebantur, demum quadrifariam disposito scuto tota familia utrumque *δῶμα* conjunxit.

§. 111. Toti incumbit parmula media *argentea*, referens *lupum caruleum auro coronatum*. Quæ tessera est ab extincta familia *Reichenburg*, affinitate illis, quantum reperit, bis connexa. Nam *Ruperti a Welz* ex *Styris* uxor prior fuit *Margareta* vel *Barbara* de *Reichenburg* & ex *Carinthiis* *Stegemundus Polycenam* de *Reichenburg* quartam uxorem habuit. Hanc gentem esse autumo *Dominionum* à *Reichenburg* *Styrorum*, qui in *Carniolæ* finibus castra habebant, & à *Lazio* migr. gent. *II.* 6. pag. 211. aliqui recententur, ultimo expresso *Joanne*, qui 1311. vixit.

§. 11v. Galeæ scutum tres premunt coronate, quarum *priorem* ornant duæ alæ Galeæ. expansæ *coccinea* & *argentea* cum brachiis & manibus junctis, symbolo primi laterculi scutarii: *secunde* inidet *lupus coronatus*; *ultima* sustinet quinque plumas *struthionicas* *argenteas* & *nigras*. *Lacine* autem *argento* pinguntur, cui adduntur colores circa primam *rubeus*, circa secundam *caruleus*, circa tertiam *ater*.

CAPUT CX.

Com. de Wirbm.

ARGUMENTUM.

1. Familia. Lineæ.

2. Insignia.

3. Ratio.

§. I.

CElebertinus *Gabr. Bucelinus Germ. Tom. 2. pag. 257.* Illustrissimos de *Wirbm* seu Familia *Wirbna* *Dominos* & *Comites* refert ad *Werboslaum* de *Wirbm* sub *Arnolfo* seu *Ottone II.* Imperatore. Inde quatuor fratres enumerat, qui 1220. fundarunt monasterium in *Schwarzeyn* & alterum *Cryskienise*, *Stephanus senior*, *Danicus*, *Stephanus junior* & *Andreas*: quod vero eos *Werbosla* filios constituit, cum *Chronologia* conciliari nequit. A *Stephano III.* de *Wirbm* (qui 1241. funestissimo *Siletie* adversus *Tataros* proelio prope *Lignicum* cum filio *Andrea* cecidit) justam herem necit. Ejus autem filio *Andrea* natus *Ioannes*, hoc *Gindricus junior*, pater *Gindrici junioris* 1301. Episcopi *Vratislaviensis* & *Henrici* seu *Henonis*, tutoris *Principum Vratislaviensium*: *Hujus* filio *Michaeli*, & nepoti *Joanni* titulus datur *Comes* & *Dominus* de *Wirbm*. *Joanne* natus est *Hinc* seu *Henricus*, qui 1343. obiit, relicto filio *Joanne Domino* & *Comite* de *Wirbm* & *Friedenthal* in *Frankenstein*, qui 1477. excessit. Hoc genti linearum Lineæ. autores *Bernardus* & *Ioannes*, sed quæ ex hoc prodit, defecit. *Bernardo* alii nati *Ioannes* & *Stephanus*, illo *Henricus Com. à Wirbm*, *Capitanens* provincialis *Moravie*, plurimum liberorum pater. *Stephanus* genuit *Joannem* de *Wirbm* in *Hilfshim* *Capitanem* provinciam *Troppavientem*, *Carolus* in *Schulerdorf*, *Bartholomeum* in *Trudeck*, & *Albertum* in *Dobroslawitz* & *Neukirchen*, patrem *Joannis*, *Stephani* & *Bernardi*, ex quibus

quibus Stephanus alium Stephanum genuit *Comitem de Wirtem, Dominum in Dolo*
larvitz 794670132.

Insignia.

§. II. Insignia sunt in *Furft. Wapenb. P. III. p. 21.* Scuto *caeruleo* inducia *caerulea aurea*, gemutibus ex eodem metallo *sex telis*, quorum terna caput, totidem pedem eius occupant. Galea scutum premit coronata, quæ sustinet eolumnam auream, & rea sagitta transixam. Lacinae etiam caelestium sunt & aureæ.

Ratio.

§. III. Rationem insignium ex *Bucelino* allegabo, quita de autore gentis *W. W. boslao. Verboislaus de Wirtem, sub Arnulpho Imper. sive Otione II. Regi Galliarum militi* caso manu propria hostium generali Duce *Colomano Romano* gentilitus tribus libris *una Regis* insuper meretur, cum *columna super galeam sagitta transixata.*

CAPUT CXI.

Com. & Baron. de *W. Windischgrätz.*

A R G U M E N T U M.

1. Familia. Comes Gotlieb.
2. Scutum. *Wolffthal.*

3. *Gradner.*4. *Apex.*5. *Tituli. Trautmansdorf.*

§. I.

Familia.

Illustissimi Comites & Barones de *W. Windischgrätz Styri* sunt, teste *Völsz. Lazio de migr. gent. L. 6. p. 215.* qui *Reimbertum* primum enumerat, qui 1370. floruerit. *Calr. Bucel. Germ. T. 3. p. 255.* ad *Fridericum* ascendit, qui 1307. obierit, pater *Conradus*, quo nati *Sigismundus* & *Rupertus*: in illius posteris *Sigfridus* & *Nicolaus* à *Ferdinando I. Carolis Baronibus* ascripti, vel ut *Lazius* loquitur, *libertate donati & in patriciorum ordinem alleciti sunt.* *Rupertus Colomanum* genuit, hic *Christophorum*, patrem *Frisini* & *Pancratii*, qui 15-8. ex *Styria* in *Austriam* concessit, & ibi receptus in procerum ordinem, *Andream I. B.* genuit, quo natus est illustissimus *Gotlieb* Comes, aulici Imperialis consilii senator, multis legationibus & officiis de *Augusto* atque imperio optime meritus, familiae suæ fidus.

Comes Gotlieb.

Scutum.

§. II. Scuto apud *Sibmach. Wapenb. P. I. pag. 20.* utuntur quadripettito. Primus & quartus laterculus *ruber* caput *verragi* (*wundkopff!*) uti *Sibmacherus* vocat, totte allutus ad nomen, vel potius caput *lupinum cum colli parte* ex *argenteo* continet, quæ testera gentilis est. Area proxima *nigra* numeros *Byzantinos tres aureos* puncto medio notatos, vel *annulos crassiores ex auro gelbe dicke ring!* reitet. Eius explanationem non vidi. Tertius quadræ figura insolita est: forte non inepte dixeris, *nonne area cephalum argenteum prætendi, & inscribi cantherium ex eodem metallo capiti illi immersum.* (Alter ein weißer sünd nach der zwerch und auß desselben mitten abwerths ein weißer windelhacken in schwarzen feld.) Hæc ab extincta gente de *Wolffthal* derivatur: ex qua *Richardus de Wolffthal* nupti *Ruperto Dni. de Windischgrätz Sigismundi* fratri.

Wolffthal.

§. III. Toti incumbit alia parmula iterum quadripettita: Cujus prima & quarta areola *rubea* *castrillum* *Ecclesiasticum* continet *argenteum*: secunda & tertia *argentea* *nigrum balthicum diagonalem sinistram* (vidi etiam *dextram* pingi) defert: media his quadrantibus incumbens *rubea* *sonam* seu *asscula pifis* (*schwarzad!*) ex *auro*. Tota hæc parmula est familiae *Gradneria*, ex qua *Maria Jacobo Dni. de W. Windischgrätz* nupti, unde vidi, mox hujus filio *Sigfrido* clypeum assignari quadripettitum, ut gentilis *canis* seu *lupi* caput primum & extremum locum occuparet, tota autem *Gradneria* parmula secundum & tertium. Ipsam familiam, quæ equestris fuit, sed ex ea 1264. *Bernardus* & *Virgilius Barones* leguntur, quod concertat, haud dubie medio laterculo notatur, reliquis testeras aliunde adferas oportet.

Gradner.

§. IV. Clypeum premit tres coronatæ galeæ: ex quarum priori exsurgit caput *canis* & el *lupi argenteum*. Super secundæ tres plumæ struthionice *rubeæ* videntur, medio incumbente spina *pifis* ex *auro*. Tertiam imponitur *nigra* rotundatabula, imprestis & aureis nimis sed punctatis. Lacinae sunt circa primam *argenteæ* & *coecinea*, circa secundam *rubeæ* & *aureæ*, circa tertiam *aureæ* & *fulvæ*.

§. V. Titu-

§. v. Titulus ille est Illustrissimi Comiti *Gottliebii*: S. R. Imp. Comes & Dn. in *Tirol*; *Vindischgrätz*, *Liber Baroni Waldstein & in Thal*, Dn. in *Trantsmantsdorf*, *Stabuli Præmetalii Stryæ Magister hereditarius*. (Erblandstallmeister in *Stren.*) Quod *Trantsmantsdorf* attinet, Archidux *Carolus* 1576. vel 1578. eam, quæ prius ad *canonibus Millestadium* in *Carinthia* seu ordinem *Sancti Georgii* spectaverat, *Vindischgræziis* vendidit.

CAPUT CXII.

Com. de Volckenstein.

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Ejus deductio. Linea.
3. Linea *Trossburgia*.
4. *Rodneckia*.
5. Scutum ex *Chiffletia*.

6. Ex *Submarcho*.
7. *Volckenstein & Mauthausis*.
8. *Villanders & Pradel*.
9. *Rodneck*.
10. Inter ordines imperii.

§. I.

Illustrissima *Volckensteiniorum* Comitum stirps ex antiquissimis *Tirolensis* agri est. Familia De ea in *Illust. Comes Brandisus Tirol. Adel. Ehrenfr.* p. 102. *Edle Ritter von Villanders und Pardell* / befanden sich schon Anno 650. rittermäßig und herrscher dieser gerichts *Villanders* / ob wol auch andere allda wohnende Geschlechter diesen namen führen / so send doch diese die jeunge / von denen die jeunge Grafen von *Volckenstein* unmittelbar abstiegen. Dann *Handel von Villanders und Pardell* erkauffte Anno 1291. das alte schloß *Volckenstein* von *Ruberto Mautrappen* / dessen sohn *Contadus* also dani Anno 1307. die überschriß von *Volckenstein* zu brauchen angefangen / dessen nit erben theils gleichwol den namen von *Villanders* allem behalten.

§. II. *Gabr. Bucel. Germ. T. 2. Bb. 2.* primum nominat *Chunonem Dn. de Villanders* 1018. Iustam autem seriem deducit a *Churone II.* seu *Conrado de Pradelle* 1150. Cujus filii *Bertholdus & Henricus* posteritatem habuerunt, quam omittit, mediis frater *Tegenonis de Villanders* potissimum rationem habens: eo natus *Wilhelmus*, hoc *Gerlachus I.* qui 1296. obiit, iudex civitatis *Bolzanensis*: hoc præter alios nati *Henricus* linea in *Gravetse* factor, quæ in ejus pronepote *Joachimo* defecit, & *Randoldus* seu *Randal-* dus, qui 1319. obiit, pater ex *Dorothea* Dn. de *Rotenburg & Kallern Henrici V.* cuius posteri nomen de *Villanders & Pradel* retinuerunt, atque *Conradus*, qui primus *Volckensteinii* nomen assumpsit, & *Burggravius* fuit in *Seben*, extinctus 1373. genitor præter *Ezelinum, Wilhelmum & Joannem*, quorum brevior fuit posteritas, imprimis *Friederici*, quo *Michael & Osvaldus* nati, duarum linearum auctores in *Trossburg & Rodneck*, divisione instituta 1402.

§. III. In *Trossburgia* linea *Michael Bertholdum* suscepit, hic *Wilhelmum* primum lineæ Baronem, qui 1522. excessit, pater *Wilhelmi II* Baronis, quem ex duabus conjugibus plurimi genitorem agnovere: in quibus eminenti suscepti *Wilhelmus* (*Bertholdi* Comitum parens) *Marcus Sitticus, Engelhardus, Caspar, Melchior Hannibal*, qui omnes posteritatem habuere. Ultimo genitus est *Franciscus Christophorus*, maritus Com. *Ebersteiniæ*, ob quam pars Comitatus ad *Volckensteinios*.

§. IV. Quod attinet *Rodneckianam* lineam, *Osvaldus* 1571. suscepit primum ejus Baronem, hic *Mattheum, Sigismundum & Joannem*, quorum non diuturna fuit progenies, & *Michaelem* Equitem *Velleris aurei*, qui *Fitzum* reliquit gestis bellicis clarum, hic *Christophorum*, in cuius filiis *Carolo, Christophoro juniore, Sigismundo* totidem rami exivere, horum vero filii Comitum dignitate exornati sunt.

§. V. *Michælis* ex *Rodneckis*, quem diximus Equitem *Aurei velleris* fuisse scutum ita describit *Chifflet*. Eq. A. V. num. 142. Scutum quadrilaterum I. & II. *aur-* drans, oblique dextrorsus, ex argento & mino. II. & III. caruleus palo triperito argenteo in summitate peracuto impressus. Galea auro coronata. Apex. *Elephantina promiscida gemina coccinea, tergis obverse, præfixis pavonum orbiculis in* externo

exteriori ambitu ornata: in promule, dum medio aureum sepimentum, plumis tribus argenteis sustentatum. Plumatile acrostolium argenteum & minutum.

Ex Sibmachero.

§. vi. In Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 26. non multo aliter representatur, quod secundus laterculus & tertius transverse sed inaequaliter distinguuntur, inter angustiori parte rubea, superiori latiori caelestina, in qua tres acuminati palei & gemides ex argento visuntur. Toti huic clypeo imponitur parmula media, crataea cantherio argenteo. Imponuntur duae coronatae galeae, ex quarum anteriori crataea (quae Chiffletio saepius in proboscides commutantur) rubea, utraque quibus orbibus pavonis in exteriori margine orata, protenduntur, inter ea autem septem albae impositae conspiciuntur tres plumae struthionicae argenteatae, Lacinae vero dependens rubea & argentea: ex posteriori caelide coronata protenduntur naturalis coloris duo cornua cervina, inter quae consistit pileus orientalis ex cyano & minio bipennis, coronatus & plumis cauleis atque argenteis fastigiatus, ora reducta argentea. Lacinae etiam sunt argentea & caelestina.

Wolckenstein à Maulrap. pius.

§. vii. Laterculus nubibus distinctus nomine indicie designat *Wolckenstein*, familia *Maulrap* quae arcem illam possedit. De hac *Woltruff Com. Francon. Adm. Brandisius* p. 75. *Edle Maulrappen* haben ihr herkommen von der alten *Weste* so auf einem hohen felsen in *Ereden* sieher / als: er nur wolcken umb geben / und darumb *Wolckenstein* genemert word. Dies ist Anno 1291. oder 1292. von den *Maulrappen* *Rudolpho* von *Willanders* zu *Pradel* verkauft worden / dannhero Anno 1328. sich *Conrad* oder *Randold* von *Willanders* des obgedachten *Rudolffs* *Sohn* zum ersten mal von diesem schloß von *Wolckenstein* geschrieben / vonden die junge *Grafen* von *Reichenstein* her stammen. Sie / *Maulrappen* / waren umbs Jahr 1256. erb beamte und belehute des stifts *Brixen* / sollen auch mit den edlen *Burgen* eines adelichen geschlechts gewesen seyn / und ist / nachdem sie auff den Landtag zu *Wien* Anno 1361. erschienen. vonden nicht mehr wissend.

Villanders & Pradel.

§. viii. Palei acuminati seu pyramides videntur tessera vetus & gentilis esse de

Rodnegg

§. ix. De medio seculo non aliud habeo, quam quod eo *Rodneg* denotari existimo, nam familiae huic cantherium saepe memoratus Comes *Brandisius* tribuit. Idem de e gente p. 84. ita loquitur. *Edle von Rodneg* oder *Rodant* Anno 1100. Herren deselbigen schönen *Berghaus* send in stift *Brixen* dem *Conrad* dieses geschlechts Anno 1201. als *Bischoff* vorgestanden / Anno 1233. vor *Erbschammer* und *Marshall* erkannt worden / und welen sie mit denen von *Ehönegg* eines geburts / als ist auch ihr abgang unter denselben bezugten. Idem p. 106. memorat *Vitum B. Wolckensteinum* cum Imp. *Maximiliano* ex *Belgio* rediisse, multa rerum gestatum gloria, de quibus *Guccard. Gerard. de Roo & Sigism. Betul. Spiegel der ehren legendi*: unde ei *Maximilianus* torquem aurei velleris ipse indidit, & *Domini Rodneg* donavit. Verumenimvero illi, qui inter equites aucti velleis legitur, non *Vitosed Michaeli* nomen fuit, & idem Comes mox altera linea jam 1402. (antequam *Maximilianus* nasceretur) in fraterna divisione inter *Michaelern Leonardum* & *Oswaldum*, huic *Rodnegg* attribuit, quod invicem conciliare satis nescio.

Inter ordinis unj. c. tu.

§. x. *Zeller. itm. Germ.* P. 2. p. 23. familiam hanc in matricula imperii recenset, addit vero ab *Austriaca* domo eximi sine onere; & fuisse *Episcopatus Brixientis* *Archidiaconos*, quae nunc etiam eorum dignitas est. Quod vero comitit, ex ea *Comites Wolckensteinis* in *Tirolenti* agro derivandos esse, plus quam conjectura est.

CAPUT CXIII.

Bavon. Wurmprand.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Scutum.

3. Galea.

§. I.

Familia

Petrillustri *Wurmprandiorum* praefapia ex antiquis *Austriae* inquilinis est, & dicitur *Stuppach* vetus *Styriae* fines possedit, aliquando etiam in *Styriam* transit, & ibi munus

munus hereditarium Archim. virorum (Erbfürhelmenter) nacta est. *Stephanus Würmbrand de Stuppach* 1321. vixit, & Glocknrzu tepultus est. 1380. aliquis ex ea gente feuda accepit ab Alberto III. D. Austriae. Gentem deducit *Eucelinus Germ. F. 3. p. 260.* ab *Antonio Würmbrand* circa 1490. Ejus nepotem *Matthaeum* assignat, qui quod diximus *Styriae hereditarius culm praefectus* constitutus sit. Eius filius *Liberonius Baronum* titulum idem ascribit, quos primos illo honore affectos oportet.

§. 11. Scutum repraesentatur in *P. Pussl. Wapenb. P. 3. p. 35.* Ille vero debet Scutum. *argentum*, in quo *colli viridi* insitit *nigri coloris vermis crassior* seu *draco*, *basilisc* sive *serpens*, *verum sine alis & crista*, pedibus *galle gallinae*, *cauda aliquoties contorta*, *sursum porrecto capite*, *auribus oblongis*, ex quibus *smis erumpit*, *rostrum* ostens *titionem aureum* ut *inque ardentem*. Ein schwarzer diefer wurm mit habnenfüßen und gewundenem schwanz / auch krumb außgereckten kraagen / fast wie ein basilisc / doch ohne flügel und kamm / aber lange ohren mit darauß ersihendem feuer / habend auch einen gelben prigel mit außschlagendem feuer zu beyder seits / oder einen brand um schuabel habend. In Furitu libro crista videtur addita, quae tamen abelle debebat: sed nec vestigium aurium & ex illis flammularum adest. In *Eucelino* draco in avis *serpens*, quae titionem rostro gerat mutatur. Est vero duplex paronomasia in *vermis* seu *draconis* & *titionis* nomine. **Wurm. Brand.**

§. 111. Ex galea coronata exurgit *draco* seu *vermis scutaris*. Laciniae pingui Galeae tur argento & cocco; quae tinctura cur contra regulam assumpta sit, non capio.

CAPUT CXIV.

Com. Zani.

ARGUMENTUM.

1. Familia. *Giani. Florentini.*
2. *Bononienses. Marcus Antonius Thabassiarcha Pontificus.*
3. *Comites Castris Apneti. C. Valerius.*
4. *Insignia.*

5. *Leo. An ex Gothis?*
6. *Caput libatum.*
7. *Ramus Roborem.*
8. *Zani Veneti.*
9. *Joannian Provincia.*
10. *Magistratus Antianus.*
11. *Tituli.*

§. i.

Inclutam *Zanorum* familiam Illustr. Abbas *Eugen. Gannyrini* *Istor. Geneal. delle Famil. Tosc. & Vmb. p. 250.* ex *Thufcia* allegat; vetus autem nomen fuisse *Giani*, sed deinceps unius literae substitutione variatum. Primus ab eo recensetur *Gianus*, qui alias *Fuscus* (*Ego Giani qui Fuscovocor*) circa 1000. pater alterius *Joannis* seu *Gianis*, quem benefactorem Abbatia *S. Gaudenti* experta sit, & patrem habuerit iterum *Joannes*, hunc *Geraldus* seu *Gerardus*, parens alterius *Joannis*, & hic *Geraldi*, quo natus est *Joannes*, qui Magistratum *Florentiae* gessit circa 1200. ut & filius *Geraldus*, cujus filius iterum *Geraldus* Consul *Florentiae* extitit 1285. Familia.
Giani.
Florentini.

§. 11. Hi *Florentiam* incoluerant *Zani*, sed *Geraldi* modo dicti filius *Ciraduc.* *Bononicus* seu *Duceus* *Bononiam* se contulit, ibique acriscriptus est societati militum *Thufcorum* circa 1310. & genuit *Geraldum* seu *Gialdum*, qui iterum inter *Proconsules Florentiae* recensetur 1340. & filios habuit *Duceum* & *Nannum*. Ille pater fuit *Nicolar*, cui inimpedio munitionum in *Bononiam* tractu commissa, atque dictus *Zano Zani* 1420. jura *Bononiae* professus est. Hoc *Duceus* & *Joannes* nati sunt, juris eruditione uterque clari, & duarum linearum capita. *Duceio* iterum nati *Dummicus*, *Bartholomeus*, *Franciscus*, *Matthaeus*. Ex his *Francisci*, qui *Confalonarius* populi a *Papa* 1506. electus est, *linea* defecit, *Matthaeus* *Canonicus* fuit, *Bartholomeus* *Dionysium* genuit equitem, patrem *Marei Antonii*, qui militia navali imprimis claruit. aetatis 17. anno *triremis* *Capitaneus*, inde *Carolo Stortae*, qui suas *triremes* *Regi* *Franciae* adjunxerat 1553. locum tenens militavit: postea a *Gregorio XIII.* Pontifice ei *clavis Pontificiae* post mortem *Marei Antonii* *Columni* *imperi* *delatum*, (heuti in *brevi Pontificio* vocatur, *Triremum nostrarum Capitaneus Generalis*) *Plures* vero *expeditiones* *maritimas* cum *Joanne Austriae* *Hispanicae* *clavis* *Duce* suscepit, ad *Guletam*, *Tunetum*, aliò.

Marcus
Antonius
Thalalli-
archa Pon-
tificus.

Cum mortuus esset, hoc Epitaphio ornatus est. D. O. M. Marco Antonio le Zanionis
bili Bononensi, qui ob eximias animi dotes, & que maritima strenue ac libere
gubernavit. Bartholomaeus & Iohannes fratres, Iohannes, Alexander & Annelus filii.
Vixit annos 88. obiit Iulius Februar. M D LXXVI. Filius Iohannes a Francisco Maria Duce
binate Comitatum. Missa in statu Monteltrio accepit; hujus filius Carolus Comes, 1650
1650, decessit, Collegium S. Caroli Bononiae instituit.

Comites
Castri Apu-
lici.

§. III. Superest progenies *Dominici*, qui itidem Duccii filius fuerat, & gen-
tibus *Matthaeum, Andream & Constantium* Abbatem. *Andreas* Comite nati sunt *Bononiae*
Abbas S. Salvatoris Bononiae, *Iohannes Ludovicus & Paulus* in vestitus de Comitatu *Ca-*
stri Apulici seu *Castello d' Apozzo* in statu Monteltrio: pater Comitum *Iulii Casari* *Ca-*
roli Antonii, Constantii Abb. & *Andree*, qui *Marchio & Comes* atque ex *Lucretia* *A-*
frica Corteggia Principis Siri generi fuit, & in aula Caesarea dignitate clarus exerat
1651. *Carolus Antonius* autem genuit Com. *Valerium*, varia virtute & literis clarissimus.

C. Valerius

Pauli & Francisci Salusti patrem, atque *Iohannem Ludovicum*, qui Caesaris auspiciis in
Transsylvania & Ungaria cum multa laude militavit.

Insignia.

§. IV. Scuto familia utitur *transverse secto ex argento & nigro colore*, inferio-
re *leone*, qui pari sectione affectus oppositos tervat colores. Imminet caput scutarum *ca-*
rulleum, cum tribus aurcis *lilis Francicis*, ea distinguente *lambella* seu *laciola* (ratrum
alii vocant) *quadrifida*. Clypeo imponitur *gula* *recta* *lacinis* quae dependent *argenteis*
& *nigris*: Ex ea vero exurgit *leo niger* ramum *quercus Roboreae* aureum ostentans.

Leo.

§. V. Leonem hunc praefatus *Gammurrinus* Gothicae origini per conjecturam as-
scribit. Cum enim allegasset ex *Agathia Maxentium Zanum*, in Imperio orientali, & ex
Procopio *Theodorum Zanum*, qui post *Iulianorum* inter ceteros obtinuit *Romanorum*

An ex Go-
this?

praefectos *primatum*, & *lectoris* arbitrio reliquisset: deductionem, addit: *Non istimo pe-*
ro disprezzabile l'offerazione dell'armi, che porta questa famiglia, ergendo un leone nero
nero in campo d'argento, & mezzo d'argento in campo nero: segna antica usata da Gotti, &
meo se vede nella Gothia d'Andria & Bureo, posta ne' nuovi d'Atlanti di Gio. & Guglielmo Blesu,
il che puo dare conjectura d'aver questa un origine nobilissima & molto antica. Non tamen
existimo contemendam observationem armorum gentilitiorum, quae sunt leome dia sus
parte niger in argento, & dimidius argenteus in nigro: quae testera olim Gothi fuit, ut videre
est in Gothia Andreae Burei, inserta Atlanti Iohannis & Guil. Blaurorum, unde conjectura
duci potest originis nobilissima & vetustissima.

Caput li-
liatum.

§. VI. Quod cephalum cum *lilis* attinet, rationem, nec non alia stirpem con-
tinentia, verbis *Illusterrimum Com. Valeri de Zanis* ex epistola ad me scripta quam
meis enarrare malo: *Guelforum* ac *Gibellinorum* nomen *Germania* *nostra* in *Italia*
transduxit. Qui Guelsum assequebantur partes, *Aristocratiam* aut *Democratiam* contra *Mo-*
narchiam & Imperialem factionem amabant. *Italia* *universa* his *divisa*, *geriam* contra *Mo-*
narchiam surrexit; *crues* in *concrues* pugnant, *filii* *in* *parentes*, *frater* *in* *fratrem* decertabant, ut
manifestum est, & ex *notissimis* *historis* certum. *Genus* *nostrum* *de* *Zanis* *ex* *Hetruria* *Eone-*
niam *migravit* *tribus* *santummodo* *revo* *ante* *seculis*, scilicet *anno* *1379*. *In* *Hetruria* *locu-*
ples & *notabilis* *armis* *emuit*. *Ex* *in* *est* *ituris* *apparet*, *Progenitores* *meos* *Gianum*, *Kudo-*
joannis, *Andreae* *Anno* *D. 930*. *castra* *quedam* *in* *Mugellana* *Hetruriae* *provincia* *tenesse*, &
cum *Valsalvino* *in* *Mugello* *Principibus* *ac* *Domnis* *con* *nationes* *contraxisse*. *In* *Guelsum*
partium *bello* *accessit*, & *Gualdus* *progenitor* *meus* *in* *pugna* *Montis* *aperiti* *inter* *quatuor*
vexilliferos *seu* *signiferos* *primarios* *nobiles* *one* (ut *ex* *archivis* *Florentinis* *constat*) *con-*
numeratur, *contra* *Manfredum* *Svevum* *Apuliae* *regem*. *Hinc* *est* *in* *causa*, *cur* *gens* *mea* *in* *tra-*
libis *aurea* *purpurea* *or* *astro* *in* *campo* *caeruleo* *divisa* *ad* *caput* *insignium* *anteponat*. *Hec* *eti-*
am *signo* *Rex* *Carolus* *ac* *Rex* *Robertus* *Andeg* *ivenses*, *Apuliae* & *Neapolis* *reges* (*Guelphi*
factionis *Protectores* & *Duces*) *ut* *ebantur*, & *militabant* *haec* *quoque* *signa* *in* *vexillis* *fa-*
miliae & *militaribus* *extollebant* *idem* *reges*.

Ramus
Roboreus.

§. VII. Quod ramum *quercus Roboreae* attinet, iterum audiamus praefatum Com.
Valerium: *Ultimis* *seculis* *Iulii* *II. Pontif. Maximi* *Roboreum* *ramum* *aureum* *ex* *quadam*
quercu *aurea* *aliquando* *leo* *gentilitius* *meus* *ex* *media* *superiori* *parte* *niger* *in* *campo* *ar-*
genteo, *ex* *inferiori* *media* *argenteus* *in* *campo* *nigro* *inter* *br* *vexillis* *tenuit*: *ob* *secula*, *quae*
in *Provincia* *Feretrana* *Dominatione* *Ducum* *Roboreorum* *familia* *mea* & *nunc* *distat*.

Nunc raram hujusmodi medius leo niger supra galeam, qua sicut supereminet, effert. Nunc ergo in chlypeo omittitur illeramus.

§. VIII. Cum hinc familia idem esse et eduntur, qui Zamorun apud Venetos nomen gestant: quod Camurinus Abbas pag. 363. probat ex Cretecentio. Observat etiam ipsos illos Venetos olim ditos esse Gramis, creditque partem gentis in Thufciam migrasse: allegat etiam ex epistola Bernardi Zani Veneti ad Vulpianum Zani Jctum Bonon. 1488. Nos etenim ex eadem domo ac familia procreati sumus. Cum porro probando addit: Ne in eis occorre recreare prozavazgiore di quella, che si vede nell' armi, le quali fanno l'una e l'altra di queste famiglia, perche esse sono grandemente simili ed uniformi. Nec argumentum peti potest majus illo quod ex armis desumitur utriusque gentis, qua valde similia & uniformia sunt. Nec tamen qualia Venetorum sint, discrete exprimit.

§. IX. Adducit etiam Abbas p. 252. ex *Soulturii Toscana Franc.* quod *Joannes Jo-* Zani Veneti.
Jovanni in Provincia.
annius (Gioan Giovanni) tranfieri Florentia in Provinciam, ibique 1400. fuerit unus Gubernatorum & Secretarius Regis Siculi Comitis Provincie, à quo descendat familia *Joanniorum Provinciarum* (li Giovanni) Dominorum Castri novi (di Castel nuovo.) Quò facit tessera scutaria, referens *leoneum nigrum armatum argento.* Quod de agnatione utriusque gentis nos minus dubitare sinit.

§. X. Facit hoc quoque ad decus gentis, quod Abbas refert, ducentorum anno- Magistra-
tus An-
natus.
rum spatio raro exemplo familiam Zaniam excelsum & supremum Magistratum Do-
minorum *Antiatum* seu *Anzianorum* octuagies novies gestuisse.

§. XI. Titulus est: *De Zanis, Castri Veteri seu Apulei Comes & Casaluchi Masse Fe-* Tituli
retrana Dominus. Marchionis titulum vidimus etiam n. 3.

CAPUT CXV.

Domini à Zelcking.

ARGUMENTUM.

1. Nomen. Eons.
2. Familia. Lineæ.

3. Scutum. Tessera Zelckingia.
4. Altera Zelckingia linea, Schallaburg.
5. Apex.

§. I.

EX vetustis *Austriæ* inquilinis sunt Perillustres *Zelckingii Domini*, nomen haud du- Nomen.
Bona.
bienacti à castro *Zelcking* prope Melck in tra Anatum, quod ad ipsos spectavit: Ex
possessionibus eorum etiam fuit *Schallaburg*. *Freydeck*, *Schunck*, *Sierendorf* in tra Ana-
tum, quin & supra Anatum *Leonstein* & *VVeimperg*.

§. II. Genealogiam *Celeb. Enocel. Germ. T. 2.* refert ad *Ottomorum de Schlierbach*, Familia
cujus majores inter Palatinos Guelforum emuerint circa 1216. ut tribuit filios *Conradum*
& *Henricum de Schlierbach* dictos *de Zelcking*: Illius posteritas in texto videtur gradu de-
fecisse. *Henrico* natus *Ludovicus de Zelcking* alias *Schlierbach*, hoc genus *Otho de Zel-*
cking, pater *Henrici* & *Othonis junioris*, qui pater *Othonis III.* hic *Calchold*, quo *Georgius*,
isto *Otho Dni. de Zelcking* natus est, in cuius habus linea defecit: *Henricum* patrem ha- Lineæ.
buit *Abero*, hinc *Wilhelmus*, *Wilhelmum Christophorus*, qui *Vitum* & *Joannem* genuit,
quorum hic breviorum, ille duratiorum habuit posteritatem.

§. III. Scuto utuntur apud *Sibmich. Wapend. P. 1. p. 20.* quadripartito: Prima Scutum
areola linea diagonali sinistra secatur, ut superior pars sit argentea, superior cyanea: que et-
iam tinctura est quartæ areolæ, sed linea diagonali dextra, quod forte elegantius ex op-
positione visum est. Hæc tessera vetus tunc *Zelckingiorum*. Videas tamen alibi non Tessera
Zelckin-
gia.
Alteræ Zel-
ckingia li-
nea.
diagonali sed perpendiculari linea divitum scutum, & argento atq; cyano tinctum.

§. IV. Areola secunda & tertia coccinea continet *leoneum diagonali linea scutum su-*
periore corporis parte aureæ, inferiori cerulea, coronatum (coronatum tamen veteres non uhi-
erant.) Hæc tessera videtur tunc alterius *Zelckingie* lineæ, que a *Conrado* deducta
prior defecit, & quidem altera ob Dominum *Schallaburgum*, unde nunc quoq; *Lofer* *seem* *Schalla-*
hoc utitur laterculo (vid. L. 1. c. 17. n. 3.) Nam *Anna* *Henrici* nuptia *Bernardo Dni. de Lofer*
stem nupterat, per quam forte *Schallaburg* ad *Lofer* *stem* delatum est. Porro extin-
cta ista linea superfluit *Zelcking* ab Imperatore *Fridrico IV.* utramque tesseram in
quadripartitum scutum componendi, & rubra cera utendi jus 14-6. obtinere.

§. V. Apicis scutuli duabus galeis coronatis imposta singula alarum complicata, Apex
quorum prius linea diagonali secatur, argento & cyano: *scutum* tubum soliolis aureis
spargitur. *Lacina* lineæ argenteæ iunt & cælestine, isthinc aureæ coccæ reflexæ.

CAPUT CXVI.

Com. & Bar. de Zinzendorf.

ARGUMENTUM.

1. Origo.
2. Familia deductio, Linea, Comites.
3. Scutum, Schecken vom Wald.

4. Pottendorf.
5. Tessera gentilis.
6. Apex.
7. Tituli.

§. I.

Origo

Illustissimi Zinzendorffii inter Austria inquilinos vetustos sunt, alii tamen putant eos, ex Helvetia cum Rudolpho Augusto vel Alberto I. in eam pervenisse; aut primum Zinzendorf (a quo vel suum nomen, vel suum ei indidit nomen videntur) ad S. Leonhardi in sylva (im Wersel) situm, iam ab initio regimini I. Labspurgici possidere.

Familia deductio.

§. II. Vixerunt 1288 Otto Zinzendorfer in Hanssick & Tharicus Zinzendorfer, ut veteres chartae docent. Ottoni Buecl. Germ. T. 2. patrum d. A. A. quaravon circa 1240. Inde 1303. memoratur Henricus senior Zinzendorfer in Zinzehub, cujus filii Henricus, Rudolphus & Seifridus 1332. Zinzehof Lilienteldia vendidit. Huius vero apud Incehlmann mentionem nullam video, qui Ottoni Ottonem junior, militiam dicit, hunc Alberonem, Seifridum, Georgium & Ottonem, patrem Henrici atque Constantii, quo natus est Christophorus, à quo Celeb. Rittershusius genealogiam orditur; huius nepos fuit Christophorus supremus inferioris Austriae venationum Magister, qui 1539. decessit, pater Stephanum in Hanssick & Joannis in Pottendorf, à quibus dux linea exiit, et Joanne iterum nati Alexander, Johannes Fredericus & Otto, novorum denuo ramorum Principes. Ceterum 1662. Augusti gratia Albertus, Johannes Wilhelmus, Ferdinandus, Maximilianus Erasmus & Sigismundus Ernestus Comitum S. Imperii dignitate ornati sunt.

Linea.

Comites.

Scutum.

Schecken vom Wald.

Pottendorf.

Tessera gentilis.

Apex.

Tituli.

§. III. Scuto utuntur quadrifido apud Schmach. Wapenb. P. 1. p. 25. In prima & quarta quadra argentea dimidius lupus nativo colore pictus conspicitur. Quae tessera dicitur obtigisse ab extincta familia Schecken vom Wald seu potius simpliciter vom Wald. Et quidè olim hoc symbolum solum gentilitio in quadrifido scuto apponere solebant.

§. IV. Latereculus secundus & tertius transferri soletur, & ex sectione in superiori parte carule exurgit leo argenteus, inferiori parte tota rubente. Der halbe weisse Löw im obern nach der zwerch von einander getheilten blauen feld / dessen untertheil ganz roth ist. Ita notatur familia de Pottendorf, cujus haeres Sophia Friderici filia Christophoro Zinzendorffio nupsit, qui linearum diversarum est communis pater. In Fursb. P. 5. p. 16. tamen Pottendorffis datur in scuto caelestino leo integer coronatus argenteus.

§. V. Totum incumbit scutulum quadrifidum, prima quadra rubea, quarta nigra, reliquis duabus argenteis. Quod à quibus familiare, & a scito Pottendorffio symbolum hunc locum repeditum est.

§. VI. Galea tres imponuntur clypeo; media coronata sustinet duo cornua bubalina, superiori parte argenteo & nigro, inferiori nigro & argenteo distincta, adherentibus extremis marginibus sphaerulis argenteis, & ante cornua comparente cornu venatorum nigro, auto armillato: haud dubie notando officio hereditario praefecturae venationum. Unde majores eo cornu & corona non uti solebant. Anteriorum cassidem veteres coronategebant, quae nunc vel plane omittitur, vel in diadema tortile ex argenteo & nigro commutatur; ex ea autem exurgit scutum scuti scutarii. Extremis utidem diademate tortili ex coeco & argenteo tegunt: super eam inter cornua ex cyano & argenteo secta, quibus adherent utrinque sena vexilla tubae, primum leo argenteus. Latima circumtunduntur galeae Waldia nigra & argentea. Zinzendorffia mediae argenteae coeco reflexa, ultima Pottendorffia argenteae caelestinae.

§. VII. Titulus est: S. R. Imp. Comes & Dominus de Zinzendorf & Pottendorf, Dom. Dynastia Freydeck & Schoneck, Thurnstein & von P. Uthau, hoc editarius Provincialis Magister venationum Austriae inferioris Austriam, Erblandjägermeister. Apud alios etiam lego titulos Dn. in Curspach, item Sierendorf, Freydeck, Festsitz, Scharsfjenck.

CAPUT CXVII.

Princ. & Com. de Zollern seu Hohenzollern.

ARGUMENTUM.

1. Familia, Linea.
2. Scutum, Zollern.
3. Cervus, Veringen, Sign. Aringen.
4. Dignitas Camerarij, Imp. hereditaria.

5. Fankenstein Parschhusi nominis familia, Penes quam Camerarii dignitas Wetzbergi, Swinsheimi.
6. Galea, Lacina.
7. Tituli.
8. Hereditas Berghensis.

§. I. DE Illustrissima *Zollerana* familia origine nonnihil memoravimus in nostra *Sylogæ General. Hist. p. 415.* ob Serenissimos Marchiones & Electores *Brandenburgicos*, qui ex ea origine duxerit, neque hic necesse est, eadem repetere. Sufficit tantum ab *Eitelfriderico* Comite ordinis, qui *Ruolofum* Imperatorem avunculum, & *Fridericum Burggravium* *Norimbergensium*, & integre stirpis *Brandenburgicæ* titulum, stirpem habuit. Hujus ut nepos fuit *Eitelfridericus h. A. S.* unde *Challier. n. 139.* ejus recentet insignia, & *primus Cameræ Imperialis Præses*, qui 1312. mortuus est, & *Fridericum* *Episcop. Augustanum* fratrem habuit. Hoc & *Magdalena Brandenburgica* nati *Franciscus Wolfingus*, *Joachimus* & *Eitelfridericus*, sed illorum nili impoles decessere: hoc *Careus* natus est, *Lineæ* plurium linearum autor ex filiis *Eitelfriderico*, *Carolo*, *Christophoro* & *Joachim*, verum quæ ab his descendere, iterum detecere, in primis duobus dirimuntur *Lineæ Hechingensis* & *Sigmaringensis*.

§. II. Scuto utuntur in utraq; lineâ quadripertito. Ejus prima & quarta arcola de Scutum nuo *duabus lineis quadripertita est ex argento & nigro.* Hæc *Zollerani Comitatus* tessera est, ducti ab arce vetusta juxta *Hechingam*, non procul *Tubinga* sita, *Zollern* seu ab altitudine *Hohenzollern*, quam *Petrus Colonnaus* vel alius *Ferfridus* tempore *Henrici V.* condidisse, in memoria *Zagarolla* sue in *Italia* relicta hoc nomine (quod deinceps *Germanis* in hunc sonum corruptum sit) nuncupasse fertur. Ita *Cernitus*. Alii & *vestigalibus*, quæ Imperatores concesserint, appellatam putant, & quod apparet multo vetustiorum faciunt, quia jam 829. *Danco* arcem eam tenuerit. Ceterum aliud symbolum *Fel. Malleolus* apud *Haping. de jur. missen. L. 6. p. 6. p. 372.* his verbis assignat, *Zollern stat nigreo rufus leo marginatus sylvæ atq; nigri spatii octo variato.* Quod vel erroneum est, vel insignia deinceps mutata esse oportet. Porro alveolum hunc suis etiam insignibus inserebat *Brandenburgici*, testande originis ergo: vid. *L. c. 13. n. 25.*

§. III. In secundo & tertio latereculo *ceruus aureus tricipitis viridis culmi inf.* Cervus. *fit.* De colore arce video dissentire autores. *Sibm. Q. Bapenb. p. 1. p. 14.* eam *craneam* facit, *Chifflet. Eq. A. P. n. 342. rubeam*, cui alias vidi favere *piculos*. Sed illud præfigo, *Cervum* etiam *P. Furr. in Q. Bapenb. p. 3. p. 6.* nigrum pingit, quod nollem. Hujus latereculi significationem non plane capio: aliqui *Veringensium* Comitatum notari arbitrantur: ego nalo *Sigmaringensium*. *Veringensium* in *Veringen*, *Stevia Rhætica* Comitum, qui sanguine *Dianæ* genibus juncti fuerit, genealogiam aliquam exhibet *Lærus de migr. gent. L. 8. p. 20.* In qua duo viri docti, *Nottingus* seu *Nottingus* *Episcopus Constantinensis*, qui multa soluta & ligata oratione scripsit, *Evangelistas* Commentariis illustravit, cantiones quæ in *Constantiensis* Ecclesiâ usurpantur compilavit, & 933. mortuus est, atque *Hermannus Contrahus* historicus, Poeta & Astronomus sui temporis circa 1066. clarissimus. Ceterum Genealogia integra non est, sed ad 1377. tantum pertingit, unde quando familia defecit, sui quomodo successio ad *Zolleranos* delata sit, non discerno, nisi id factum esse per *Werdenbergios*. Quod *Sigmaringam* attinet, hanc non dubito à *Werdenbergiis* obtentam. Auliciæ enim tette *M. Zol. Ann. Germ. p. 2. p. 29.* *Carolo Zollerano* concessit, quæ ex *Werdenbergiana* effusione, dimidiam nempe partem, obtinuerant. Vei um ex illis bonis sola *Sigmaringa* 1583. imperio adjudicata, *Veringam* autem in *Auliacorum* *Sigmaringensium* potestate mansisse oportet. Porro quod *Sigmaringam* hanc notari existimo, id etiam argumento est, quod adhuc *Com. Eitelfridericus* 1500. eo alveolo nondum usus est ap. *Chifflet. E. A. P. n. 109.*

§. IV. Toti imponitur scutulum medium rubrum avobus sceptris aureis in decussim coloratis *Dignitas* *Cam. Imp. hereditaria* impressum; Hoc designate notatur dignitas *Camerarum hereditaria Impetii*, in quo munere familia hæc cognatis suis *Brandenburgicis Electoribus* præstare operam viciniam. Unde apud *Linn. ad A. B. c. 27. §. 4. obs. pag. 534.* ex *Hermano* *Maturo* allegat, in coronatione *Caroli V.* regis manibus in aurea pelvia aquam exhibitam fuisse à *M. P. Brandenburgensi* & *C. Zollerano* minore imperii *Camerario*. Quoniam v. *Electores Brandenburgici* convenit, ut sceptrum Imperatori præstent, *A. B. c. 22.* inde controversia nata est inter *Electores legatos* & *Zolleranos Comites*, utris hoc jus conveniat: 1633. pro *Zolleranis* utp. hereditariis *Camerariis*, ut pro reliquis hereditariis officibus *(Eib. d. mitter)* promunciantur est: adversus quod protestati sunt *Electores Brandenburgici legati*, & satisfactionem *Com. Zolleranis* atque morem hæc nus receptum allegarunt. *Conf. Linn. Jur. publ. T. P. ad l. ad L. c. 6. v. 74. p. 200.* Porro *Eitelfridericus* Comes, quem §. I. A. V. Equitem & primam *Cameræ* præsidem dixi, primus hoc *Camerarum* munus gessisse, & eo circa primordia Imperatoris *teculi* ornatus fuisse apparet, nam 1307. in sub. r. tione *der Cammergerichtes* ordinata *Comitis auffgericht* vocatur, d. 23. *5. Xedde Eib. c. mitter.* In *A. B. c. 27. n. 6. Subcamerarius* vel *hirplicher* c. 29. n. 2. *Camerarius* *Com. vero* 1300. *E. A. V.* crearetur, nec titulo id adhuc ascriptum est apud *Chifflet. n. 109.* nec symbolum sceptrorum scuto insertum, quod dem n. 142. in parva Principis *Johannis Georgii* apparet.

§. V. Olim ea dignitas nescio an hereditaria fuerit. *Linn. ad A. B. c. 27. §. 6.* mentionem facit, quod sub *Hereticis* secundo 1216. fuerit *Camerarius Impetii* *Dieto de Ravenburg.* In *A. B. d. l.* autem discrete sit mentio *Falkenite* morum. Qui vero *Falkenite* intelligantur, cum non una gens

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Com. de Aspermont, Lynden & Reckheim.

ARGUMENTUM.

1. Familia ex Ateftinis.

2. Comes Aspermontii.

3. Ramus Aspermontiorum. Dominium ad Leu-
ningenses.

4. Reliqui rami Aspermontie gentis.

5. Ramus Lyndensis. Reckheim.

6. Scutum Aspermontium.

7. Cum aquila Eslenſi.

8. Lynden & rami scutum.

9. Crux Aspermontii.

10. Leo Reckheim.

11. Aquila Eslenſis.

12. Gaea.

13. Canis genatus origo.

14. Controversia de Comitatu vel Domino Asperi-
montii. Senteria Parisina.

15. Titulus.

16. Baron. de Lynden.

§. I.

A Sperimontiorum Illustrissimam gentem nuper admodum 1676. breviter sed multa cum cura complexus est *Clariss. Do. Ioannes Holtacker* Decanus Vormatiensis, cui deductionem istam debeo. Derivat vero ex gente Ateftina, ex qua primum nominat *Cujum Actium* (forte potius Actum) ex Actiorum antiqua stirpe, qui circa 411. Ateftinorum adversus Alaricum & Radigum Dux factus; et dar filium *Aurelium Actium*, nepotem *Tiberium* Principem Ateftinum, Vicentinum, Montefratenſem & Feltrinum, pronepotem *Il. Aphronium*, abnepotem *Maximum*, atnepotem *Bonifacium*, trinepotem *Alertanum*, Principes Ateftes & Feltri. Hunc facit patrem *Aloardi* Principis Ateftini & *Guiljarli*, qui 630. vixit, & Dagoberti aule Magister fuerit, genitor *Eriberti*, à quo domus *Canolſi*, & hoc majoris *Aloardi* seu *Aleonardi*: quem parentem habuerint *Ramfridus* Regis Francie aule prefectus atque Marchio Moravia, & *Aleonardus*, pater *Sigisfridi*, primi Asperimontii Comitit.

Familia est
Asperimontii.

§. II. *Sigisfridum* hunc Ateftinum, qui vixit 681. gratia patris Ramfridi prefecti Palatii, & suis de Carolo Martello meritis obtinuisse aut Comitatum Asperimontium in confinis Lotharinga, & conjugem Bertholdem Metensem, qua natus sit *Theobaldus I.* Comes & Dominus Asperimontii & Dunii, hoc *Sigisfridus II.* illo *Theobaldus II.* hoc *Sigisfridus III.* pater *Theobaldi III.* avus *Odonis I.* proavus *Theobaldi IV.* qui ex prima conjugate *Beatrice* Loſſenſi suscepit *Fridericum* in torneamento 938. memoratum, & ex altera *Lucretia M.* Anconitani Bonitaci filia, Pontificis tum nepte, *Dolmannum* ac *Albertum*. Dolmannus reliquit *Albertum I.* huc *Arnoldum I.* genitorem *Alberti II.* Comitit Asperimontii & Dunii, qui ex *Margareta I.* Theodorici C. Theodoniavillae reliquerit *Gobertum*, *Theodoricum*, *Arnoldum*, *Anſelmum* & *Odonum*. Ex his reliqui impropoles, *Gobertus* & *Arnoldus II.* duarum lineatum autotes tuere, *Asperimontii* & *Lyndensis*.

C. Asperi-
montii.

§. III. *Gobertus C.* Asperimontii & Dunii, à quo familiam *P. Anſaume Palus de Thom.* p. 287. orditur. *Godofredum* Bulloneum in Palatinam comitatus est, & *Gobertum II.* reliquit, qui circa 1191. obiit, pater *Godofridi I.* (quo natus est *Ioannes* Episcopus *Troductensis* & dem Metensis, mortuus 1240. & *Goberti III.* qui post bellicam navatam operam *Philippo Augusto*, *Ludovico VIII.* & *Ludovico IX.* redux ex Palastina regimen patrio 1246. cessit, & monasterium ingreſſus est) & *Goberti IV.* (quem cum tertio *Anſaume* contundere videtur) patris *Godofridi II.* qui *Loretam* seu *Mariam* heredem Comitatus *Sarapontani* uxorem habuit, sed prole caruit, & *Goberti V.* qui redux ab expeditione in orientem cum *Ludovico* satepta Princeps creatus est, & circa 1259. vixit, & reliquit *Thomam* Du. de Chaumont in Porcean, qui filium habuit,

Ramus
Asperimontiorum.

habuit, atque *Godofridum* Principem & Comitem Asperimontii & Dami, cui ab uxore
 Ifabella filia Nicolai Domini de Kieuran in Hannonia & Ambliha obtigere. *Henricus*
 parentes habuere *Henricus* Episcopus Virodunensis, qui obiit 1345. atque *Gobertus*
 Princeps & Comes Asperimontii, Ambliha, Dami, mortuus 1325. pater *Joannis*
 Conflans & Forpach & *Godofridi II.* Principis, cui 1354. Metis Carolus IV. conce-
 dit dominium Asperimontium masculis stirpis natu majotibus semper altitum esse
 1357. potestatem nobiles creandi, monetai cudendi & privilegia Palatinatus Inter
 est. Eo natus est *Gobertus VII.* qui (teste Anseaume) *Dn. pro Buzaney* 1377. cum uxore
 duceret *Joannam de Saux*, donavit. Ille vero cum filium haberet *Gobertum*
 praterito filie *Joanna* Comitatum Asperimontium reliquit, quæ eum attulit ma-

Dominii
 ad Lemn-
 genes.
 Reliqui
 ramu
 ramu Aspe-
 rimontii
 gentis.

§. iv. Gobertus VIII. Dn. de Buzaney & Princ. Ambliha contradixit alien. tu-
 ni Asperimontii, & p. s. tum sibi seruari voluit: filium habuit *Edoardum*, patrem *Gob-*
erti IX. Princ. Ambliha (quo natus *Joannes*, pater *Joannis II.* qui Asperimontium Com-
 mitatum iterum quæsitivæ suæ familiæ vindicare, & obsequiis militibus a Carol. V.
 1525. diploma meruit, quo de antiquo patrimonio familiarum investiretur, sed sine liberis
 mortuus est, ejus vero soror *Antonia Amblysam* marito Renato Anglorum Dn. de
 Bourlemont attulit, & *Gobertus* Dn. de Tullin, tantum filiarum pater,) atque *God-*
fredi Dn. de Sorey, quo præter alios nati duorum ramorum auctores, nempe *Im-*
nes III. Dn. de Sorey Nantuel, & *Guilhelmus Dn. de Vandy*. *Joannes* reliquit *Joannem II.* qui
 caput familiæ factus morte *Johannis* Principis Ambliha, in jus a Carolo V. concessum suc-
 cessit, sed sine liberis mortuus est, & *Carolus Dn. de Nantuel*, qui genuit *Carolus Dn.*
de Billim, qui in captivitate Turcica multa passus est, & decessit 1642. *Claudi. m.* *Chri-*
stophorum, *Abfalonen* & *Samuelm*. *Abfalon* reliquit *Carolus C. d'Aspermont*, patrem
Servassimæ Mariæ Luse, quæ *Carolus D. Lotharingæ* maritum habuit, nunc vero
 Comitem Mansfeldæ. *Samuel* autem Dominus de Coulomne, reliquit *Carolus Dn. de*
 Coulomne, dictum Baron. d'Aspermont, qui 1652. in obsidione Stampatum interit,
 pater *Henrici*, ad quem dein jus masculinæ successione Asperimontis delatum est.
 Quod *Guilhelmus* attinet Dn. de Vandy, suscepit *Joannem* Dn. de Vandy, patrem *Re-*
nati, avum *Joannis* casu 1638. proavum *Abfalonis Claudi M. de Vandy*, *Guilhelmus*, ge-
 nitorem *Petri B. de S. Loup*, qui *Joannem* reliquit, & *Claudu* Dn. de Neuville lez Voi-
 signy, nec non *Gobertum* Dn. de Marqueny.

Ramus
 Lydensis.

§. v. Ille alter gentis ramus fuit, cui nunc alterum addamus *Lydensium*, ab *Ar-*
noldo II. *Goberti* nate derivatum, qui ab uxore *Helena Culenburgia* 1120. Comitatum
 Lyden accepit, 1096. *Godofredum* Bullhoneum comitatus est, pater *Wilhelmus*, cui
 uxor *Agnes Mompelicardensis*, avus *Florentius*, quem 1203. cognatus Comes Baranus
 occidit. Eo & *Agnete B. de Wachtendonck*, natus est *Wilhelmus II.* *Christine*
Brederodæ maritus; his *Florentius II.* maritus *Agnete* de Boefelar, istis præter alios
Theodoricus & *Stephanus*: hic Dominus in *Fernusfen* filium habuit *Stephan-*
num, nepotem *Theodoricum Fredericum* 1340. *Ludovicum* Imperatoris *Marecal-*
Adelheide *Virnenburgia* Electoris *Coloniensis* sorore & *Walburgi Merthia* ætate de-
 cessit. Ille (*Theodoricus*) genuit ex *Margareta* *Burggravia* *Montfortia* *Theodori-*
cam II. hic ex *Agnete* *Baronissa* de *Herlar* *Theodoricum III.* maritum *Ermengardis* *Bar-*
de Keppel, quibus genitus *Joannes I.* qui ex *Margareta C. de Gennep* reliquit *Theo-*
doricum II. mantum *Mariæ C. Hornanæ*, & *Stephanus III.* qui vixit 1380. atque ex
 Ifabella C. *Tornacenti* herede liberæ Imperii dynastie *Hemmen* reliquit *Theodori-*
cam V. quo & *Alicæ B. de Wimzen* satus est *Joannes II.* pater ex *Falvina C. Tornaceni*
Theodoricus Dn. in Hemmen, qui *Friderici Augusti* *Confiliaris* & *Camerarius* fuit, at-
 que *Stephanus II.* auctors ex *Walpurga C. Bronchorstia* duarum linearum ex filijs duo-
 bus. *Joannes* Dominus in *Mussenberg* illam lineam propagavit, quæ 1590. in *Caiparo*
 & *Stephano* *F. qq.* *Melentibus* atque *Carolo* *Canonico* *Leodienti* detecit: *Theodo-*
ricus VI. *Lydensium* continuavit, pater ex *Maria* *Baronissa* & herede de *Eldert* *Ger-*
gii, *Roberti*, *Theodoricæ*, *Hermannæ*: à primo orti sunt *Burggraviæ* de *Dornal*, qui
 detecere,

defecere, à secundo Comes Aspermontii & Lynde, Bar. de Froidecourt, tertius Decan. Leodiensis fuit: Quartus *Hermannus* duxit Mariam de Landrysi Jalmalen, & Comitatum Imperii *Reckheimensem* emit; Eo gentis est *Ernestus*, ex Antonia Gouffieria Bonnavetia pater *Ferdinandi*, quo & Elisabetha Furstenbergia in lucem editi sunt illustissimi *Franciscus Gobertus* Canonicus Colonienfis, Salisburgensis & Leodietis, *Ferdinandus Gobertus* Comes & Dominus in Aspermont, Dun, Lynden & Reckheim, cui 1676. jus ex lite quæsitum in Comitatum Aspermontium agnati cætere, *Carolus* Canonicus Colonienfis & Leodienfis, atque *Fridericus*.

§. vi. Quod insignia atinet, *Aspermontium* scutum representatur in *Wapenb.* Scutum Aspermontii P. 2. pag. 34. sub nomine Baron. *Aspermont*, videlicet *rubicum* cum *cruce argentea*. Aspermontii Galeæ coronatæ autem in tabula sexangula, cujus singuli anguli aureis globulis & pennis pavonis ornantur, eadem crux innitit: lacina autem fuit ex innio & argento. Quæ eadem insignia repetuntur in *Fürstl. Wapenb.* P. III. p. 23. titulo *Com. de Aspermundt*, hoc solo discrimine, quod tabula castidi insitens sit octangula.

§. vii. Alibi vidi bipertitum datum scutum his Aspermontiis, cujus dextrum Cum aquila Estensis latus aquila *Estensis*, de qua mox occuparet, sinistrum *crux* prædicta. Verum quando in *Leuningensium* clypeum sola crux relata est, nescio quam certa sit traditio de aquila illo veteri usu: saltem constanter eum servatum non fuisse apparet.

§. viii. Quod *Lyndensem* seu *Reckheimium* ratum concernit, scutum exhibet Lyndensis rami scutum *Fürstl. Wapenb.* P. V. p. 9. quadripartitum, in cujus primo & quarto laterculo *rubicum* fulget *aurea*: in secundo & tertio *aureo* conspicitur *rubicus*: toti vero impunitur scutulorum *caelestinum*, cum *aquila argentea*.

§. ix. *Crux Aspermontia* est, & dicitur à duobus fratribus sumta, *Goberto I. & Arnoldo II.* duorum capitalium tantorum autoribus, cum Godofredo Bullionice in Palæstinam expeditioni interfuisent, quod ali eadem causa eo tempore factitarunt: tamen inter fratres discrimine, quod Gobertus argentea delectatus, Arnoldus aurea usus sit: Quæ colorum variatio non infrequens prioribus seculis fuit. Quod vero minori fratri melius metallum concessum sit, illam assignant causam, quia Arnoldus Duce aliquid Saracenorum ante exercitum tua manu consecit.

§. x. Leotifera est Comitatus *Reckheimii*, quem quod audivimus *Hermannus* Leo Reckheimii Comes sibi comparavit. Dynastiam *Reckum* in Westphalico circulo *M. Zeller. itin. Germ. P. 2. p. 27.* & ex eo *Liran. jur. publ. T. 2. ad 2, 7. p. 559.* in matricula imperii recenset, hoc addito: *Haf 1602. Herman von der Lynden / Herz zu Hautheim ungen habt / der danahls desweggen angefordert worden.* Quæ *Hermannum* nostrum fuisse existimo. A quo vero emerit, non recordor legisse, nisi forte ex eo conjiendum sit, *Arenbergios* vendidisse, quia in eadem matricula legitur sub titulo: *Gefürstete Grafen zu Arenberg / denen die herrschafften Eßden / Nutschfort / Birnenberg und Reckum verhußständig.* In *Fürstl. Wapenb.* P. 3. p. 18. Comites de *Reckheim* exhibentur, qui scuto uli nigro, duabus lateribus argenteis exarato, quales etiam cornua duo nigra apicis extolant. Qui vero hi fuerint, determinate nescio.

§. xi. Aquila mediæ scutuli *Estensis* est, & originem gentis designare creditur: Aquila sicuti nunc etiam *Estensis* seu *Arestina* domus, uti *L. i. c. 6. n. 2. 3.* vidimus, aquila tali utitur, sed coronata. Ea usus adhuc est *Albertus Goberti* & *Arnoldi II.* pater, qui duo erucem, quod audivimus, aservere, posterit tamen non semel iterum aquila uli perhibentur.

§. xii. Scuto, & quidem aliquando peculiari coronâ contexto, galeæ tres insunt, omnes coronatæ: Ex media exurgit aquila argentea gentilis; ex tertia *Reckheimii* leo: prima vero insitit canis venaticus niger cum millo aureo, quales duo etiam scutum tenentes pinguntur, capitibus in extremas cassides additis.

§. xiii. Canis venaticus istam rationem traditio familiaris allegat. *Arnoldum II.* Comitis ratiſiæ origo cum Comitem Hollandiæ *Ultrajectum* comitaretur, cum a via aberrasset, repente canem venaticum nigrum cum millo aureo, ab hoc ei monstratam viam per amnem, ubi eum eques superare potuerit, inde in pratum, in quo animi gratia spantantem repererit *Helenam* de *Boitichem* Domini *Cuenburgii* filiam, quam dein uxorem, & ab ejus cognato Episcopo *Ultrajecteni* hoc intuitu Comitatum

Lynden feudo acquisiverit. Hujus ergo rei memorix conservandæ volunt apici impo-
situm ipsum canem.

Contra-
versis de
Com. vel
Dominio
Aspremon-
ti.

§. xiv. Quod ipsum Comitatum seu Baroniam *Aspremontu* atinet, quam An-
seume vocat Illustrissimam & vetustissimam Austriacâ Baroniam; diximus 3.3. quod
Godofridus Aspremontanus illæ concessit 1387. hanc dynastiam; Unde ad
Lemingenſes ea delapſa est. Contradixit vero Gobertus filius. Ex ejus posteris *Johan-
nes d'Aspremont* Princeps Ambliæ a Carolo V. cui fidelis servitia præstiterat, literis
datis 1325. 25. Jan. Bruxellis investituram Aspremontis obtinuit, sed cum sine liberis
decessisset, agnatus *Johannes Du. de Sorcy* in jus successit. De novo velolitem illam in-
tendit 1638. Lemingenſibus & Lotharingo Duci, ad quem translata pars erat ab Hen-
rica Clivia, Carolus Aspremontius: Demum 1655. in curia Parisina pronunciatum
est pro Carolo, inter alia illis verbis: *A declarer & declare les terres & Seigneuries
d'Aspremont, & de Dun, leurs appartenances & dependances, sief masculin affecté par le
Loy de l'investiture aux aînés mâles de la famille d'Aspremont, à l'exclusion des qu'on ne
(nescio an mendum sit scriptiois) appartenn au dit Charles d'Aspremont, comme aîné
& descendu en ligne directe de la dite famille d'Aspremont, & en conséquence ordonne,
que les dites terres & Seigneuries d'Aspremont & de Dun, appartenances & depend-
dances, luy seront rendues & delassées avec restitution des fruits depuis l'année 1566.
comme ainsiles terres & papiers concernant les droits d'icelles Seigneuries, qui se trouve-
ront es thesors de Nancy, Bar & ailleurs, luy seront remis par nostre dit procureur ge-
neral, &c.* Porro Carolus hic non nisi filiam genuit *Marian. Lusfan*, dem Caroli Ducis
Lotharingiæ conjugem: itaque ad Henricum agnatum jus sententia illa partum dela-
psum est. Cum vero sumtus ad executionem iententiæ deficiere viderentur; ille
cum aliis propinquioribus agnatis, M. de Vendy, B. de S. Loup & reliquis, jus
transferisset 8. Mart. 1676. Ferdinando Goberte ex Lyndenſibus Reckheimis.

Sententia
Parisina.

Titulus.

§. xv. Titulus in Comitibus 1657. Ferdinando ille adscribitur: *Comes de Lynden &
Reckum, Baro de Dorfheim, Tienes & Steinbock, Dominus in Blaringen, Hauten & S. Si-
mon.* Quorum vero non omnium rationem edere valeo. Inde titulus additus est
Comitibus *D'Aspremont, Dun, Lynden & Reckum* seu *Reckem*.

Baron. de
Lynden.

§. xvi. *Etrenes de Lynden*, ex quibus Canonicus Leodiensis est *Carolus Ernc-
stus*, utentes vidi sola cruce gentili, & cane coronatæ galæ infidente, nec non teta-
monibus duobus canibus.

CAPUT II.

Com. de Barby.

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Scutum.
3. Rosenberg.

4. *Ambingen.*
5. *Barbati nulli Barbienses.*
6. *Galeæ, Walternienburg.*
7. *Alteræ galæ.*
8. *Titulus.*

§. I.

Familia.

EX illis quæ nostra memoria extinctæ sunt, familiis Illustrissima plerasq; antecē-
dit Comitum *Barbiensium*. Eam ordiuntur à *Burchardo Comite de Barby*, qui circa
1149. vixerit. Sed antiquior alius memoratur *Waltherus* Comes, qui 786. Carolo M.
stipendia meruerit (cont. *Zeit. usw. Germ. P. 2. p. 68.*) Burchardi modo dicti nepos fuit
Guntherus, pater *Burchardi II.* & *Walthers*, qui licet pater *Buffonis* lineam non proda-
xit. Burchardi II. nepes *Albertus*, qui 1332. obiit, cum Alberto II. Electore & D. Saxo-
niæ Archiepiscopo cum Magdeburgicis Gerhardum, occupato castro Commern,
debellavit. Eius pronepos *Burchardus II. Eglenſem* dynastiam 1416. post mortem ul-
timi Domini occupavit, & tandem monachus 1420. mortuus est. Sed hinc *Cu-
stherus Eglenſem* arcem & opidum Magdeburgicis oppignoravit. Eius filius *Burchar-
dus V.* qui cum Christiano II. R. Daniæ per octennium peregrinatus erat, plurimum a-
liorum, quorum alii in regimine alter alteri successere, pater fuit: Ex illis *Feltesangus*
quinque

quinque ordine Electorum Saxonie Confiliarius, 1565. mortuus, ex conjugē *Agneae Mansfeldicae* viginti liberos suscepit: Ex quibus sibi militarem tere vitam sectati. *Wolfgangus* Metensi obsidioni, praetio quo Albertus Brandeburgicus interit, bello Gallorum adversus Anglos 1557. Gothae obsidioni, Condeanis partibus 1567. *Albertus*, cui vivo patre regimen commisit, Turcico bello, Quintiano praetio, Ordinibus adversus Albanum, *Barcardus* caesus Frederici II. R. Damae, Ungarico bello, Gothanae obsidioni, *Christophorus* Ungaricae & Condeanae militiae, *Cecilius* item Condeanis, *Iustus* Danorum exercitui contra Svecos, Ungarico bello & cum fratre *Ioanne Georgio* regis Galliae copias interfuere. Solus autem *Iustus* gentem produxit, relicto *Alberto Frederico* & *Iusto Gunthero*. Itonatus est *Augustus Ludovicus*, qui morte sua 1639. gentis masculinam progeniem terminavit, frater quatuor sororum *Christinae Elisabethae*, *Iustinae Sophiae*, *Emiliae Iulianae*, *Antoniae Sibyllae*, quarum priores Serenissimis & Illustrissimis conjugibus elocatae sunt ex *Brunsvicensi*, *Trista*, *Schwarzburgia* domibus.

§. II. Scutum exhibetur in *Schmach. Wapenb. P. 1. pag. 16.* quadripertitum, ut scutum prima & extrema arcola *rubea* singulas *rojas argenteas* aureo gemmatas exhibeat: secunda & tertia *argenteo* tincta *aquilam nimo* intactam. *Henning. Theatr. Geneal. T. 3. P. 2. p. 30.* arcolarum ordinem invertit.

§. III. Rosa *Rosenbergica* dynastiae, à *Rosenberg* dictae, quod dimidio miliari à *Barby* distat non procul à confluentibus *Sale* & *Albis*, nota est, quam stirps haec feudo à *Magdeburgico* Archiepiscopatu tenuit. Et quidem antiqua gentis possessio fuit, cum jam *Walthers* *Barbicensis* Comitis tunc *Busso*, qui saeculo decimoquarto ineunte vixit, & *Fredericum II.* in orientem comitatus est. eam titulus ascripserit suis.

§. IV. Rosam comitatur *aquila Atulngensis*. Hunc comitatum quando familia acquisiverit, non compertum habeo. Lego autem apud *Henning. Mulingam* (arcem inter *Stallurd* & *Barby* sitam ab *Alberto* Comite 1318. restauratam. *Atulngensem* aquilam etiam in *Ascaniorum* seu *Anhaltinorum* feuto volare vidimus *L. 1. c. 5. n. 19.* sed argenteam in carulea quadra.

§. V. Hisce quadrantibus imponi merito debet, quae tamen saepiuscule omissa est, media *parmula carulea*, in qua conspiciantur duo *mulli barbati* (*Barben*) *inter se aurati*, velex naturali colore ad flavum nonnihil inclinantes. (titulus *gelblicht*.) Est tamen ubi etiam solum *nimo* pisces *caruleo* colore infecti fuerint: quum alias argento quoque solum, mullos *caruleo* colore tinctos concipias. Sed quod primum dixi, in arcis templo ita conspici accepi. Caterum ipso nomine indice barbati hi pisces comitatum *Barby* designant, ab opido & arce ab *Albim* (qui intumescens saepius *dammofus* est) dictum. Eam dynastiam hac dignitate *Comitatus* *Imperialis* 1510. *Maximilianus Augustus* ornavit. Unde hucusque *icanno* *Wesphilo-Saxoniarum* comitum ascripti hi comitis interesse solum sunt. Extincta autem gente *Augustus Dux Saxoniae* comitatum crevit, suisque titulus ascripuit, piscibus in proprium relatis *scutum*.

§. VI. Galeae incumbunt feuto duae; quarum *priori* calcitra *coecinea* imponitur, cui catulus infidet candidus nullo nigro. *Henning. l. c.* coronat cassidem & capitani canis imponit aliquas pavonis pennas. Haec *galea* *Barbiano* comitatu propria est, nisi forte designat *Dominum Walter Nienburg*, quam arcem *Walterus Comes* *Walter-Nienburg* 1278. mortuus destructo *Munch-Neuenburg* condidit, & de suo nomine dixit. Eam vero dynastiam extincta familia ad teretiam *Saxoniae* Elector *Ioanni Principi Anhaltino* concessit, unde *L. 1. c. 5. n. 28.* in feuto *Zerveltano* atcolam capite canno inter alas prospiciente ornatam vidimus.

§. VII. Alteram *galeam* tegit *orientalis* oblongus pileus argentatus, ora *reducta* *coecinea*, inter lanceas duas *nimo* & argento tarnatas: quarum tamen in *lechemate* suo *Henninges* mentionem nullam facit. Alii pileum *nigrum* faciunt, & oram argento reducunt. *Lacinae* utrinque *argenteae* & *coecineae* voltant.

§. VIII. Titulus fuit: *Comes in Barby & Mulingen.*

Titulus

CAPUT III.

Ex Ducibus Brabantinis Com. de Walheim, Dom. de Wittem,
Bouterfem, &c.

ARGUMENTUM.

1. Familia.
2. Scutum Bergens. C. de Walheim.
3. Ratio.
4. Galea.

5. Scutum Sevenbergium.
6. Anus C. de Walheim.
7. Wittemorium.
8. Scutum.
9. Galea.
10. Berge.

§. I.

Familia

EX incluta Brabantina stirpe Ducali per naturam orta sunt duæ familie, altera cognomento de Glimes Comitum Bergarum, & qui nunc etiam sup'erant *Ormburgensium*, altera *Wittemorium*.

Scutum

Bergens.

Com. de

Walheim.

§. II. Ex ista fuit *Joannes Bergensis Dn. de Valain*, quem inter equites aurei Velleris recentior *Chifflet. n. 91.* & ejus insignia ita describit: *Aves fenti profusa, rhen bis tribus argenteis in rhombum perforatis inscripta: caput sentarium aut cum palo coccineo tripertito exaratum: Honorarius quadrans Brabanticus: omnia symbola simul juncta pro Bergensi testata: cum aloqui rhombi perforati Bouterfemianæ dynastiam, palæ Mechluniam denotent.*

Ratio.

§. III. Ratio horum evidens erit ex sequentibus: Autei gentis fuit *Joannes* filius naturalis *Joannis III. Ducis Brabantie*, qui 1428. deceffit, (inde quadrans honorarius) hic nepotem habuit *Joannem Labconem*, qui à matre *Jovana f. Henrici Wittthomi Bouterfemianæ Bergis ad Somam* nactus est, quas Comitum dein *Marebionum* titulo possideri tenuere, sed cum *Joannes* ultimus sine prole 1567. moreretur, soror *Menca* marito *Joanni Merodio* attulit, à cujus filia *Margareta* conjuge *Joannis Wittthomi Bouterfemii*, hunc genui successio denuo delata; verum iterum ad *Bergenses* Comites per filias translata est.

Galea.

§. IV. Galea coronata exhibet *onagri caput antihermionicum, rostro & summis aurium argenteis, in medio armatura gemine crurulis argenteæ, auro illustrata* (costoyé de deux greves ou jambieres d'armes, enrichies d'or.) Lacinix nigro & auro pictæ.

Scutum

Sevenberg.

§. V. Ex agente *Cornelius Bergensis Dn. de Sevenberg* scutum in corde conclusa coccinea fregit discernendi causa. *Chifflet. E. A. V. num. 110. ut & Maximilianus num. 147.*

Alius C. de

Walheim.

§. VI. *Joannes M. Bergensis C. Walheimius* ex eadem familia eodem usus est scuto, quod §. 2. explicavimus, nisi quod leoni *Brabantino* latius concessum spatium, capite scutario in duas partes divisio, in quarum dextra ille, in sinistra palæ *Mechlun* locum habent. Hos *Bergenses Walheimios Zeiler.* & ex eo *Linn. Jur. Publ. T. IV. add. ad 47. p. 358. in matricula* impetii recenset, sed à *Burgundis* exemptus docet.

Wittem.

orium.

§. VII. Quod *Witthemies* attinet, illi descendunt à *Joanne Joannis II. Ducis Brabantie* filio naturali, qui cognomine de *Corselaer* & *Dom. nro de Wittthem* tuit, atque ab uxore *Amelberga de Durenverde*, Dominium *Bouterfem* accepit; Ex eo geniti *Joannes Dominus de Wittthem.* & *Henricus Dominus de Bouterfem*, cujus nepos illud *Bouterfem* vendidit: Ut & *Joannis* nepos *Frislericus Wittthemium* 1466. vendidit. Alius *Joannis* pronepos *Henricus Dominus de Bersle Bouterfemianum* per emtionem recuperavit, & ille est, cujus insignia *Chifflet. n. 97.* inter equites aurei Velleris recentior.

Scutum.

§. VIII. Scuto ille *Henricus* usus est quadripartito; in quadra prima & quarta *Brabantica* inscripta testera, videlicet leone nigro in area aurea: In secunda & tertia *argentea crux striata carulea* conspicitur, quod symbolum est *Witthemium*. *Brabantini* autem leonis ratio ex ortu gentis, quem diximus, derivanda est.

Galea.

§. IX. Galea coronatæ impositum conspicitur caput onagri hermionicum: lacinix vero auro & arto pinguntur.

§. X. Quo-

§. x. Quomodo ad hanc gentem successio *Bergum* delata, sed de nouo ad Montanos seu Bergenses Comites delata sit, §. 3. dictum est.

CAPUT IV.

Brancaccii Duc. de Villars.

ARGUMENTUM.

1. Familia, Cardinales, Linea.
2. Brancacci in Francia.
3. Scutum ex *Geloto*.
4. Rationes, *Joyeuse*, S. *Didier*.
5. Ex *Sammaritano* scutum, *Apex*.
6. Titulus.
7. Brancacciorum in Neapol. *testera*.

§. I.

Illusterrimam familiam Brancacciorum seu de Brancas P. Anseume Palais de l'honn. Familia
 pag. 358. ad Brancaccios Neapolitanos refert: Ex quibus Cardinalis fuit *Renaldus* Cardinales
 Brancaccius 1388. *Ludovicus* 1408. *Nicolaus* in Concilio Pitano, *Thomas* 1411. *Martius*
 Archiepiscopus Viterbientis 1633. In primis celebris fuit *Alexander Brancaccius* Eq. cog-
 nomen *Imbricatus*, Marefcallus Siciliae & Achaiae 1364. à quo plures lineae, Brancacci- Lineae.
Imbricati, Brancacci de *Vescovo*, Brancacci del *Giunolo*, Brancacci del *Cardinale*.

§. II. *Buffilius Brancaccius* Marefcallus Papae Clementis, secutus partes Ludovici Brancaccii
 Andini R. Siciliae circa 1384. in *Provincia* tortunarum sedem fixit, & ex *Margareta* infantaria.
 Anorosis genuit *Nicolaum* Cardinalem, *Iohannem* (à quo *Azemonenses*) & *Bartholomaeum*
Dn. de Maubecc, qui ex *Maria* de Forcalquier filium habuit *Seuolam* seu *Gau-cher*,
 ex donatione avunculi *Raymundi*, *Baionem de Ceresle*, cum obligatione nomi-
 nis & armorum de Forcalquier, unde uatus *Gaucher II. B. de Ceresle* maritus *Isabelle*
 d'Agout de Saul, pater *Gaspars B. de Ceresle*, à quo reliqui *Baiones* de *Ceresle*, nec
 non *Comites* de Forcalquier, & *Emondus* seu *Anmondus B. d'Osse*. Hic ex *Catharina* de
Joyeuse genuit *Gasparium B. d'Osse*, *Andream* Governatorem *Rotomagi* & *Gratia* por-
 tus, ab *Henrico IV.* *Admiralis* *Franciae* creati, & *Georgium*, qui *Dux* de *Villars* creatus
 est, pater *Ludovici Brancacci* Ducis de *Villars* ac *Caroli* *Com. de Brancas*. Ille filios habet
 C. de *Maubecc* & *M. d'Osse*.

§. III. *Admiralis* scutum ita describit *Gelot. indic. pag. 343.* quod quadripartito Scutum
 ulus sit: ita ut primam & quartam *aream rubeam* divideret palus argenteus tribus ex Geloto
turribus caruleis exaratus, additis utrinque *basis gryphinis pedibus* in palum conversis,
areae circumducto limbo denticulato ex argento & caruleo. Secundus & quartus qua-
 dripartitus erat ex *Ioufani* & *Sandiderii* symbolis, quorum illa sunt arcola palis ter-
 mis aureis & caelestis exarata, cum capite scutario rubeo tribus hydrys aureis onera-
 to: haec aurem leo argenteus in campo caruleo, cui circumdantur limbis ex cocco
 inscriptis octo liliis aureis, quae *Carolus VI.* domui bene meritis concesserat. *Media*
parmula aurea incumbbat quadrantibus, & ornabatur *rubea cruce florida*.

§. IV. *Area* prima est Brancaccia ipsa, huius sc. *Franciae* linea. *Ioufina* & *Sand-* Rationes,
didieria est assumpta ob matrem *Admiralis* *Cathannam* sororem *Gustelini Vicecom. de* Joyeuse.
Joyeuse, Marefcalli *Franciae*, cuius filius *Dux* fuit. Ipsa gens deducitur à *Guidone Dn.* S. Didier.
de Joyeuse, qui 1255. vixit. Quod *S. Didier* attinet, *Ludovicus Dn. de Joyeuse* sibi he-
 redem de *S. Didier* & *la Mafche* junxerat. *Crucis floridae* non capio significa-
 tionem.

§. V. *Sammarthanus l'ess. de Fr. p. 321.* aliter tingit scutum, illudque *caruleum*, Ex Sam-
 tures autem *minutas* esse iubet, opere camentatio nigro, tum pro pedibus *gryphi-* marthano
nis substituit *leoninos*, & *limbum* omittit: quocum ego etiam facere malui; in primis scutum,
 quod pedes *leoninos* attinet. *Gilca* scuto incumbit coronata cum protensu pede Apex
leonino ex auro. *Latiniae* autem dependent argenteae, azuræ & rubrae.

§. 6. Titulus est: *De Brancas Dux de Villars, Par Franciae, Marchio de Grazulle* Titulus.
 & *de Grandchamp, Comes de Maubecc, Vicecomes de Coutance, Baro d'Osse, de l'Isle de la*
Forté Bernard, Dominus de Beaubec. Ducatus dignitas collata est 23. Jul. 1627. *Paratus*
 1652. sed non nisi in Provinciali curia *Aqueni* confirmata. *Villars* sicum est in *Provin-*
cia, pridem *Marchionatus* titulo insignie, inde conjunctum cum *Baronia* d'Osse &
Champtercier, cum *Ducate* axioma accederet.

Brancac-
torum in
Neapol.
cellera.

§. VII. Quatuor in Neapolitano regno linearum scuta ita describit *Parkins.*
d. s. A. m. p. 517. *Brancacci* *lulnachi* uentur in crinale scuto argenteo palo, inter-
pis tribus aqualis cocemiscum quatuor pedibus leonnis aureis, quorum latera ex la-
teribus utrinque protruduntur. *Brancacci del 1. scovo* seu *1. osorio*, palum velere va-
rio tegunt, & sex pedes leonnis lateribus jungunt. *Brancacci del Giulolo* totum uenit
quatuor leonnis pedibus; *Brancacci de Cardinale* talia argentea addunt qua-
tuor pedes leonnis.

CAPIT V.

Com. de Brandis.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Comes <i>Franciae</i> <i>Adamius</i> . | 4. Scutum <i>linea Rhatice</i> . |
| 2. <i>Familia</i> <i>linea Rhatice</i> . | 5. <i>Tirolensis</i> . |
| 3. <i>Tirolensis</i> <i>Deductio</i> <i>Ep. de Launburg</i> . <i>Co-</i>
<i>mitum dignitas</i> . | 6. <i>Apex</i> . |
| | 7. <i>Conjectura de duplici tessera</i> . |
| | 8. <i>Titulum</i> . |

§. I.

C. Franosc
Adamius.

Illustrissimus *Franciae* *Adamius* Comes de Brandis insigni cura & industria *Tirolensis*
Comitatus historiam nuper admodum 16-8. Bolzani edidit, sub nomine des *Tirol*,
Nobis *numer* *primendes* *Ehrenfranzel*. In eo sua etiam inclute stirpis pag. 47.
& seq. breuem *historiam* exhibet, ex qua huc transferemus, quae in rem nostram
faciunt.

Familie
linea Rhat-
tica.

§. II. Ex *Joh. Stumpf*. *Chron. Helvet.* ostendit, hos *Brandisios* jam ante 600.
annos *Comitibus* *Areticis* annumeratos fuisse. *Linea* vero dux fuisse, quarum altera
in *Walgovia*, non procul *Curia* *Rhatice* circa 1500. defecit, ejusque heres *Henricus*
Dn. Brandisii *linea* *Aretici* *Comitis* *Sulzensis* conjux, illi genti attulit successorem di-
tionum *Rheni* *conterminarum* *Fuldaz*, *Schellenberg*, *Bunnenack*. De qua re in *Sulziis*
Comitibus videbimus, quorum scutum hanc etiam aream complectitur.

Tirolensis

§. III. Altera *linea*, quam etiam *Rhatice* illis subijcit *Henning*. *Theatr. Geneal.* T. 3.
P. I. pag. 480. illi titulo: *Brandis & Leonburg, Barones in Tirolensi Comitatu*. Ubi hi

Deductio.

ex priori trunco exierint, non memini me legisse. Praefatus vero Comes asserit, eos
cum istis unius esse originis. Et quidem *Henricum* 1179. foralicium *Launburg* posse-
dille, & modernam arcem *Brandis* condidisse, unde deinceps dicti sint *Nobiles* *Brandisii*
de Launburg (*Edle* *Brandiser* *von* *Launburg*) quod castrum montanum ita
pra pagum *Launburg* suum est. Hic *Henricus*, (a quo etiam scutum orditur, sed nomen
ignorat *Gabr. Bucelin*. *Germ. T. II. F. 3.*) qui nunc de *Leunam* usus est, advocatum
dedixit *Ecclesiae* *Wiltentis* seu de *Wiltau* monasterii. Epus filius *Hildebrandus* *de*
Launburg itidem 1212. advocatia illa gavissus, inque ea ab *Alberto* *C.* *Tirolensis* plurimumq; gene-

Eq. de La-
naburg.

rosorum vicorum *sum* *tribus* *natu* *arc* *Leonburg* seu *Launburg* cum appertinentiis ob-
tigit, unde di sunt equites de *Leonburg*, quorum *linea* 1461. occidit. *Brandis* *I.*
Brandis *ortus* *est* *veterem* *turrim*, & novam conditam arcem *Brandis*, unde et
nomen *Eq. de Brandis*. Eo, qui 1250. mortuus est, ex *Tractionia* *matre* *nati* *Hilde-*
brandus *III.* & *Brandis* *II.* Illo autem ex *Liechtensteina* *uxore* *Schwarzbarant*,
Burchardus, *Nicolaus*, *Schwartzbarant* & *Mazam* de *Villanders* parentes agnovit
1338. *Randolphe* *Uco* *Randolphus* & *Hildebrandus* *IV.* Ille *Catharinam* *de* *Marenti* *uxo-*
rem *habuit*, & filium *Randolphum* *II.* qui 1400. moriens ex secunda uxore *Margareta*
Botfeldia *de* *Z. &* *ingenberg* reliquit *Leonem* & *Christophorum*. Ex terna vero *Marga-*
reta *de* *Villanders* *Vollgangum*, *Burardum*, *Randolphum*. (quorum medius poster-
tatem habuit in tertium gradum.) *Leo* autem ex *Catharina* *Halm* *de* *Maynburg* *su-*
cepit *Leonem* *II.* *Gothardum*, *Randolphum* *III.* *Eurechtum* *III.* & *Vollgangum*, quibus
tamen ex *Bucelino* videntur potius *Burcardi* *fili* *fuisse*; *Gothardi* *linea* *in* *nepotibus*
videtur

videtur defecisse. Ex his Leo autem 1461. post mortem Cypriani Iq. de Leonburg ipsam arcem & que adhaerebant ad Branditios possimio rediit, pater ex Anna de Straten Jacobi II. Antonii & Ioannis; Jacobus ex Helena de Niederthor suscepit *Iacobum Christophorum*, sed ex Anna Hegern de Fridberg (cuius mentionem Comes Franciscus Adamus non facit) *Antonium, Iohannem Henricum, Leonem*. Antonius plures filios habuit, ex quibus Antonius Baro alterius Antomi Baronis patet fuit. *Ioannes Henricus* ex Margareta Thantadlin Bar. de Tarenberg genuit *Iacobum Andream* Baronem, Capitaneum Provinciale ad Athesin, & secretoris Contuli Cæsares Senatorum, omnium Branditorum hodie avum: illo enim nati sunt post alios ex Sibylla Barbara Händlin, *Andreas Wilhelmus*, ex Maria Itabella Barone Lamburgia *Istes Benno* hite Camerarius Augusti, & inferioris Austriae Vicepraeses, hic Capitaneus provincialis ad Athesin & Archiducis Consiliarius secretor, qui duo Illustrissimus] decus *Comitum Imperii* à Ferdinando III. assecuti sunt; eorum vero hunc *Franciscus Adamus*, ex quo plura allegavi, patrem agnoscit.

§. IV. Quod *Rhatem* lineam attinet, eius scutum (sub nomine *Brandis*) exhibitum *Scutum* *Wapent.* P. 2. pag. 32. Videlicet *argentum* cum *ratione nigro*, cuius ramorum *linea* *Rhaticæ.* detruncatorum vestigia visuntur, *ardente*, situ diagonali locato. Qualis etiam coronatae galeae insiluit, dependentibus lacinus nigris & argenteis. Hæc arcæola, quod diximus, in Sulziorum etiam Comitum clypeo comparet.

§. V. *Tirolensis* tami alia est tellera, quam in nobilitate Tirolensi exhibit *Sib-Tirolensis* *Wapent.* P. 1. p. 42. In ea enim quadrupertiti scuti arcem primam & quartam *argenteas* ornant singuli *leones rubei* intortum versi. Secundus & tertius laterculus bipertiti sunt; Cæterum in superioris priori, in inferioris posteriori latete argenteo leo iterum comparet rubeus, cum opposito tanquam colludens, reliqua (videlicet superioris sinistra, inferioris dextra medietas) cærulea est.

§. VI. Scuto imponuntur duæ galeæ: ex *priori* exurgit leo rubeus, cuius collum *Apex.* acuminibus aureis, quæ pennis nigris ornantur (*gelber faum mit schwarzen federn*) asperatur: *Posteriori* insiluit pileus orientalis argenteus ora reducta tutea, coronatus & pennis nigris fastigiatus, à lateribus adhaerent pileo singuli pedes ut fini rubei. Laciniæ sunt ex argento & cocco.

§. VII. Unde duplex *deus* hos Branditios notet, non legi. Coniectura autem non improbabili est, alteram lineam eorum, qui de Lanaburg seu Leonberg deinceps *Coniectura* *ra de du-* *phicelle-* *ra.* dicti, gentili leoni addidisse medietatem cæruleam, quam telleram, cum istarum iterum hereditatem crevissent, cæteri potuere recipere. Sed nihil affirmo, nec etiam mihi constat, an cum dignitate Comitum scutum novo decore fuerit illustratum.

§. VIII. Titulum non alium vidi, quam quem præfatus Comes suo nomini ad- *Titulus.* *Comes de Brandis, Comitatus Tirolensis hereditarius Camerarius. Erbsilber-* *Cammerer.*

CAPUT VI.

Episcopus Brixinensis.

ARGUMENTUM.

1. *Brixia, Sabiona, Episcopi, Cardinales, Damasus II.*
2. *Scutum modernum.*
3. *Episcopatus agnus, S. Agnet.*

4. *Officiales.*
5. *Dignitas Princeps Imperii. Diplomata 1591-1592. Exemptio Austracæ.*
6. *Capitulum Cathedralæ.*
7. *Episcopi Paulini regera. Symbolum.*
8. *Apex. Titulus.*

§. I.

IN Amplissimo Comitatu Tirolensi in Italiae finibus *Brixia* seu veteribus *Brixino*, *Brixia.* *conf. Mart. Zeller. itin. Germ. P. 2. p. 179.* sita est, urbs Episcopatu nobilis, alia a *Brixia* Cenomanorum seu Lombardicæ (*Brescia*). Autor Episcopatus traditur *S. Cassianus*, qui 360. sub Joviano Imp. velut Brixinensis documenta volunt, tempore Juliani Apollatae & Damasi Episcopi Romani *Sabiona* (seu Saben) ubi regium castrum *Sabiona.* *Dddd* fuerat,

fuerat, & angelum annunciare cepit, verum pulsus ab idololatriæ ad Iuliam trahi-
datus est 395. a discipulis in sinu parentum impiorum. Allegatur vetus distinctio:

10x Patres a. n. r. n. e. n. s. Chrysum docet in Sibiona
Imola transfugam graphus hic inolat ipsum.

Episcopi. Post hunc allegatur *S. Lucanus* ex Paulo Diacono & Mattheo *Radaro* (quam antea
Bucel. Germ. P. 1. p. 46. nescit. Inde *S. Ingenius* circa 395. vel iuxta alios demum 590. in
turbulento tempore ob Hunnorum irruptiones non solum Saonica sed & alia parte
devastata essent. Inde numeratur *S. Constantinus* circa 625. Demum Sabiona Brixiam
translatus est Episcopatus, quod an *Rich. rto* an *Abuino*, quem sanctis quoque
numerant, Bucelinus *Harvico* trigesimo Episcopo tribuunt; eius antecessor *Her-
do* Bucelinus adhibet, quod Brixiam seu Brixinam membris cinctis; verum *Ma-
strilli. Comes Franciscus Adamus Brandisius* hoc ab *Harvico* factum memorat *Zitel.
Chrenfr.* p. 6. Forte dixeris, non simultaneam translationem illam fuisse. Interce-

Cardinales quentes Episcopos plures fuisse Cardinale *Nicolans Christophorus*, sui temporis mirabilis
habitus, *Melchior a Meckan*, *Bernardus a Glosi*, *Christophorus Aladrucius*, *Andreas
Austriacus*. *Poppo* autem vel iuxta alios *Stephanus* ab hoc Episcopatu ad Patriarchen-
lem *Aquilejensem*, in *je Papaliam* sedem *Romanam*, translatus est 1048. sub nomine *Da-
masus secundus*.

Damasus
secundus. *missi secundi.*
§. II. Qui nunc sedem premit Reverendissimus Episcopus *Paulinus* scuto uti-
Scutum
moder-
num. tur semel perpendiculariter, bis transverse lecto. In prima area rubra graditur agnus
*argenteus retrospiciens, ungulis & fulgore qui caput ambit ex auro, qui quiescit in extantibus
argenteum rubra exerce insignitum, ex cruce aurea suspensum. Sebnoch. Wapenb.* P. 1.
pag. 11. agnum non facit retrospicere, & ei tricollem montem subiecit.

Episcopi-
agnus. §. III. Hæc tessera ipsum notat *Episcopatum*. Non desunt vero, qui ad eam
traditionem respici existimant, quod cum *IESVS Christus* virgini *Agneti* apparetet,
camque de imminente gloriosa martyrii corona edoceret, niveum agnum a dextris
suis consistere virgo vidit: huius vero sanctæ Martyris caput se possidere Ecclesia
illa credit. Assert hanc quorundam conjecturam præfatus *Franciscus Adamus Com.
Brandisius* p. 6. 7. sed assentiri nequit, quod caput hoc Ecclesiæ demum Pontifex *Da-
masus II.* quem diximus Episcopum eius prius fuisse, dono dederit; Ecclesia vero
prius hæc tessera usata sit.

Officiales. §. IV. Huic Episcopatu tribuunt maiores officiales teste *C. Brandisio* & veteri
libro membranaceo, *Marescallum Ducem Savariae*, *Camerarium Ducem Carinthie*,
Pincernam Ducem Meraniae, *Dapiferum Sæviæ Ducem*. Alios, forte illorum sub-
officiales, Bucelinus recenset *Domino de Schoneck* *Marescallos*, de *Rodnegg* *Camera-*
rios, de *Seben* *Pincernas*, de *Capistrano* *Dapiferos*: quibus hodie succedere, primis *Er-
vones à Welsperg*, *Camerarius Columanus B. de Vels*, *Pincernis Comites de Thun*, ultimus
Barones nunc Comites de Tölskenstein. Multos etiam nobiles & illustres vasallos Ec-
clesia hæc habet, imo Serenissima *Domus Austriaca* quædam ab ea feudis insigniare
cognoscit.

Dignitas
principum
Imperii. §. V. Annexa ei est, ut aliis plerisque Episcopatibus, dignitas *Principis Imperii*.
Ostenditur in Archivo Episcopali privilegium authenticum *Ludovici II.*, quod jam
814. cum sedes adhuc Sebonæ esset. Imperator præfatus Episcopum *Landsfridum*,
cum Ecclesiæ subditis & appartenentibus, in peculiarem Imperii tutelam suscepit,
eo addito ut ipse & successores non alii quam Rom. Imperio obedirent: Quod 9. 9.
solemniter repetiit *Rex Rom. Ludovicus I.* addito, avum & patrem, nec non prædi-
ctum *Ludovicum* primum, hanc Ecclesiam & Episcopatum in peculiarem protectionem
suscepisse. Quibus accedunt alia ab Imperatoribus & regibus obtenantur diploma-
ta *Conradi I.* 216. *Ostons II.* 977. *Henrici II.* 1111. *Fridrici I.* 1155. 1179. *Fridrici I.* 1218.
Conradi II. 1240. 1252. *Alberti I.* 1373. *Caroli IV.* 1366. *Sigismundi* 1415. *Frid. rici II.*
1473. In primis *Fridericus I.* Henrico Episcopo jus Telonii, *Pedagii* & *Monete* euden-
de concessit, teste *Avont. Chron. B. L. s.* p. 324. & *Virgul. Hund. Metrop. Salisburg.*

Diploma-
ta impe-
rialia. *Imp. Henricus* tempore Pontificis *Benedicti VIII.* Episcopatu *Dynastiam Villes* in
Carniola octo milliaribus *Labaco* distantem, cum insula dicta *Zinsl ben unfer Eri-
ben* *Franken un Werts* concessit. Episcopo *scilicet & suffraganeum* in principum tenatu
est, quo quoties res fert etiam uti solet: Quod vero attinet onera imperii (præter
Conti-

contributionem ad *Comeram*, quam Episcopus ipse solvit, *eximitur* ab Archiducibus *Austriacis*, ex pactis in eis detentionem tabularum & ditionum, quae Episcopales ubique cinctae vel mixtae sunt Austriacae, vetum absque detrimento & praedictio dignitatis immediate, & aliorum in Imperio jurium: in quod 1548. in Augustanis Comitibus reliqui Imperii status consentire, cum prius iam contraxissent. Observat vero etiam ex *Maisbach* Burglebner Comes *Brandisius*, sepius in Dietis provincialibus, quas Duces Bavariae, cum Tirolensibus imperarent, intulerant, comparuisse, haud dubie ob defensionem & tutelam ditionum. De quereis, quas Episcopus Brixinensis moverit ob iniam gravationem diceceles, & extensionem jurium Austriacorum ultra ea, quae ab antiquo ob beneficium protectionis, eo in primis tempore cepta, quo adversus Venetos Maximilianus I. bellum gesserat, recepta fuerint, conf. *Limn. Jur. Publ. T. II. ad L. 5. c. 2. p. 687. 688.*

§. VI. Latereculus secundus *argenteus* continet *agulam* expansam *rubeam*, *cruribus* & *roastro aureis*, ex quo metallo etiam *coronae* capiti, & transverso situ medio corpore & alis *Episcopale pedum* imponitur. Ita sunt notari *Capitulum Cathedralis (Domi. Capitel)* quod constat Canonicis, partem ex equestri, partem Doctorum ordine, quorum hos Theologiae vel Jurisprudentiae in universitate una vel pluribus quinquennalem operam navasse, & gradum Doctoris vel Licentiae assecutos, istos generis nobilitatem quatuor avorum vel aviarum (*vier ahnen*) nobilium demonstratione ostendere necesse est. Huic capitulo in Dietis provincialibus Tirolensibus locus est honorificus, quem per legatum servare solet.

§. VII. Tertia & extrema quadra *ruva relictanum* ex *argento* continet, aureo rostro pectus mordentem, cum ternis pullis argenteis. Tum quarta & quinta *carulea* tecti *scutae* diagonali situ *argenteam*, aureis pinnulis (*gesieder*) armatam, stipante eam utrinque stella sexangulari aurea. Haec tectera est familiaris moderni Episcopi, quem ordine 89. numerant, & qui prius dictus *Paulinus Mays*, antea Canonicus & Summus Penitentiarius, post mortem Sigismundi Altonsi ex Comitibus de Thun Episcopi Tridentini & Brixinensis 1677. à Canonicis unanimi suffragio singulari Imperatoris Augusti virtutibus ejus faventis beneplacito electus est. In ejus scutum modo explicatum ita lusit nescio quis:

Hic aquila est, agnus, pelicanus, si terra, stella,

Quam bene pro patria junxit at ista Deus.

Symbolum vero sibi elegit sciturum cum lemmate: *Manfeste & serid.*

§. VIII. Huic scuto quae imponi soleant galeae non vidi, sed tantum tiaram Episcopalem argenteam auro & gemmis ornata, adjectis hinc pedo Episcopali isthinc gladio potestatis temporalis indice. Titulus simplex est: *Episcopus Brixinensis & S. R. Imp. Princeps.*

CAPUT VII.

Bronchorstii, Com. ab Anholt.

ARGUMENTUM.

1. Scutum.
2. Praesentores Comitum Anholtini.
3. Bronchorst. Controversia.
4. B. cr.
5. Batenburg.

6. Melendonck. Drachenfels.
7. Columnna orice.
8. Latereculus igneus.
9. Melend.
10. Reuland.
11. Apex.
12. Barones Batenburgi. Comit. Grossfeldt.

§. I.

Eleberrimus *Chifflet. Insign. Eg. A. 1. num. 32.* exhibet scutum Comitum *Isacobi* *Comitis de Bronchorst & de Anholt, Baronis de Batenburg, Melendonck & Latum*, transversè & ad perpendicularum in quadras novem scutum.

§. II. *Agre laterculorum ratio intelligitur, nisi Comitis illius ante oculos p.*
 Progenitores Co- nantur majores:
 mitus An- holti.

Theodoricus & Joannes Carolus fratres Com. de Bronchorst.	Jacobus Dn. de Bronch. & Batemb. † 1558.	Theodoricus Dn. de Bronchorst & Batemburg † 1558.	
		Anna Wickedei Dn. de Maa. land.	
	Gettrudis de Milendonck	Elisabetha de Noyelle.	Gislenus Dn. de Noyelle.
		Joannes Dn. de Milendonck & Drachenfels.	Elisabetha de Liechtervelde.
Maria Limburgia.		Joannes Dn. de Merode.	
		Hermannus Georgius C. de Limburg & Stirum.	
		Maria C. Hojenfis.	

§. III. Laterculus primus *coccineus argenteum leonem* desert in levam conversum (non alia ratione quam ob laterculorum dispositionem, ut more Germanis recepto fera intorsus convertatur) corona, lingua & calculis aureis, cauda bifida, & in decussim trajecta. Hoc emblemata est *Bronchorstia* gentis. Hec satis antiqua fortuna tamen fuit incrementa fere Henrico VII. debet. Primum in illa legi *Gisbertus* anno 1233. Inde 1275. *Joannes Episcopus Trajectinus*, dein alius *Gisbertus Arentis* *opus Bronensis* fuit. Ceterum cum *Gislelmus Bronchorstius* uxorem habuisset *Leonam Dominam Batenburgiam*, inde nati *Gisbertus*, *Theodorus* & *Baldricus*. Ex quibus hic *1295* decessit, iste *Batenburgios* Dominos profecit: ille *Bronchorstios*. In decedere in *Isidoro* seu *Iusto C. Bronchorstio & Dn. Borculoensi*, qui 1553. in proles, sicut etiam *Hojensis* maritus, decessit. Successionem vero prætenderunt ex amita ejus *Heinricus* *Ottoni Comiti Dropholtino* nupta, hujus neptis *Irmgardis Eßfeldensis* Abbatis, & ejus ex *Fridrico* fratre nepos *Rudolphus Diepholtum* Comites, nec non alia ex origine *Irmgardis Limburgi*: *Vilhelma* cum filio *Hermanno Georgio*: ut & agnatus *Theodoricus* ex *Batenburgis*: sed vicere *Limburgi*. Unde etiam in *Limburgio* *Styrumiorum* scuto ille leo conspicitur: ut vidimus L. 2. c. 51. n. 11.

§. IV. Altera areola *aurea baltheo minato* exaratur, notanda dynastie *Esar.* Hec in *Immondoruni* patrimonio, & inter titulos *Wilhelmi Egmondani* Domini Hëlsteinii fuit. Filia vero *Elisabetha* Gisberto Bronchorstio nupta *Esarum* & *Lantun* attulit geni.

§. V. Qui huic contiguus est laterculus *rubeus decussim* ex auro, quatuor ad angulos *sorsibus comibus ex collem metallo*, continet. Ita notatur *Batemburg* dynastia, de qua notat *Tschernicher* p. 539. eam seu juxta aliquos à *Hatto Cutorum Regis* filio sicut etiam *Estaviam* infusam totam, seu quod malit utramque à *bonitate agri*, quod salus nempe pascuis irriguis sit optimus, dictam. Ceterum eam *Wilhelmo Bronchorstio Leonam Batenburgiam* uxor attulit: & à parentibus secundus filius *Theodoricus* accepit & quo novæ lineæ tres *Batemburgiorum Anholtinorum*, *Batemburgiorum Brechtiorum* & *Comitum Onsfeldorum* ortæ.

§. VI. Quadra quarta seu medii ordinis prima *sexies auro & surro transf. esse* *fasciatur*, quo *Milendonckium* notatur, cui mox addemus *sexies auro*: quod est in *immo* *argenteus draco corona & calculis aureis*, *Drachenfessio* Dominio ex allusione nominis designat. Hos laterculos *Joannes Jacobus* habuit à matre *Gertrude* & a *Joanne Dn. de Milendonck & Drachenfels*, *Burggravi* hereditario Archiepiscopus Colonienfis.

§. VII. Media areola *coccinea columin* desert *argenteam capitulo corona* & *basia aureis*. Quod alias *Columinsum* in Italia est hieroglyphicum, nomen adulescentis: sed inde *Anholtinum* datum: qui originem à *Columinis* derivant, & ajunt aliquam in Germaniam concessisse, & illam condidisse arcem.

§. VIII. Ultima regionis primus laterculus *rubeus scutulum argenteum* refert, *mitella carulea oblique dextrorsus tota superimposita*. Eius significationem nec apud *Chillettium* vidi, nec ipse conjectura atsequor.

§. IX. Pro-

Archiepis-
copus per
Italiam.

Quando Archiepiscopus titulus accefferit, non inemini me norasse, sed nec illis temporibus titulum tolerantis ea de re observata est. Caterum Archiepiscopus hic Archiepiscopus Imperator Italianus salutaris de eius dignitate ne pluribus disquirit Nobiliss. Bernard. a Mallencorot in *tr. de Archiepiscopatu* lib. 1. n. 3; & concludit *Verl. v. n. l. Archiepiscopus*, qui à 1099. ad 1132. pretium de *1132. Forobruensis* adeoque Italice aliquibus creditur fuisse, in gentis & cathedrae honore Coloniensi Ecclesie & successibus, perpetuo & hereditario jure *Italianum Archiepiscopatum* obtinuisse; hec non ita demerite proclive sit, à quarto an quinto Hieronotum, an à Lothario Saxone gratiam & privilegium hoc obtinuerit. Ex hac causa etiam in Italia præcedit Moguntinum, nec minus in proptia Duxetia & Gallia. *Verl. Linn. ad A. B. c. 3. e. 2. obs. 7. S. p. 239. 240.*

Westphalia.

§. 1v. *Westphaliam* designat *equus effrenus argenteus in laterculo rubeo*. Hæc Saxonie olim pattem fuisse notum, & distinctio inter Ostphalos & Westphalos passim tradita est. Unde equus hic Saxonum tellera fuit, vel Saxonice familia *Hengist* & *Horsio* deivata. Ab his enim, quod homini responderet, symbolum equum assilutum retinent; & quidem atrum, quia nigri equi, nisi alba notam signiti sint, sere in domitu habeantur. (vide ex *Ioh. Gorop. Becan. Ioh. 1. imm. tur. part. 6. 6. 61.*) Niger color dein in *album* commutatus est, cum Christiana tacta genti illa sponte, an iustis disquirit *Theod. Hapting. Iur. in sign. c. 8. §. 1. m. §. n. v. 8. & §. 9. continet c. 2. §. 10 n. 1016*. De hæc tellera ita differit *P. Albinus Sächs. Stammb. p. 209. 210.*

Equus.

Coloribus.

Dieses ist ein angebohren Wapen gewesen des uralten Sächsischen geschlechtes, so wir jetzt das Widesindische nennn. --- Ob aber gleich die junge Hermandt oder Fürstenthum/darant es gemeiniglich retoret und gezogen wird in Westphalen gelegen/welches Land das Widesindische geschlecht in der zeit da die Sachsen noch unten an der Elbe geseßen/nach mehr une gehabt / sondern nachmals alkererst embefommen / so sind doch hinzegen fürnehme leute der meynung / daß eben dieses wapen auch des geschlechtes stamm wapen in Holstein und Engeln (welches an Jütland stößet) gewesen: Als auß welchem sie auch die alten namen Hengst und Hors / so bende in der alten Leutischen sprache ein ross oder pferd bedeuten / zur andeutung genommen haben / und welches sie auß Holstein und von der See und Elbenur sich in Westphalen gebracht / und also endlich auf der herzhafft Engern auch gebraucht / dessen orris es thnen in Chrystenthum / wie ferner folgt / geändert worden. De area ipsa, an rubra num *in p. ca. esse debeat* vide disputantes *Le Labourerium & Claud. Fr. Mestier*. hunc in *L'art du blas. justif. c. 3. p. 60.*

Westphalia addidit.

§. v. Hanc Saxonie pattem, cum *Henricus Leo* potentissimus Germanie, qui unquam fuerat Princeps, *Friderici Barbarossæ* iram incurtisset, & proscriptus esset, *Philippus Coloniensis Archiepiscopus*, ex *Hinspergus* comitibus, autoritate Imperatoris occupavit & tibi asseruit; solutus ut quidam addunt, ut firmior esset possessio, 50. marcas puri argenti. vid. *Hapting. de jur. in sign. c. 6. P. 1. p. 337. P. 7. n. 1061.*

Diploma concessio-

§. vi. Opera pretium est, hic inieri compendium diplomatis, quo *Westphalia & Angaria* Ducatum in *Fridericus* Archiepiscopo Coloniensi concesserit, quod ex *Celeno* receptu *Linn. Iur. publ. Tom. 5. add. ad 37. p. 174. 175. Tam presentium quam futurorum Imperii fidelium* noverit universis, qualiter *Henricus*, quondam Dux *Bavarie & Westphalie*, eo quod *Ecclesiarum Dei & Nobilium Imperii libertatem, possessiones eorum* eccetq. vado, & jura eorum immuando, grater occupasset, ex instanti Principum quorundam & Nobilium plurimorum, quia citatione vocatus *Majestati nostræ* presentari contemserit, & pro hac contumacia proscriptiois nostræ incidit sententiam. Dandi quoniam in *Ecclesiis Dei, & Principum & Nobilium jura & libertatem* grassari non destitit, tam pro illorum injuria, quam pro multis centum & nobis exhibitio, ac *tr. capue*, pro eadem reatu *Majestatis*, & sub sæditi jure legitime, & credito ad nostram citatam audientiam, eo quod si absensset, nec aliquem pro se misisset *responsalem*, contumix *judicatus* est, ac proinde, tam *Ducatus Bavarie, quam Westphalia & Angaria*, quam etiam universi, que ab Imperio tenentur beneficia, per unanimem Principum sententiam, in solennis curia *Vireburg* celebrata, et *judicata* sunt, *justis* que juri *adhibita & potestati*. Nos itaque habita cum Principibus deliberatione,

continuis

communi ipsorum consilio Ducatum, qui dicitur Westphalia & Angaria, in duo divisimus, & consideratione meritum, quibus dilectus Princeps noster Philippus Coloniensis Archiepiscopus, ob honorem imperialis coronae preceperat. Et mantinentiam, nec rerum dependiam, nec personae formidans periculum, pro arte imperialis promeruit privilegium, unam partem, videlicet, que in Piscopatum Coloniensem, & per totum Paderbornensem Episcopatum protendebatur, cum omni jure & jurisdictione, videlicet, cum comitatibus, cum advocatis, cum conductibus, cum missis, cum curiis, cum beneficiis, cum ministerialibus, cum mancipiis, & cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus, Ecclesie Coloniensi legitimo donationis titulo Imperatoria libertate constitimus, & requisita a Principibus sententia, an id fieri liceret, iudicata, & communi Principum & totius curie assensu approbata, accedente quoque consensu dilecti dilecti consanguinei nostri, Ducis Bernhardi, cui reliquam partem Ducatus concessimus: Promeritum Archiepiscopum Philippum, portione illa Ducatus sine collata Ecclesie, rex ille Imperiali solemniter investivimus, &c. Inde Gelen. pag. 46. hoc diticho cedit Philippum:

*Ortu Heinsbergiacus magnus virtute Philippus,
Menia, & Angariam Westphaliaque dedit.*

Mirati tamen subie, qui fiat, quod a Westphalico circulo Westphalia Dux exclusus sit, Electorali circulo solo contineri malens?

§. VII. Laterculus tertius cocciens tria corda aurea representat. Alii tria ma-
lunt *folia marina rubra*. Hec *Zogervari* vel ut in diplomate Augusto legitur *Angaria* (Engeri) est, ipsa quoque Westphalia pars, quam cum Westphalia Ducatu Colonia ex Henrici Leonis Principatibus accepit. Cum vero ea in Saxoniam Alcaniorum seu Lauenburgiorum scuto *tribus scabris cornibus* representari soleat, de differentia non habeo quod dicam. Certe in *Wapenb.* p. 4. Angaria illa cornua rubra in argenteo solo tribuuntur, ita tamen pinguntur, ut videri possint corda, quibus imposita sunt trifolia singula. Conf. *Haring. de jur. insign. c. 6. P. 1. n. 46. seq. P. 5. n. 783. seq.* & que ego superius L. 1. c. 6. n. 6. 7. de errore, quo Brenense symbolum pro Angrivario substitutum sit, notavi.

A. 1162.
tra seu An-
B. 112.

§. VIII. Laterculus extremus *caeruleus aquilam* continet *argenteam, rostro & cruribus aureis*, notando comitatu *Arensbergium*, qui ab opido & arce ad Ruliram sitto nomen habet. Aquilam vero scuti ad nomen alludere ipse tonus ostendit. Qua ratione ad Coloniensem Archiepiscopatum delatus sit hic comitatus, audiamus ex *Geleno, Linnecum Jur. publ. T. 5. add. ad §. 7. p. 175.* Godefridus postrenus ex familia *Arensbergica* Comes, cum ex Anna Chreica nullos heredes amplius exiret, sui dentibus, & sigillorum suffragio confirmantibus nobilibus, oppidis, totoque statu, Anno M CCC LXIII. 25. Augusti. ditronem suam, que inter Westphalici Ducatus limites alias etiam continebatur, cum universis clericibus, armamentario, Archibus, jurisdictionibus & juribus, vendidit Cunoni Administratori, & S. Coloniensi Ecclesie, ipsam etiam dignitatem, officium seu prerogativam iuris principariatus seu Archiepiscopatus inter *Visurgem* & *Rhennum*: atque ex eotempore Episcopi Coloniensis univertem aquilam insignibus suis addiderunt, & jus habent Archistrategi & Generalatus bellorum inter *Rhenum* & *Visurgem*, cum potestate dandi conductum, & mandare, ne absque Archiepiscopi consensu in eo inter amnes *Rhenum* & *Visurgem* tractu arces aut munimenta quicquam mouatur, quibus aut duccndis exercitus officium, aut ceteri conductus libertas impediatur. Idem porro Godefridus, de quo dixi, *Arensbergium* regulorum postremum in MS. Genealog. notatur obisse 1371. ut necrologia docent 21. Febr. *Genius de admir. sacra. & erudi. magnit. Colon. 1. 3. synt. 1. §. 6. pag. 251.* Audiamus de eadem re alium scriptorem luculentum. *Biez. verus* annual. Trevir. L. 18. pag. 242. ita recenset. *Godefridus Comes, postquam iniquis olim successu bellorum injuriis laceratus, & ex illa jam etate, omnique amissa spe proles suscipienda, in votis esset, eum conjuge essata otio se dicere atque serentio domino, Comitatu suo in manus Cunonis & Ecclesie in illa subidique vestem, quantum ad sustinendam dignitatem & unversas honori ministerii satis esset, ex Ecclesie possessionibus accepto, Brulam opidum haud prociat *Agrippinensi* in le ad quercem concessit.*

Arensberg
Comita-
tus.

Quomo-
do ad dix-
cella?

Insignia
mythice
explicata.

§. ix. In hæc insignia sensu mystico ludentem audiamus ex eod. *Limico Mer. seu in Catal. Elect. Ecclæs.*

*Si virtus, si vera fides, si gloria Christi,
est cordi & patriæ si tibi cura tua.
Sub cruce sis fortis, cor speque sileque coruscet,
hostibus esto metus, crabibus esto pater.
Hæc tendis virtute velut torvis ales ad astra,
victricique levis pulchra trophæa manu.
Acer equus, cor, crux, aquila, insignesque leones,
hoc fieri in clypeo præfulis ecce noverunt.*

Media
Palmula.

§. x. Toti imponere solet Elector gentile gestamen, quale nunc est *Bavaro. Palatium*, quadripartitum ex thombis Bavaricis & leone Palatino.

Apex.
Telamon-
nes.
Pedum,
Ensis.

§. xi. Clypeo hunc inistit *mitra Archiepiscopalis* solito ornatu instructa: ad-
ciuntur etiam *pelum Ffiscopali* & *gladius* nec non *telamonnes*, hinc *gryphus* ut hinc
aliquando solos *leones* ut utriusque existimo. Cæterum entispedo pastorali additus est
dem præpositus temporalem jurisdictionem notat. Diciturq; primus *Otto I. Augustus*
fratri *Brunoni Archiepiscopo* Lotharingæ Ducatum cum seculari potestate concessisse.
Quamvis autem Lotharingæ dominium ex eo ad alios delatum sit, semel alium
num symbolum reliquorum dominorum, quæ summa potestate tenet, ratione ten-
neti utique potuit: prout aliis etiam Episcopis uti venite novimus.

Moderati
Electoris
reliquæ di-
gnitates.

§. xii. Qui nunc Coloniensem diæcesim regit *Fruentissimus Maximilianus*
Henricus Bavaræ Dux, simul etiam *Leodensem* Episcopatum & Principatum mode-
ratur, nec non *Uldesheimium* & præposituram *Echtolsghaldensem*. Addamus ergo
nunc primo scutum, quod *Leodii* gratia aliquando peculiariter usurpare solet.

Leodium.

§. xiii. Clypeus *Leodensis* quadripartitus est; inque eo primam arcolum *ru-
beam* insignit *columna* (peron) *argentea basi quadrangulari*, aliquot constanti gradi-
bus, innitens, *coronde* seu *epistyllo aureo* ornata. Hoc *Wapenb.* P. I. p. 220. *Leod. ci-
vis civitati* datur symbolum, & in monetis etiam Episcopatus dari video: Ita tamen,
ut conspiciam *columnam meliori metallo tingi*, & imponi summitati *crucicolum*. Hoc
certius est, quam ut *Schmæcher* credamus, qui *Wapenb.* P. I. p. 10. *Leodensi Episco-
patui* assignat *parmam auream*, cum *balsheo dextro tessellis rubeis & argenteis* exarato.
Forte vidit nonnemo gentile *Erardi Marcani* Episcopi Leodensis scutum, & quæd
familie fuit, Ecclætie adscripsit, fascia etiam illa tessellata in balsheum immutata. In
figillo Electorali alicubi vidi *columnam* addi literas, hinc *L* isthinc *C*, sed in monetis
Leodensis tesseras exhibentibus non comparent. Porro Episcopatus initio in *Tun-
gris* fuerat, ubi *S. Martini* primum nominant, qui in aliis etiam scutibus primus nu-
meratur. Ulmus *Tungri* præfuit dicitur *S. Servatii* trisectionem, quo à *Tun-
grensibus* pulso *Trajecto* sedes translata est. Hic subsistit usque ad *S. Hubertum*,
qui 700. caput Ecclesiæ moderari, & primus *Trajecto Leodium* migravit, quæ in hanc
usque diem Episcopatus amplissimi caput permansit. Cæterum hic Episcopatus ab
anno 1580. atque ita per integrum pene seculum eundem cum *Coloniensibus* præfulem
habuit, & nunc quoque habet.

Episcopa-
tus.

Bullion.

§. xiv. Laterculus proximus *rubens* continet *fasciam argenteam*. Quod in signe
est *Bullionensis Ducatus*, nomen suum sortiti à castro *Bullion* ad fluvium *Semo* in
in Ardennatibus. Hoc inclatuit imprimis à *Godofredo Bullionio*, qui Christianus
occupandam *Palestinam* exercitus dux, & dein primus *hierosolymorum* Rex fuit.
Ab hoc Bullionium ad Episcopatum *Leodensem* venit: Unde vidi Bullionii *parmam*
bipertitam, ut hinc fascia esset, sinistro autem latere *columna Leodensis*, verum a
reca in caruleo: nisi pictoris aliquis intercessit error. Quia ratione veto ad Leodien-
ses pervenit hoc Bullionium, *Petri Messæ* quam meis verbis eloqui malo. Ita au-
tem hic; *Hæc Godofredus de Bullion Dux Lotharingæ* ob devotionem cum alio mul-
tu nobilibus profectus est *hierosolymam*. Convenit igitur cum *Otberto* Episcopo, ut tra-
deret *castrum Bullion fortissimum*. unde ditioni Leodensi multa *damna* accedebant. *er-
ta* condicione, ut si rediret, redimeret, sin minus, in perpetuum esset Ecclesiæ *D. Lande-
ri & B. Virginis Mariæ*. *Otbertus* igitur *popularem pecuniam* obtulit, *sc. mille & quin-
centas marcas* (apud alios legi 6000. *marcas*) *argenti puri*. Dux igitur & eius
heredes

Ad Leo-
dicenses.

heredes ante affignatam dem obierunt, & ſic poſſeſſio caſtri cum ſuis attinentiis ceſſit Episcopatu Leodiens. Sub Alberto II. caſtrum Bullion Comes Barrenſis dolose occupavit, ſed Episcopos vi expugnatum ad Eccleſiam reduxit. Ceterum primus ex Episcopis Ducale nomen ſummiſſe legitur *Johannes Heinbergius*, qui comitabatur Philippum bonum ad tractatu. Atrebat. 135. (diſc. du duche de Bullion) Episcopum illum *Sperum* vocat, cui Godofredus vendidit Bullionium, *Du v. d. Nouus* L. c. cent. in Joſ. Teix. & ait venditionem factam majori gloria, ut tunc dicebant, venditoris quam emptoris.

§. xv. Quamvis vero ad Leodiensis modo predicto hic Principatus devenit, domus tamen *Turris* & titulo & ſymbolo hoc ſecutario æque uritur. De qua re diximus L. i. c. 93. num. 7. Porro nupera pace Neomagenti Caſarce-Gallica 1679. concluſa, ita art. 28. de hoc Ducatu diſponitur: *Cum ab antiquo controverſa ſit, de caſtro & Ducatu Bullionenſi, inter Episcopum & Principem Leodiensem & Duces ejus nominis, conventum eſt, ut Duce Bullionenſi in eam qua nunc eſt poſſeſſione manente, controverſa illa amicabili via vel per arbitros a partibus intra trimeſtre a ratibita pace nominandis terminetur, via facti penitus excluſa.* Ob hunc articulum Elector Colonienſis proteſtationem in comitiis Ratibionentibus eodem anno interpoſuit, atque ad protocollum teteri poſtulavit, huius tenoris: *ſereniſſima ſua Ceſſindo Electoralis, Dominus Maximilianus Henricus Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, Episcopos & Principes Leodiensis, iſto tractu pacis Caſarce-Gallicæ tot votis expetita, cogitur ex neceſſitate juramentum, quo erga dictam Eccleſiam Leodiensem obligatur, declarare, prout declarat, articulum 28. Ducatum Bullionenſem concernentem extra illum ſuum mandatum aut conſenſum fuiſſe & eſſe infernum, neque inferri debuiſſe, quia notorium eſt, dictum Ducatum ab Imperio ſeparatum eſſe & independentem, ideoque sperat fore, ut integrum jus ejusdem Eccleſie Leodiensis, qua nullas in preſenti bello habuit partes, permaneat, conteſtando quod hac declaratione nullatenus intendant dictum tractatum aliunde convelli. Sign. Colon. d. 17. Febr. 1679.*

§. xvi. Proximus laterculus argenteus tres leones præſinos linguis cruentis continet. Hic notat Marchionatum de Franchimont: qui jam diu Episcopatu junctus fuit, nec tamen reperi, quando primum ad eum delatus fuerit. Ejus cauſa Wazo Juhaenſis Comes Episcopos (qui 1048. mortuus eſt) cum Dux Lotharingæ Marchionatum hunc ſibi afferere conaretur, auxilio Comitis Limburgi, hos excommunicavit, & armis ad petendam pacem coegit.

§. xvii. Ultima atcola quaternas faſcias rubeas auro inducit. Alibi eam quinis auri & cocci faſciis exarata vidi. Ita deſignatur comitatus *Loſſenſis* ſeu *Lanenſis* (de Looz) ſatis amplus & antiquus, ad quem Hallett, Maleyek, & alia ſpectant. In *Sibmach. Wapenb.* P. i. pag. 19. ſcutum Loſſenſe exhibetur, & quidem in illis faſciatæ quadre comparent, verum aurum in argentum commutatur. Loſſenſes hos Comites ad *Immonem* referunt, qui Lothariensis adverſus Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem conatant 958. (conf. David. Blondell. plen. aſſert. Geneal. Franc. T. 2. p. 90. tab. 143.) Huius nepos fuit *Gislebertus Comes Loſſenſis* Emma C. Namurencis maritus & Baldrici Episcopii Leodiensis frater, reliquorum autem Comitum propagator. Ex poſteris *Ludovicus* Comes 1202. dicitur Episcopatu & Eccleſiæ Leodiensis comitatum donaviſſe, ſeudo demceps tenendum, ut deficientibus maſculis ad Eccleſiam relaberetur. Cum vero *Ludovicus* ultimus Comes ipſa nocte Vincentii ſine maſculis deceſſiſſet 1336. ejus forte & Godofredo II. Domino Heinbergio natus *Theodoricus III.* comitatum Loſſenſem occupavit, reſtagante Eccleſia Leodiensis, qua iſtam Ludovici donationem, Theodoricus conſanguinitatem & ultimam avunculi voluntatem allegabant. Inde diſſidia: & 1338. Theodoricus per ſilium Godofredum quinque capituli Leodiensis villas incendit, vaſtavit, & depoſitis comitatus Officialibus magnam partem ſubditorum contra Episcopum eduxit, ſed & Ducem Brabantinum contra Episcopum juvit, atque demum per ſententiam Archiepiſcopi Colonienſis & Hannoniæ Comitis, ipſo Episcopos Adolpho Marcano, qui aſſines erat, clam ſavente Loſſenſis Comes declaratus eſt ſed 1343. reſumta hęc & compoſitione fruſtra tentata autoritate Apoſtolica excommunicatus eſt. Inde ab Imperatore Carolo IV. ſententiam Archiepiſcopi confirmari deſideravit. Tandem 1346.

per Abbatem S. Nicolii Rhemensem, ad hoc a Pontifice delegatum, quinque arbitros a Capitulo obtinuit, eorumque opera eo rem reduxit, ut Episcopus Engelentis eum velleturatum Comitatus, Abbas absoleturatum impertiretur. Cui vero Theodoricus filium Godofredum visus extulisset, heredem dixit propinquum *Godofredum III. Heinsbergium* Dn. Dalenbrachi, qui inde *Comes Lossensis* dicitur. Theodoricus vero Stochheimio & vicinis opidis fortiter quidem sed frustra Comitatum retinere studuit. Demum seu de jure seu de viribus suis desperans, quicquid sibi in eum contingeret, in asinum suum *Arnoldum de Runtues* pro certa pecunie summa tradidit. (Hæc ferè ex *Vitruv. Tischerbach. annal. Jul. Cæs. & Mont. P. 2. p. 408. 409. & seq.*) Inde Joannes Arculeus Episcopus comitatum Episcopatu plene junxit. Ita *Met. Catal. Elect. Eccles.* in indice Episc. Leod. de Joanne: *Obfidit castrum Runtues, & per & funditus subvertit: Dominus ejus cessit de comitatu Lossensi, transfrensus eum Ecclesia Leodiensi.* Titulum tamen Lossensem seu Lanensem in posteris Godfredi Heinsbergii continuasse video, dum illi durarent.

Scuta Ele-
ctoris plu-
ra.

§. XVIII. Hoc scutum fuit Leodiense, cujus quadris media palma *Lavro-Palatina* incubare solet. Alibi vidi scuto gentili Electoris mitra Electorali tecto circumdari duodecim scuta peculiaria, superne *Colonias*, cum cruce nigra, inde hinc *Hildeshimum*, isthinc *Leodiense*, mox *Berchtsgadunum*, & ex opposito *Vestphalicum*, tum *Angrense*, inde *Bullionum*, iterum *Luchtbergense* & ex opposito *Hannimontanum*. Infimo loco tria sunt scuta *Arnspergium*, *Lossense* cum intercepto *Hornano*. Ex his quatuor intra Episcopali, totidem Ducali, reliqua corona Comitum tecta conspiciuntur.

Bullionii
scuti au-
gmentum.

§. XIX. Ex his illa notari merentur: quatuor hic scuta reperiri, quorum in prioribus non est facta mentio, & scutum *Bullionum* auctius pingi, videlicet bipartitum, ut dextram partem coccineam perlineet fascia argentea, sinistram latius caelestium ornatur, autem columna eum basi gradibus constante & imposita crucicula Leodiensium tessera. Quam palmæ medietatem additam reor, cum Ducatus Episcopatu accederet, ut ita hujus in illum jus in ipsa palma compareret. In monetis tamen Episcopaliibus solius fasciæ usum vidi, sicuti etiam in Tertio scuto nullum hujus columnæ est vestigium. Scuta vero nondum commemorata sunt *Hildeshimum*, *Berchtsgadunum*, *Luchtbergenum* & *Hornanum*.

Hildes-
heim.

§. XX. *Hildeshimum* palma simplex est, nempe bipartita ex argento & rubro: quod adeo identymبولum est cum *Halberstadio*: conf. L. 1. c. 13. num. 21. nisi quod alibi observavitur, tunc ordinem aliquando invertum. Longe aliud *deus Hildeshimum* Episcopatum tribuit *Silv. mach. Wapenb. P. 1. pag. 10.* videlicet ex cocco & auro quadripartitum, sed fallitur. Ipsum *Hildeshimum* Episcopatum quod attingit, magna ex parte Brunsvicentibus ditioribus cinctum; eum fundavit (ut est in epitome *Casp. Bruchii*) *Cyrolis* Mar. apud *Elzium* seu *regium aulam* amantissimum quandam pagum in concursu *Sale* ac *Lynii* pisculentissimorum fluviorum situm, ubi templum cathedralis in honorem S. Petri conditum, & Episcopatus *Anticensis* dicitur est: inde *Ludovici* pater eum transfudit in locum, quem a cælitus missa nive *Hildeheim*, & demum parum immutata voce *Hildeshaim* dixerunt. Primus vero Episcopus fuit *Gutharus* seu *Gutharus*, qui 835. decessit. De Episcopo vigesimo primo *Bernardo* *Comite Rotenburgo* ita idem *Bruchius*: *Acquisivit per revelationem ac admonitionem familiaris ejus: idum spiritus (quem Chirenea Saxonum à rusticis plebe, quo tectus invadebat, Hudklum vocant.) Winzenburgensem Comitatum & opidum Alvelde: postquam Hermannus ultimus Comes à Winzenburg, Saxonicus ejusdem ac præpotentis regis, intersector, relictis suis omnibus donationibus in spontaneum exilium abierat, nonnulli per se suorum unguam visus. Eum comitatum totum eum consensu imperatoris Lotharii Saxonis possedit.* De Adologo vigesimo quarto Episcopo ait: *Emit cum consensu viderici Babov. Comitatum Homburgensem.* Joannes, qui 1261. decessit, *Pannensem Comitatum* emit, quem vero Brunsvicentis Duces sibi afferere conati. De Henrico II. Episcopo; p. 1. netum *Bruchius*: *Consecutus est privilegia & necorum comitatum Dasselensis & Canini tergitur vestituram ab Imperatore Henrico VI. Lucinurgio. Emit Bocheminum opidum eum adiacente territorio.* Ulti vero non uno modo creverat

C. Win-
zenburg.

Homburg.

Jus in Im-
perio.

Nuenariam duxit sopiendæ controversiæ, sed 1368. decollatus ab Albano prole caruit, ut & frater *Florantius*, post eum Comes. Ceterum fuit comitatus hic, cui a cætro *Horn* non procul Rutimonda hæc nomen est, feudum imperiale, & in matricula imperii recensetur. Vid. *M. Zuluin Germ.* P. 2. p. 22. & ex eo *Lima. T. IV.* Ad sit vero ab anno 1567. nihil impensio contribuisse, quod cum *Domus Burgundica* in potestatem redegerit, cum adhuc ito anno Comes 1450. flor. solvisset. Item d. l. pag. 231. memorat, Comitissam *Nuenariam* & *Mertiam* decollati *Hornani* viduam cum 1621. moretetur *Hornanum Comitatum* legatæ *Georgio Eberhardo Com. Solmensi.* Qua ratione veto ad Episcopatum *Leobensensem* delatus sit hic comitatus, nondum comperi, nisi forte ex eo est, quod *Florantius* comitatus in *Loffenti* comitatu situs sit.

Scutum
ex his
composi-
tum.

§. xxiv. Ex his confectum vidi majus sigillum *Coloniense*, quod superiorem partem annis in usu fuisse apparet, cum Elector *Abbatiam Stabulensem* administraret: quod tribus perpendicularibus & totidem transversis lineis, secabatur. Primus ordo areolarum erat *Leuconensis* & *Hildeshemii* Episcopatum, *Berchtoldadi* & *Stabulensis* Principatum: In secundo videbantur *Vestphalia*, *Lotharinga* (si recte expressum typum discerno.) *Bullionis* Ducatus, *Leuchtenbergi* Landgraviatus. In tertio ordine occurrebant *Franchimontium*, *Wipperfogel*, *Loffa*, & areola vacua, forte regalium indicio: cuspidem scuti occupabat tellera *Hornana*. Medio autem incumbebat *Coloniense* scutum, cum *Bavariis* de *Wuzen* cruci media impositus.

Tituli,

§. xxv. Tituli solennes sunt: *Archiepiscopus Coloniensis* & *Electoꝝ S. R. Imp. Archiecancellarius per Italiam, Dux Vestphaliae & Anzariae*, & c. modernum autem Electoꝝ: *Archiepiscopus Coloniae, S. R. Imperii Electoꝝ & per Italiam Archiecancellarius, Episcopus Hildeshemii & Leuconis, Administrator in Berchtoldadi, Superiorius & Inferioris Bavariae, nec non Superioris Palatinatus Vestphaliae, Anzariae & Bullionis Dux, Comes Palatinus Rhæni, Landgravius Leuchtenbergæ, Marchio Franchimontii.* Rationes singulorum elogiorum ex superiorem evidentes sunt.

CAPUT IX.

Com. & Bar. de Cricchingen.

ARGUMENTUM.

1. Familia & Linea.
2. Scutum.

3. Galea.
4. Parma media. An Büttingen?
5. Galea altera.
6. Titulus, *Marescallam Ducatus Luxemburg.*

§. I.

Familia
& Linea.

Illustrissimam *Cricchingorum* in *Austrasia* Comitum gentem vidi referri apud *Henning. Theatr. T. 3. P. 1. p. 436.* ad *Ioannem Baronem de Cricchingen & Pyttingen*, *Elsabethæ* *Dauniae* maritum: eo natus est alius *Ioannes*, hoc iterum *Ioannes* *Ittingardis* *Rollingenensis* maritus, pater *Georgii* & *Virichii*, illo natus iterum *Georgius*, qui tamen *Henningso* filius est *Virichii*, pater *Petri Ernesti*, avus *Alberti Ludovici*, quo geniti *Casimirus Otto*, *Georgius Otto*, *Ioannes Ludovicus*, & qui hucus manu 1605. cecidit *Ernestus Casimirus*: *Virichius* genuit *Petrum Ernestum*, *Vitthelmi* patrem, *Christophorum* & juxta aliquos *Georgium junorem*, de quo in id diximus; *Christophorus* filios habuit *Franciscum Ernestum*, qui *Rubeaqui* nomine *Episcopi Argentinenensis* locumtenens fuit, *Petrus Ernestus* & *Lotharius*; iste iterum *Franciscum Ernestum* reliquit *Decanum Argentinenensem*, qui 1671. decessit; hic *Lotharius Franciscum Ernestum* *Canonice* presentandi.

Scutum

§. II. Scutum exhibet *Silmach. Wapenb. P. 1. pag. 28.* quadripartitum: ut primam & quartam areolam argenteam petmet *fiscam* nec: secundam vero & tertiam rubeam ornet erux aurea anchorata. Priorem telleram gentilem esse non dubito: de cruce quod dicam non habeo, nisi sit ex *Rollingenensium* affinitate: memini enim in *Rollingenis* scuto me crucem istam aliquando vidisse.

§. III. Clypeo imponitur galea supetbiens jugo expansis alarum, quarum priorum argenteam fascia rubea, posteriorem tubeam aurea permeat. Laciniæ etiam coccineæ sunt, hinc argento, illinc meliori metallo reflexæ.

§. IV. Recentius vidi quadrantibus impositum scutulum *leone* insignitum, sed colores expressos non vidi: si conjectura agere liceat, dixerim notari *Buttingen*, nam in *Wapenb.* P. 2. pag. 13. hunc familiæ datur in parma rubea leo aureus, qualis etiam inter alas nigras foliis sparsis conndet super castide.

§. V. In sigillo vidi galeas duas: alteram cum jugo alarum, alteram cum insidente vulpecula.

§. VI. Tituli fuere: *Barones de Creechingen* (seu *Crechanges*) & *Püttingen*, *Marescalli hereditarii Ducatus Luценburgi*. Postquam vero 1617. inter *Comites Imperii* accepti sunt, titulum alterius lineæ titulum vidi: *S. R. Imp. Comes in Dorffweiler Creechingen & Püttingen, Dn. in Tuntrou, Lonow & Lebnich, Marescalli hereditarii Ducatus Luценburgi*. Præcipue observari meretur *Comitis Marescallatus*, quæ in *Danica* familia fuit, quod in illo capite videbimus: sed a filia *Kollingensibus* obtrigit, inde *F. I. helmi Dn. de Kolling, Dux & Sibenborn* filia *Ir. noar d'us* hereditatem marito *Ioannis Baroni Creechingo* attulit, contradicentibus tamen reliquis *Kollingensibus*.

CAPUT X.

Domus Croviaca seu Crojensis.

ARGUMENTUM.

1. Domus origo ex Regibus Hungariæ, Linea.
2. Scutum lineæ Arctætanæ.
3. Croja sacra. Renty.
4. Guilelmi D. de Chievres discipula.
5. Guilelmi M. Remaci.
6. Scutum lineæ Havreana.

7. Ernesti Bogislaus D. Croje.
8. Lineæ Rauxiæ.
9. Anna heræus Cimacensis.
10. Anna Cimacensis. Solreorum.
11. Tituli.
12. Havreana.
13. Rauxiæ.
14. Cimacensis.

§. I.

EX Hungariæ regibus Illustrissima Crojæ acorum seu Crojorum familia deduci amat, atque ita ad *Artilam* ferri Hunnorum regem & universæ Europæ terrorem: ab hoc quos fabulosa antiquitas delectat, sed necio qua fide aut specie, per 33. gradus ad *Nimrodum* Chusi filium, celeberrimum coram Domino venatorem & *Babylonicæ* imperii Principem Gen. x. ducunt. A quo ad *Adamus* ex factis licetis facilis acentus. Ferunt autem, *Andreas II. Regis Hungariæ* nihil tertio genitum *Andream* Bela fratre à *Tataris* pulso ad *Venetos* habuisse perflugium, & ibi *Silyllum* senatoris *Petri Cimani* uxorem duxisse, ex qua natus *Marcus*, qui periosus mercaturam circa 1266. in Franciam concessit, & in aula *Philippi Regis* uxorem impetravit *Catharinam* heredem *Dominorum Arana & Croje*. (quæ prope *Amiens* sita, nunc pagus est.) Horum filius fuit *Guilelmus*, cui uxor *Anna f. Arnolds C. de Gumes*, unde titulus familiæ illatus. Horum pronepos rerum *Guilelmus Isabellam de Renty* heredem uxorem habuit, & hujus filius *Ioannes*, qui præho ad *Azincourt* 1415. cecidit, *Mariam* seu *Margaretam f. Joannis de Craon* (de *Credonio*) *Dn. de Domsmart*. Hi communes sunt parentes reliquæ universæ *Croviacæ* gentis. In primis enim illis nati sunt *Antonius Porceanus* (quod à *Carolo Duce Auteliiano*, ut *lytron* Anglis conficeret, vendere coacto emerat) *Comes & Ioannes a Carolo Burgundiæ Duce* 1473. *Comiti* *Comes* creatus, ac ab uxore *Maria f. Simonis I. dani Dominus de Securam*. *Antonius* genitus est *Philippus Porceanus Comes & Ioannes Dn. de Baux*: *Philippo* natus est *Henricus*, hoc *Philippus Arschotti Dux*, pater inter alios *Philippi Ducis Arscotani*, cujus filia hereditatem *Lignesi* tamilitate intulit. & *Caroli Philippi M. de Havry* seu *Havre* (à cujus filia reliqui nunc *Duces*, dicti de *Havry* & de *Croje*, *Marchiones de Renty* ex *Solreis*, & *Ernesti Ducis de Croje*, quo & *Anna Pomerana* natus 1620. Serenissimus *Ernestus Bogislaus D. Croviacæ* locum tenens *Brandenburgi electoris in Borussia*, *Pomerania* ulteriori & *Princip. Camini*.

Ecce 3

Joanne

Ioanne Dn. de Baux nati sunt *Fridericus Dn. de Baux*, à quo alii ejus nominis & *Joannes à matte Dominus Crequi* apud *Atrabates* (de *Crecoj*) à quo facti *Comites de Principes de Mezen*, atque *Comites de Baux*. *Ioanne Cimacensi* *Antoni Porceani* filii natus est *Philippus Comes de Comys*, hoc *Carolus Cimacensis Princeps*, *Anna* pater ejus marito *Philippo* agnato *Arefcotano* *Duci* hereditatem attulit, & *Antonius Dn. de Sumpy* seu *S. Prati*, à quo *Comites de Soidre*, & nunc *Dn. es de Havre & Coey*. Itaque lineas potiores numero quinque, *Arefcotanorum*, *Havreorum* & *Crejorum*, *Rauvorenorum* & *Megensum*, *Cimacensium* & *Solvecorum*. De quibus ordine.

Liocx.

Scutum
lineæ Ar-
schoranz.

§. II. Quod primam attingit lineam, ejus & secundæ atque tertie communis pater *Antonius Dn. de Crey & de Renty*, dem ex emione *Comes Porceani* 1429. inter primos Equites A. V. electus est. Ubi ejus scutum *Joñ. Jac. Chifflet. n. 15.* ita recenset: *Scutum quadripertitum: Primus & ultimus quadrans septenis ex argento & eccino fasciis transversis impressis; secundus & tertius argenteus tribus dolabris eccineis, duabus in summo dorso obversis, tertiam uno latereulo. Gaica urea corona reclinata. Apex: casis indigatoris caput furum, unio nuncellatum, tibi elaxi & armilla aureis, inter gemmas argenteas triplicis ordinis alas. Aeroterium plumbeum, argenteum & eccineum.* (Alphas *Lips. cent. 1. ep. ad Belg. 44.* ex avis Hungaricis insignibus derivat.)

Croje fa-
fisz.
Renty.

§. III. Ex his tres in argento fasciæ rubeæ tessera sunt *Croviacorum* gentilis, & Hungaricæ scuto retentæ, indicio ortus. vide de fasciis Hungaricis L. 1. c. 9. n. 14. *Dolabræ* autem *Rentiacum* designant, quod familiæ obtigit ex matrimonio *Guilelmi Croji & Isabellæ filix Andree Baronis Rentiaci*

Guil. Dn.
de Chieu-
vies dicer
nicula.

§. IV. *Antonii* nepos fuit *Guilelmus Dn. de Chievres M. Arefcoti*, cui cura educandi *Caroli V.* demandata est. Hic avito quadripertito scuto distinctionis gratia aliam patulam mediam imposuit, primo loco & quarto *Luemburgicum leonem*, secundo *Lotharingicum baltheum cum aquilulis*, & tertio *barbato* nullos comitibus *cruciculis brachiis representantem*. *Luemburgium* infigne à matre *Isabella* seu *Jacoba Luemburgica*, *Lotharingicum* vero & *Barrense* ab avia paterna *Margaritæ Lotharingica* & matre *Ioanna Barrensi* derivandum non dubito. Et in Belgio mos ille distinctionum à matre vel avia non infrequens est, uti P. 1. cap. 8. notavimus.

Guilel. M.
Remaci.

§. V. *Guilelmi* fratre *Herveo* genitus est *Philippus Dux Arefcoti*, hoc iterum *Philippus*, & hoc *Carolus*, qui omnes Equites aurei velleris eodem usi sunt scuto quo ex avis *Antonius*, ut videre est apud *Chiffletum n. 132. 212. & 286.* sed *Philippi Arefcotani* primi *Ducis* filius *Guilelmus M. Rentiacus* apud *Chifflet. In. 237.* distinctionis gratia toti quadripertito elypeo imposuit *Albrechtinum* symbolum, quod quadris *carolus* (impressis liliis *Franciis*) & *scrubis* constat, hujus iterum medio imposito scutulo *Britannico* seu muris *Pontici* vellere facto. Distinctio denuo à matre sumpta est, quæ fuit agnata *Anna Croja Cimacensis* hæres, nata matre *Luisa Albrechtina*, cujus mater fuit *Francesca de Britannia* f. *Guilelmi Vicecomitis Lemovicum*.

Scutum
lineæ Ha-
vreaux.

§. VI. Linea *Havreana* seu *Havrehana* ex *Arefcotis* processit. In ea *Carolus Philippus*, qui 1613. extinctus est, apud *Chifflet. n. 287.* scuto familiari ex *Croja* & *Rentiaci* gestaminibus quadripertito integrum elypeum *Lotharingicum*, octo laterculis *Hungarica*, *Nepolitana*, *Hierosolymitana*, *Aragonica*, *Andina*, *Gelærica*, *Juliacensis*, *Barrensis* & reliquis imposita *Lotharingica* gestamina complectentem, imponit. Ratio iterum in promptu est. Ille enim *Carolus Philippus* natus erat *Anna Lotharingica* & *Philippi Arefcotani Ducis* secunda conjuge. Patris autem insignia servavit filius *Carolus Alexander n. 335.* apud eundem.

Ernesti
Eogulsi
D. Croje.

§. VII. Ad eandem *Havreanam* lineam spectat *Ernestus Bogislavus Dux Croje*, gentis sue decus. Hujus sigillo expressum scutum vidi, lineæ transversa & quibus perpendicularibus in sex areas divisum, incumbente toti scutulo medio, quod *Lotharingicum baltheum & aleriones* desert. Ex laterculis primus *Croviacæ* fascias, tertius dolabras *Rentiacas* referunt. Reliquos quod colores expressi non sint, haud satis capio, conjectura tamen quid assequar tentabo. In secundo video ascriptam *erucem duplicem* comitibus duabus stellulis. An dicemus *Cammensem* Episcopatum designari, qui 1637. Principi obvenit? Certe cruce ille insignitur; stelle tamen adjectæ

adjecte rem faciant dubiam. Faciam quinti laterculi vix ambigo *Vinsingensem* esse, adeoque *argentam* in *carulo*. Nam non solum *Diana Dom. martina*, que Principis avia, proavia *Magdalena Vinsingensis* fuit, sed & dynastie illius pars hucusque ad hunc spectavit Principem. cont. de Rheingrav. In ultimo quadrante sculptus videtur *Isartheus comitibus plantibidibus*: hunc *Orgulter* vel *Ogervile* exponi legi, ex quagente fuit *Magdalena* mater *Beatrix*. Demum quarte areole conspicitur impicta *crux*, & huius medio imposita parvula, iterum scutulo intingita. De hac quod dicam non habeo, nisi *Dommartina* illa fuerit tessera.

§. VIII. *Rauxia* linea item ab Antonio derivatur. In ea *Fredericus Crojus E. A.* ^{Lineæ} ^{Rauxia:} V. apud *Chifflet*. n. 123. gentili & *Rentiac*o symbolo, impoluit aliud scutulum quadrupertitum. In ejus primo & quarto quadrante *Lotharingicum*, secundo *Alensontium*, tertio *Harcurtium* gestamen videre est. Hanc distinctionem credo assumptam & ad filios transmissam a Joanne patre, ob matrem ipsius *Margaritam Lotharingicam*, natam Antonio *Lotharingio* & *Maria* herede *Harcuria*, filia *Joannis IV. Dn. Harcuria* & *Mariae Alensont.* Patris scutum retinuit apud eundem *Chiffletum* n. 163. *Adrianus Dn. de Beaumont.*

§. IX. *Joannes* Antonii frater alterius rami autor est, & apud *Chifflet*. n. 22. inter Equites aurei velleris scuto *Crojo* & *Rentiac*o tesseri ornato mediam impoluit parvulam quadrupertitam, ejus primus & quartus quadrans *flombis aureis & coccineis* exaratus, secundus & tertius *Flandrico leone* insignitus tuit. Hæc iterum distinctio à matre sumta est. Nam thombilli *Craoniam* gentem designant, que a *Roberto Landenici Com. Nivernensis* filio descendit. Ille enim *Robertus* cum *Godofredo Martello Comiti Andino* se addidisset, ab eo *Craono* donatus est domino. Ab eo reliqui Domini de *Craon* usque ad *Amalricum IV.* qui 1373. sine liberis decessit, & heredem habuit *Isibellam* sororem, unde successio ad *Salsicam* Domum, in quam elocata erat. *Amalrici* autem istius patris *Petrus* & *Guilelmus* novas emittunt lineas, ille Dominorum *de la Suse*, quorum successio matrimonio *Ambrosia* uxoris *Joannis* ad *Domum Campaniam* delapsa est: hic Dominorum *de S. Maure*, de *Fertebernard*, & demum de *Dompmart*, ex qua *Margaret* *Joannis Croji* uxor, & *Joannis* istius mater fuit. *Flandrica* autem tessera *Craonia* miscetur ob *Margaretæ* aviam *Margaretam* f. *Joannis Flandri Dn. Nigellæ* (de *Nelle*) *Guilelmi Craoni* cognomento *Maqui Dn. de S. Maure* uxorem. Quod vero apicem *Joannis* hujus armet, non alius tuit quam *Antonii* fratris. Patris scutum denuo inter Equites A. V. servarunt filii *Philippus C. Cimacensis* (n. 74.) & *Michael Dn. de S. Piat* (n. 112.) & nepotes *Carolus* (n. 104.) *Antonius* (n. 134.) abnepos *Philippus Comes de Solre* (n. 288.) & hujus filius *Joannes* (n. 327.)

§. X. Ita universa *Joannis* posteritas eadem usâ fuerit dispositione, nisi quod *Anna* ^{Annæ Ci-} ^{macensis.} hæretes *Craoni*, filia *Caroli*, *Albretano* & *Britannico* symbolo suum scutum onerasse videtur, ex eo quia filius iisdem deinceps usus est, uti vidimus num. 5. Tum ^{Solreco-} *Harre* in successione ad *Solreos* delata, cum titulo etiam distinctio, o qua prior linea materno jure usâ erat, simul translata est, ut videhet integrum scutum *Lotharingicum* toti incumbat.

§. XI. Quod titulos attinet. In primo ramo fuerit illæ dynastie, quatum titulis usi sunt. Ducatus *Arescotanus* in *Brabantia*. *Arescotum* autem & *Birbecam* a *Margareta Lotharinga* Antonio marito allatam lego. In ejus Antonio vero patrimonio prius erant *Croja*, *Renty*, *Senegem* & *Arain*. Inde accessere etiam *Beaumont*, *Montcaract*, *Perceux*: In primis *Annæ Cimacensis* connubio Principatus de *Comy*, *Domina de Avenes*, *Landreecy*, *S. Venant*, *Kuraw* seu *Queuraw*, quam *Isabella* *Godfrido* *Asperimonto* marito, hujus filia *Mathildis* nuptum suo *Antoni* *Lalvo* attulit, a matre habuit *Simon* filius, ejus proneptis *Maria* attulit marito *Joanni Crojo* *Anna* proavo. Demum comitatus *Megensis* accessit *Caroli Cimacensis* & *Mariæ Brimeæ* matrimonio.

§. XII. In altera linea sunt tituli *Marchionum de Harre* & demum *Ducum de Croj*. *Harrecoj*. Lego vero *Henricum IV. Regem Franciæ* *Croviaco* n. 5. dignitatem *Ducalem* contulisse. Tum *Com. de Fontenoy* a *Diana Dommartina* *Caroli* *Philippi* uxore, nec non ab eadem ob aviam *Annam* filiam *Ferdinandi de Neuchatel Dn. de Montcaign* & *Magdalena Domina Vinsingia*, *Baronum Vinsingia* seu *de Vinsingia*. Integer titulus ^{Cellulimi}

Celsissimi Ernesti Bogislai est: *Dux Croicæ & Asseboti, S. R. Imperii Princeps, Marchio in Hertzia, Comes & Dominus in Lontow, Rypoe, Domschwart, ne: nonia Sca: wten & Missan.* Que duo posterora prius ad I.bersteiniam apud Pome:anos gentem transierant, unde oportet, gente illa nostra memora extincta, ad hunc ea beneuolentia transiisse.

Rexiz. §. XIII. In tertia tituli sunt Dominorum & dein Comitum de *Raux;* nec non Dominia de *Creog* & de *Clonues* attulit Joanni linea auctori uxor Joanna. Tum leguntur nomina Dominorum de *Beaurain*, de *Fremessen*, & demum Comitum atque nunc Principum de *Algen*.

Cimacensis. §. XIV. Cimacenses tituli jam §. II. occasione Annæ heredis recensiti sunt. In ultima linea leguntur Comites de *Solre*, nunc etiam Duces de *Harre & Crog*, Marchiones de *Renty*: tum tituli Dominorum *S. Piat* seu *Sainpy*, *Thou*, (quod Maria Craomaatulerat) *L. Felsuse*, *Fontaines*, &c.

CAPUT XI.

Episcopus Curienfis.

ARGUMENTUM.

1. Episcopus S. Lucius.
2. Aimo. Episcopus maritus.
3. Reliqui Episcopi. Episcopus incrementa.
4. Modernus Episcopus.

5. Scutum.
6. Episcopus Officialis. Duces Austria proceres.
7. Familia de Monte. (na.)
8. Apex.
9. Tutulus. Insignis imperio.

§. I.

Episcopus. **I**nter Episcopatus Rheno aditos, qui plures numerantur, primus est in Rhetia *Curienfis* seu *Churenfis*, inde dici solet *Curia summa*, quia non procul Rheni fontibus prima occurrit. Episcopus initium *Cap. Bruschius* refert ad annum 440. sed *Ba: ruz*, *Ger. P. I. p. 3.* putat ab ipso Apostolo *S. Petro* fundatum, unde & opidum *Veldritchum* & adita proxime regio *Campus S. Petri* appelletur. Primum tamen Episcopum vocat *S. Lucium*: cujus etiam mentionem *Bruschius* facit: sed ostendit incertum esse, *Lucius* ille, an ex regio Britannico stemmate, an potius, quod mallet, *Cyrenensis* *Simonis & Thome* *Luc. 23, 26.* filius fuerit? In hoc conveniunt, fuisse primum *Bruschius* *apostolum*. Dicitur martyrio coronatus 180.

S. Lucius. §. II. Primum post *Lucium* Episcopum *Bruschius* vocat *Aimonem*, qui *Ch. 12.* *donenti* interfuit *Concilio*: sed *Bucelinus* ante eum nominat *Valentinum* etiam *Curienfem* *atallacem & Gandarium*. Inter eos, qui successere, memorabilis est *Paschalis* numero apud *Bruschium* decimus quartus: Cujus verba huc transferam: *Tal: ruz* *lis Comes Brezantinus, Vigili Præsidis Rhetia filius: Episcopus Curienfis, habuit uxorem, Dominam Iosepham Comitissam de Rhetia alta: que etiam in ætatis diplomate nominatum tenetur, & se subscripsit Antistitam Churenfem: præsertim in fundator. veteris vetustissimæ monasterii canobii Cæces in Tumlasca supra Rhetiam sit. Eius ætate fundatores fuerunt, iste Paschalis Episcopus & ejus filius Victor, successor patris in Episcopatu. Præter eisdem Abbatissæ legitur fuisse Dominam Vispula, Paschalis Episcopi ex *Hyopeja* conjugis filii: cujus soror Ursula ejusdem loci monialis fuit. Successorem habuit filium *Victorem*, de quo necesse non est, ut cum *Bucelino* dubitemus, an forte non filius sed nepos fuerit: ita enim interpretio monumenti habet: *Victor Episcopus Curienfis una cum matre sua fundator hujus monasterii. & cum eo Paschalis Episcopus Curienfis, genitor & antecessor ejus.**

Reliqui Episcopi. §. III. *Rothario* Episcopo *Carolus Crassus* Rex Gallie dedit donationem & villam *Fluminis Ssi. V. Valdoni* autem 940. *Otto I.* Imperator *Pludentium* opidulum *Drusianæ* vallis: nec non ejus successor *Haroberto*, quod Episcopatus *Saracenoram* irruptionibus damnis affectus esset, quædam bona prædia in *Zizers* pago de *Arata: Otto I.* *Hilboldo* penionem *vechagium* pontis *Clavennensis* in *Prægalia: Hildobro* *Hilcu* *Valeboni* *Otto III.* totum opidum *Clavennense* in *Prægalia* 995. *E. gno* curabitur: primus à *Fridenico Barbarossa* apud *Bruschium* Princeps est salutat & habitus

obun-

ob insignes suas virtutes, & singularem fidem Friderico datam & hiehet præfuit: qui etiam investitus *advocatus* Episcopatus sui *Friderico* *Secunde Ducem* Augusti filium 1170. *Herricus* ex Montfortis Comitibus emit castria *Aspermontis* & *Rheims*; Inde *Frictus* ex Lenzburgis Comitibus *Kerbergum* castrum Tumulatice pro 2500. aureis à nobili viro de Lindovv. *Herrmanno* ex Comitibus *Werdenbergis* *Moysimus* *Viccomas Medolaniensis* 1494. totam *vallem Tallinam*, communitatem in *Bormio*, & communitatem in *Bufelatio*, castrum item & opidum & totam *vallem Clarenam* & *Plarum* donavit: Multas etiam idem Episcopus *Hartmannus* arces in potestate in Episcopatus redegit, *Ramancensem*, *Griffenstentam*, *Hildensteinam*.

§. iv. Modernus Episcopus est *Reverendissimus Frictus*, qui 23. Febr. 1661. electus, & quod intra sequensæculum non factum erat sequenti à Nuntio Pontificio Friderico Bortomeo, demceps Cardinali, assistentibus Abbatibus Justo Fabaridensi (*Pfeffers*) & Adalberto Pflentienii in templo Cathedrali Curie solemniter inauguratus est.

§. v. Scuto utitur quadriperto: prima & quarta area *argentea* *capricornum salientem* *nigrum* continet: secunda & tertia *carulea* *dimidium unicorni* ex auro, sectione apparente cruciata. Scuto impositam galeam non vidi, sed ejus loco tantum tiaram Episcopalem: adjectis post elypeum hinc pedo Episcopali, illinc gladio Politicæ potestatis indice.

§. vi. Capricornus notat *Episcopatum*, de cujus præcipuis incrementis diximus. De Officialibus ejus ita *Brulchius*: *Hec obiter fecit lectur, Austria Archicamerarius pincernas, Dominos de Almoribus* *Alasillos*, *Comites* *Montenses* *vel* *Amstios* *Dapiferos* *fuissse* *Episcopatus Curienfis*. *Hodie vero Dapiferorum & Camerariorum officium confert Episcopus suo arbitrarij sui familiae voluist.* Imprimis memorari dignum, quod Austriaci pincernarum feudo teneant. Itidem *Brulch.* de *Ulrico* Episcopo: *Invenitur feudis Martissenfium castri & pincernarum officij Albertum seniore* *Austria Ducem* 1337. *in themsis Badenfibus*. Idem de *Hartmanno* Episcopo: *Ab hoc Episcopo accepit in feudum Ermstus Austria Dux officium Pincernæ Curienfis & totum Comitatum Tirolensem Anno Dom. 1415. sicuti antea acceptant ab Ulrico Episcopo* *Duces Austria Fridericus* 3. *Albertus & Orbo*. De *Orthebo* Episcopo idem: *Is invenit feudis officij pincernarum & provinciarum ad Comitatum Tirolensem pertinentium* *Sigismundum Austria, Styrie & Carinthia Ducem* *an. 1460.* Successores etiam Augusti tuda hæc ab Episcopis recipere non gravati sunt. Porro ita officiales recentet *Bueclinius*: *Marefcalli equites de Marmels seu Marmore, de nigro marmore; Dapiferi Comes de Matfeh, Pincernæ Comes Tirolis; Camerarij Barones de Belmont.* Ex quibus illustres ducesceos hujus splendor colligitur.

§. vii. Dimidium unicorni testera est familiae *Montia* seu *Montina*, de *Monte*. Hanc gentem *Cabr. Bueclin. Germ. P. 1. p. 176.* ad Romanos refert: & nominat *Lavinum & Aetium d. Monte*, qui *Valentinam* Augusti tempore 370. celebres extiterint, ex quorum posteris in *Rætia* stirps hæc descendit. Justam seriem necit à *Durschello de Monte*, qui circa 1343. vixit: eius nepos *Kudolphus*, filios habuit *Jacobum* & *Beatum* *V. Bathum*, utrumque prætectum *Longaneze*, duorum ramentum auctores. Beato nati *V. Pihelmus* & *Albertus*, illo *Gallus* *Domnus de La ovenberg*, illius rami factor: hoc *Albertus*, pater *Lucæ* *Colonelli* celeberris tunc Rege *Francorum*, avus *Alberti*, quo *Ulricus* *Episcopus* factus est.

§. viii. Hunc genti sub nomine *V. Mont*, idem plane seutum ascribit *Sibmach. Apex. Wapenb. P. 1. pag. 204.* Apicem autem dat iterum *monocerotis* autem, sed alati ala carulea tohohis argenteis fatis. *Laemix* autem sunt celestina & aurea.

§. ix. Titulus est: *Episcopus Curie, S. R. Imp. Princeps, Dominus in Turfienburg & Gros Linstingen*. De *Turfienburg* memorat *Brulch.* Episcopum *Couradam* *Bar. de Bellemonte*, qui 1282. mort. extruxisse arcem *Turfienburgum* in *Athysia valle* prope *sanam S. Floriani* consensu & favore *Almardi Austria Ducis* *Dignitas* *Principalis* collata est à *Friderico* 1170. Cæterum du Episcopus dictis imperialibus & circularibus non interfuit, sed 1042. Ultimam ad *Conventum* *circularem* nulli, perensu posthac etiam vocaretur, qui quoq; in ultimis 1640. *Comitis* *Ratippenburgum* in *Athysia valle* in tenatium *Principum* habuisset: quod etiam concessum est. Veram de his conf. *Limn. Jur. publ. T. II. add. ad L. 4. c. 7. p. 482. 483.*

CAPUT XII.

Rex Danie & Norwegie, & Duces Holsatie, Com. Oldenburgi.

ARGUMENTUM.

1. Scutum cruce distinctum. Huius origo.
2. Daniaregnum. Leonum color. Regni origo. Regum familia.
3. Norwegia. Leo Bipennis. Regum linea. Jus in eum hereditarium.
4. Com. & Bar. de Zimmeru.
5. Gothia. An Scania? Petrus Justitia.
6. Pandania seu Slatia. Danorum in eam jus. Gothi & Pandani. Gothorum duco & duplex symbolum.
7. Tres coronae. Omio trium regnorum. De illis lites. Vestitus coronarum usus.
8. Gotlandia. Unde agnus? Ad Suecos transfertur. Wibia. Legei maritima Gotlandica.
9. Holsatia. Vitula in ocelli foret? Cavi ex offensione. Vitula ratio. Scutuluni medium.
10. Holsatie significatio. Disiones ad Danos. Ducatus axionia.
11. Stormaria. Hamburgum. Wagria.
12. Slesvicum. Ad Danos. Dreigio.
13. Islandia.
14. Oldenburgum. Crux an facta? Imperii architecti. Familia. Linea. Successio.
15. Delmenhorst. Comes. Ad Bremenfes. Recuperata ab Oldenburgis. Cessio Succorum.

16. Dietmaria Domini. Ad Danos relicta.
17. Drverstjettefferarum. Scutula distinctum. regio circumdata.
18. Scuti successiva incrementa.
19. Coronaclausula. Regni nulli subiecti jus.
20. Apex. Atlantes.
21. Ordo Elephantum.
22. Titulus.
23. Scutum regum majus.
24. Femera.
25. Bornholmia.
26. Ostia.
27. Ferroenses insule. Gronlandia.
28. Swanungus abacus contractus.
29. Scutum Principis Georgii Titulus.
30. Scutum Ducum Holsatie.
31. Norwegia jus hereditarium. Slesvicum. Holsatia.
32. Scutum Episcopi Lubecensis.
33. Galea Holsatica.
34. Titulus.
35. Scutum Com. Oldenburgi. Femera.
36. Successio in ultimo. Comitatus actiones.
37. Scutum Guldenenrororum. Jarzenzen. Jarlsberg.
38. Titulus.
39. Scutum C. Antonii Oldenburgi.
40. Titulus.

§. I.

Scutum
cruce di-
stinctum.

Potentissimorum Danie Regum clypeus (quem explicuit in Choregr. Danie p. 770. Joannes Isacius Pontanus) frequenter quadrifariam secatur, sectione instituta per crucem argenteam, quod rarioris est exempli. Hanc crucem Job. Jac. Chytr. Eq. A. V. n. 160. Aldenburgier seu Oldenburgier Comitatus insignie esse opinatur. In ea vero fallitur, cum inferius aliud *hryuz* Oldenburgicum conspicitur exhibeatur. Aliam rationem crucis arbitror, nempe ut memoria servetur eius miraculi, quod sub *1. ad-maro 11. ann. 1218.* accidisse fertur, in expeditione Regis in Livonos, quibus Christiana religio simul allata est. Ita rem refert *Joan. Isac. Pontan. rer. Dan. L. 6. p. 306.* (qui tamen *Choregr. Dan. p. 771.* hanc cruci candidae in vexillo Gotlandico rationem tribuit) *Dum certamen cernitur (prope arcem & opidum Volmar, cui a Regis nomine nomen) factum, ut Dani amissa per errorem, quam soubantur, aquila, in suam agerentur, ac mox dimisso caltus novo vexillo, in cuius rubra planicie crux alba erit dispersa, eujusmodi etiam secuti fuerant, gradam continuo revertarint, atque edito acerrimo conflictu aciem hostilem pertriperint, atque egregiam ad suos, suscipiente, caeterum reportarint.* Addit dein Pontanus. *Hanc etiam ob causam, quod idem Rex Christianus, in ad ultimos hos Livonia atque Esthonia populos propagavit, essentant etiamnum regni insignia in solo rubro cruce candida, nec aliunde est, quod Esthonia titulus Danie regibus jam olim est attributus, vexillum vero, de quo actum, Danicoroga exinde est nominatum, ac mirna semper religione, veluti regni Palladium atque modicum, custodiant. Atque existimatum putat unquam, in praeliis omnibus ex eo certantium pendere fortuna. Ad morem fortis, quo Caesar quousque Constantinus crucem labaris intertarn multi praeserebat, cum iju. modi symbolo, in hoc signo vinctes. An vero vexillum idem est, ut memoravimus, dimissum sit, an vero a Pontifice Romano, ut Regis studium existeret, loco cruciatu, quem admodum id temporis vocabant, submissum, disputare hoc loco non est animus. Ad saltem addam, quo l' tradunt rerum memoria, post duo circiter secula, cum adversus Dithmarscos bellum crederet Rex Johannes, tum inter cetera a victoribus acceptum perisse.*

Huius
origo.

§. 11. Superior scuti pars ter ad perpendicularum secta, quatuor primarias exhibet areas. Prima ex illis meliori mixta alio tincla & coronata rubris ijsq; tres ex utroque leopardo, linguæ & falcis (atque si Chusilectio nides esset, que tamen hic fallit, coronata aureis refert. Quæ coronata vocamus, alii *teymys* exultant: quarum tamen in heraldica arte non eadem cum cordibus figura pingitur. De *leopardorum* colore nideam discipatur. *Heping. l. c. p. 312.* *virides* eos hngit, nec minus etiam ex sinopide eos tingi vult *Dav. Blondell. Plen. à fert. Geneal. Franc. T. 2. p. 363.* Accedit *G. Fourmier. Geograph. orbis Not. P. 1. l. 2. cap. 10.* Nec non *D. T. Y. auctor libri les estats, empires & princ. du mond. p. 1457.* qui ita: *Lions verds en champ d'or, semes de larmes de sang ou de cœurs d'hommes.* Sed potior fides *Jona Elverfeldio*, qui de *Holfat*, cl. 2. ita canit, ab ipso *Hæpingio*, qui meminisse debebat, adductus:

*Dandos illis tris ternorum leoptra leonum
in croceo jactant carula cœca solo.*

Ipsius *Danicæ regni* hoc emblemata esse, modo audivimus. Antiquorum autem *Danorum* & *Alanorum* symbolum fuisse *Gallum Gallicanum*, pupnacitatis hic *reglyphicum*, alibi legi. Regnum hoc, ex Arctois meridionalibus, & quoad *Norvegia*, *Sveicia*, *Eudora* atque mari concluditur, reges suos ad quendam *Danum* refert, qui (supputante *Erico Rege*) circa *Davidis* tempora imperaverit genti, & de se nomen regno indiderit. A *Dano* non una familia regno potita est, initio ipsius *Dani* seu *Skjoldungerum*, dein *Floshertis*, qui *Atis* *Svecici* regis filius fuit, post eam *Vingum*, qui ex *Rege Gothæ* *Danicæ* Rex testamentum institutus fertur, demum *Svevaldini*. Illa hitoria *Danicæ* partem ob multas admittas fabulas *usurpata* recte dixeris, ad tempora nimirum *Caroli Magni*: ab hoc periodus *isoesis*, & in ea iterum non ex una familia Reges: primam à *Gottico* seu *Gotfrido*, cui cum præfato magni nominis Imperatore ob *Witikingum* *Saxonem* & *Nordalbingiam* negotium fuit, deducunt, & *Danicam* recte appellaveris: alteram *Norvegiam* à *Svevaldo* cognomento *Ringone* regis *Norvegiæ* filio: hanc excepit, *Anglica* dicta, auctore *Svenone III.* cognomento *Egfrido*, qui *Ulfone* seu *Wolf* *Anglo* & *Estrita* *Canuti M.* forore natus fuerat: Hæc defecit in *Margareta*, quæ initio filii *Olai*, quam ex *Haquino R.* *Norvegiæ* iuceperat. nomine, cum suo, imperavit non *Danicæ* solum, sed toti septentrioni. Post eam non nisi *Erico D. Pomerania*, qui hitoricam narrationem gentis *Danicæ* edidit, & *Christophoro Pausino* interjectis, *Oldenburgicæ* familia seceptro admota est, quæ nunc etiam illud feliciter moderatur. Creditur vero hos leones *Danus* primus Rex anno 1252. post diuivum, cum *Seelandiam*, *Fioniam*, *Jutiam* & alias insulas ad regni titulum exevit, et hitoricam dedisse notam, ternatio leonum tria frera *Oresundicum*, *Balticum*, & *Mitteitrahundicum* designaturus.

§. 111. Proximam aream rubream exornatio *cerenasus aureus, securis militarem* (*Amazonicam* alioqui vocant *Estrepart*, *Cy. Spangenh. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 35. pag. 321.* b. alias *Hellepart*) *bipennem argenteam, aureo minuvrio* terens. De hac iterum *Elvertfeldius*: *Ditio Norvegiæ leo regna bipenniter ora,*

Indicat in roser bellaque tractat humo.

M. Gilb. de Varenn R. d'arm P. 2. p. 276. leonis figuram ab exemplo *Pompeji M.* deducit, qui in gemma insculptum gesserit leonem eniterum. Videbitur tamen in *P. generali c. 5.* plura exempla leonum, qui falcibus varia instrumenta apprehensa gestant. Emblemata hoc *Norvegiæ* esse poeta nos docuit. Commentum ex eo esse liquet, cum *Atalcolus* apud *Heping. de jur. insign. p. 313.* hngit, *Norvegiæ* regis scutum simpliciter sine figura esse *nigrum*. Porro *Norvegiæ* (*Adamo Bremenis* & *Cranzio Northmannia* dicta, seu quod probabilibus à situ *Arctum* vertus, seu à *Noro* *Humli* *Sveciæ* regis filio, *Dani* fratre, nomen accepit) ad ultimum *Europæ* septentrionem vertus promontorium *Nortæap* à continis *Westrogothæ* protenditur, & Oceano sinusque *Codani* faucibus, atque *Sveciæ* qua continna est *Sevone* monte clauditur. Habuit regnum hoc suos reges peculiare, qui aliquando *Danus* & *Svecis* graves tuere. Ita primus ex illis octo seculis *Christi. eva* superior *Danie. ligerus* seu *Svevdagero* (cum anonymi hitoria compendiosa *RR. Danicæ* ab *Erpoldo Lindebrogio* edita vocat atque *Grami* regis *Danicæ* filium facit, cujus tamen non filius sed sororius generæque fuit, ut ex *Saxone Pontanus R. Dan. L. 1. p. 13.*) præter *Norvegiam* tuam duo illa regna vicina exit, & hujus *lymboli* dicitur fuisse auctor. Ab eo etiam secunda, quæ diutius seceptrum gessit in *Sveciæ*

familia descendit, nec non ex Norvegia, ut §. preced. diximus, Danie regnatricis stirps post Caroli Martatiem tertia. Viculum ab *Haldam II. R.* Danie filio *Af. v. n. do* omnes deinceps reges *Norvegiae* orti sunt. Defecit tandem regum progenies in *Olao II. Romano* Norvegiae regis atque *Margareta Danica* quae Danicam hanc junxit teitatem, illa, quae vivis excessit 1387. Illo inter alia epicedio ornatus, quod apud *Pentatum L. 8. p. 516.* legitur est, & dignum, cujus saltem aliqua huc adscribam disticha:

*Danica Norvago genuit me Margaris illa,
 Quae fuit Haquino tradita connubio.
 Et jus Norvagam. s. d. Danum gratia regem
 signat, ubi satis cum patre cedit avus.
 Sed mihi regna negat mors immatura deinceps,
 Norvagia ut Dano pareat imperio.*

Jus in eam
 heredita-
 rium.

Ex eo Danico conjunctum regnum, & nunc quoque conjunctum vel potius subjectum manet; ejus *hereditario* titulo toti jam *Holsatica Domui* communicato. Subjecti ius plenarie ansam praebuit seditio, quae auctore *Hermolao Hudsford.* insubigante *Stenone Steno* adversus *Joannem* regem principio superioris seculi excitata fuerat. Ii vero com-
 scende missus a patre *Christiernus*, dein Rex: qui quae egerit *Joh. Scherzanning.* in vita ejus describit. Paucis complectitur *Joh. Cluverus* epit. *Histor. p. 296. Mittitur in Norvegiam* *Christiernus* regis filius, qui victo acie *Herlofo Hudsfordo* (ita *Heimolam* illum nuncupat) multos cum eo nobiles afficit supplicio, a comite quoque *Norvegos*, in ius & se-
 re ad officium reduxit, maxima avitae libertatis parte diminutos. *Excomagus* heredes *je Norvegiae Danorum reges* gessere. Et hoc argumento *Svecos* suos ad defectionem a rege *Joanne* inter alia sollicitabat *Steno* apud *Joh. Meurs.* *hist. Dan. L. 2. p. 110. Respicere* *Norvegiam*, quae cum *Dania* postquam *fadus* invasit, *prisca libertate* exuta in *extremam servitutem* misere *dejecta* esset. Alit mirum non est, ita loqui, qui defectionis, jure puni-
 ta, auctor fuerat.

Com. & B.
 de Zim-
 mero.

§. iv. Barones & dein Comites *Cambræ* seu *Zimmerenses*, qui in *Svevia* ditiones habuerunt, in insignibus gestarunt *leonem argenteum bipennigerum in scuto* carulo. Ut videre est *Wapenb. P. 1. pag. 17.* Argumento hujus leonis crediti sunt ex *prisca Norvegorum* prosapia descendisse. Id certum est, familiam in *Germania* a pluribus seculis floruisse, unde si ex septentrione huc delati sunt, id à mille tere annis factum oportet. Ex iis vero quae *P. 1. c. 2.* diximus constat, eo tempore insignium non eum qui dem-
 ceptus fuit morem neque usum hereditarium fuisse. Porro memoratur alius *Cambræ* *Baro Adelbertus 912.* qui *Muthebam Comitissam Calvinensem* uxorem habuit. Gen-
 tem, quantum novi, claudit *extremus maritum Wilhelmus* seculo hoc ineunte. De reli-
 quis areolis *Zimmerensis* scuti actum est *L. 1. c. 35. n. 7. 8.* cum *Helfensheimarum* facta est mentio.

Gothia.

§. v. Qui proximus est laterculus *rubescens* in capite *leopardum* vel *leonem aureum*, in inferiori autem parte *triplici ordine disposita novem corculi* ejusdem metalli continet apud *Sibmach.* & alios: sed didici, rectius laterculum *auro* pingi, *leonem cyanicum*, *corcula rubea*, representari. *Elverveldius* ita exprimit:

*Corda novem propro qui transfuit in clypeo saltu
 Gothorum prodiu signa vetustaleo.*

Gothorum (de quorum antiquis *duyuan* conf. *Hapting. de jur. insign. c. 2. §. 20. p. 168 & seq. P. 3. & 4. n. 516. p. 313.*) gens multis gestis celebrata, in *Italia* & *Hispania* regnabat, dedit non unius seculi. Ipsa vero *Gothia*, quae *Sveciam* & *Diniam* interjacet, aliquando proprios, aliquando cum *Svecia* communes habuit reges, atque adeo cum hac etiam *Danos*; hujus memoria superest in regio scuto pariter & in titulo. Nisi malis, cum *Go-*

An Scania?

thia antiquae pars fuerit *Scania*, cum *Hollandia* & *Bleckingia* promeius, reliquae *Gothia*, quae in *Ostrogothiam*, *Vestrogothiam* & *Smalandiam* dissepserunt, ad meridiam conigua, hanc regni *Gothici* partem, quae ad nostram memoriam *Danico* seculo ceptro sub-
 dita fuit, isto leone notari. Videmus enim praedictas reliquas *Gothicas* sunt etiam pec-
 culiare singulas habuisse signum. Conjecturae haec aliorum fuere, verum a *Nobilissimo Joanne Notio* Regio secretario, *historiae patriae* callentissimo & ejus decorum studio-
 sissimo, qui magnam eorum partem, quae hic tradit, nec non quae partem generalem, & librum hujus specialis partem quartum *D. V.* exornata sunt, benevole communi-

cavit, ceteriora edoctus sum. Notari videlicet *lutham* seu *Cambriam*, & quidem leonem ^{Ponauis} *Leonus* ^{thia.} *Leonus* denigrari *Linsfordum* *luthae* seu *Limviciam* finium, quo ab ortu in occidentum provinciam ^{thia.} irrigitur, novem cordibus autem Ducatus seu territoria, quae quondam in Jutia numerata sunt, quibus omnibus eadem haec imago leonis & corda. Ita vero appellata sunt *Vendisfel* (*Vonfilia* seu *Vandalica* terra) *Commerfsjel*, *Marcsjel*, *Loverfsjel*, *Uoffjsel*, *Hammerfsjel*, *Varefsjel*, *Almudfsjel*, *Islefsjel*, *Svjsel* (notat territorium.) Hoc ergo symbolo in signis militariibus utebantur, quod omnes Ducatus tere catulo & impetuoso mari emgerentur, & tunc illo allacerentur, unde corda eo direxerint, sedibus ibi locandis, & quidem junctis cordibus & manibus unitorum ad defensionem regionum auxiliiorum idem fecerant. Autot ejus symboli fertur simile, si tam alte ascendere licet, *Segudus* primus Jutiae judex Anno mundi 1965. & ita quarto post diluvium saeculo. *Porto lutham* à *Gothis* traxisse nomen, autor est H. Grotpoleg. ad hist. Goth. p. 10.

§. vi. Extrema arca primum ordinis rerum *rubea dracōnem* (alias serpētem seu ^{Vandalia} *vermem* alarum seu *lindwirm* vocant) *coronatum aureum* continet. *Chilisteno* teste. ^{Slavia} Nam *Sibmich*. *Wapenb.* P. 1. pag. 2. laterculum auro tingit, & draconem colore naturalis pingit. *Elvereldius* ita de hoc insigni:

Terribilis Slavos pernicibus exiit alis,

Et loca propugnat suo gigno centa draco.

Primum versum ita eloquitur Pontanus:

Hinc rigidos Slavos effert pernicibus alis.

Vandalorum antiquum etiam signum fuisse, *Olaus M.* refert. Notari vero ^{Danorum} *Vandalos*, *Vendos* seu *Slavos* (quos tamen rectius distinxeris, ut *Vandali* Germanica ^{in eum} gens fuerit, *Venedi* & *Slavi* Sarmatica, quae Baltici maris oras, indigenis alio profectis ^{145.} vacuas occuparunt) non ab *Elvereldio* tantum sed & à *Regum* titulo dicitur. Unde vero illud jus vel utulus, disceptatur. *Canutus*, qui *sanctus* nuncupatur, à *Lothario* Imperatore regem *Obotritorum* conltributam esse constat, quamvis in circumstantiis non eadem omnes auctores dicant. *cont. Pont. R. Dan. L. 1. p. 207.* Sed *Obotritorum* & *Vandalorum* seu *Vindorum* non aequè late patet nomen, licet *Obotriti* utique Vinidius annuerandi sint. Postea vero *Slavici* gentes bona ex parte à *Danis* subactas esse, tandem ex scriptoribus liquido probatur. Quamvis vero excusio *Danico* obsequio ad imperium ille redierint (cont. de his prolixius differentem *Celiber. Coarng. de finib. Imp. Germ. c. 16 p. 244. seqq.*) atque ita à non uno saeculo *Danie* *Reges* in *Slavia* nihil possident, insensens tamen non est, sed plurium magnatum exemplis constat, cum titulis etiam notas servari provinciarum, quae aliis jam parent. Significationi *Vandalorum* prius laudatus *Mochus* addit. *Gothos* & *Vindicos* junctura intelligi: & quidem veteres ^{Gothi} *Gothos* usos tali vetime seu dracone, ut & simul insulas *Selandiam*, *Monan* seu *Man* & *Falstram*. Præterea constare ex historia antiqua *Danorum*, tempore *Guthi* judicis sexti Jutarum, qui & *Selandiam* sub potestate sua habebant, *Juthos* & *Cimbros* in *Scanniam* transiisse, atque nomen incolarum mutasse cum appellatione *Getharum* s. *Gothorum*, & quidem ad illius nomen *Guthos* seu *Gythingos*. Ne vero hæ provincie acquiritæ unquam ab invicem separarentur, *Judicem* *Guthi* eis tesseram militarem *aureum dracōnem* in minio tribuisse, quem titus provincie representare videatur. *Vandalos* seu *Vindos* quidem etiam usos in insignibus simili verme alato, non nihil tamen immutato. Verum tamen *Vandalorum* symbolum esse *caput lubalino*, quod nunc quoque in scuto *Megapolitano* comparet. Quod jus ad regnum hoc spectet, *Volde- marmum* ad *Daniam* reduxisse regnum *Vandalicum*, cum *Nietas* ad *Fridericum* *Augustum* profectus cum eo fœdus percussisset, & ab eo regnum hoc susceperet. Ast autem hunc jam pater ejus *Canutus* non modo *Ducatum* suum *Slesvicensem* expulsiis *Saxonibus* liberaverat, sed & *Slavicam* terras occupaverat, captis *Pribisla* & *Nicoloto* principibus eorum: unde quod occupavimus dicere, à *Lothario II.* Imperatore 1128. *Rex Vindorum* seu *Vandalorum* creatus & coronatus est. Sequenti tempore in sigillis *Erici* *Glippinga* & *Lietri Men* & c. d. regni *Selandorum* mentionem nomini regni *Danici* additum videbimus proximo numero. Porto alibi quoque legas, *Gothis* tributum fuisse aliquando dracone. Itaque veteri symbolo *Gothorum* duplici *M. Ich. Et a xincus* ^{Gothorum} *apud* *Cyris*. *Spangenb. Videlsp. P. 2. L. 12. c. 38 p. 319.* ^{rum dracone & duplex symbolum.}

Mollitate atrox ducentis us otia Gothi

Vexillum effugem mitis habebat oris.

*Sin vero in populos Mars tristem accenderat iram,
Horrida flammis vomit signa draconis erant.*

Confirmat illud etiam *Ioh. Loccen. antiq. Svec. Goth. L. 3. c. 2. p. 120. 121. In c. v. cellis suis olim Gothi præter alia circumulerunt tempore belli magnam draconis conuersionem & a. 1211 (textilis anguis dicitur Sidonio in Pancorr.) in pace agni figuram. Illius rei etiam fuit testimonium in signo illud monumentum, quod in urbe Thuringia Gotha a Gothis ita dicta, repertum, olim veteri stipe turri affixum, deinde ita destructa in vestibulo curia positum fuit, una cum versibus Germanicis, teste Helderer in Oratibus suis, quorum versuum sententiam his expressi versibus Latinis:*

*Quando vetusta urbis turris destructa Gothana,
Inuentum est ibi hinc in signe agni atque draconis.*

*Agni in signe Gothi gestarunt tempore pacis,
Tempore sed belli contra hostem in signe draconis.*

Hoc egregium monumentum significabat, in armis Gothos formidabiles, in hostem acres ac strenuos, domi erga suos lenes ac tractabiles, erga deos atque de vicis placabiles viros & humanos esse. Item in suis Gothis prædicat Ioannes Magnus hist. Svec. c. 41. Gothi non secus ac agni domi conuersantur, foris autem & contra hostes leonum ferociam imitantur.

§. V II. Inferior scuti pars, duos iterum quadrantes, quadripartitos, exhibet. Anterior, qui totius scuti est quintus, in prima area ærenica (*iteping. de jur. insign. c. 6. P. 3. §. 5. p. 314. rubeam per errorem vocat*) tres coronas auræ telet. Audiamus iterum Poëtam:

*Florentisque trium regnorum iugiter glaucis
In thepau uuit terna corona flaturum.*

Tres coronæ.

Uniotriū regnorum

Aliqui Sveciam notari volunt, nonnulli tres Gothicas provincias, *Scaniam, Hallandiam, Blekingiam*: Alii (ita *iteping. de jur. inf. c. 6. P. 3. cl. 5. §. 2. n. 530.*) quod Noruegia, Dania & provincialis Gothiæ, Hallandiæ, Blekingiæ & Schönæ imperet: sed Elverfeldio & Pontano tutius adhibetur fides, qui unionem trium regnorum, nempe *Daniæ, Sveciæ & Noruegiæ* designari perhibent. *Scribd. regeris*, ut §. 3. occupauimus dicere, primus traditur fuisse, qui tria hæc regna possideret: qui verò ob hanc causam originem trium coronarum ad ipsum referunt, nescio quam certa fides id faciant. *Iptonus de milit. offic. p. 128. Suenoni* & filius, qui in Anglia regnauit, tres coronas tribuit, sed auræ in scuto rubente, & ut altera alteri incumberet. Verum si tres huiusmodi coronas usurpatas fuisse, & illis totidem regna significari concedatur, non tamen alia quam *Daniæ, Angliæ & Noruegiæ* illa fuerint, quod verò concernit trium regnorum septentrionalium unionem, illa areola significatam, a *Margareta Regina* est, quæ tribus regnis imperavit, atque tandem efficit generalibus regnorum comitiis Calmaricæ habitis, ut decerneretur (verbis utat *Pontani rei. Dan. L. 9. p. 528.*) iunimuni omnino procerum voce, ut uno sub Rege, unoque Domino tria regna in perpetuum essent agerentque. *Nec fas esset regnorum uni, regni assumere & eligere, nisi unum regnorum singulorum suffragio.* Hæc fœderatio anno 1397. (vidi annum 1388. ab alii exptimi) celebrata, ipso die *Margarete virginis*, iustumque ut hæc unione discordiæ omnes cateraque regnorum atque indigentiarum odia sublata, sopitaque, nec unquam regnorum alterum in alterum insurgeret, aut bello occasiones praberet. Verumenimvero hæc cœdeditio paci atque unitati inter regna stabilenda instituta dissidiolorum tamen ac belli inter Danos Svecosque gesti occasio identidem exiit, & alteri alteris obiecterunt, quod pactis his non stentent. De ipsi tribus coronis inter duo hæc regna hinc fuit, sed demum terminata anno 1570. pace *Suetinensi*: Cupus ille articulus (verbis *Thuanii L. 47. p. 808. trium coronarum insignia, quæ interque Rex pro suis vindicat, utriusque usurpare jus sit: Dni Iulii Cesaris, Augusti Saxonis Septemviri, Iulii Brunsviceni, Brandenburgici Septemviri, & Georgii Iohannis Palatini, in quos partes compromittere tenebuntur, arbitrio deciditur.* An ex eo tempore his decia sit, mihi non constat. Sed in pacificatione 1613. inter Christianum IV. & Gustavum Adolphi Reges, cum prius Sveci unam coronarum eximio postulassent (quod non nisi Dania & Noruegia cohererent) vel alio colore pingi vellet, usus denuo utriusque regum seruat est. Ita nunc quoque uterque Rex hoc utitur emblemate, licet diversa explanatione. His illud addi debet, quod etiam ante illam regnorum unionem aliquibus *Daniæ* regibus coronarum utriusque tanquam ita extat sigillum *Erici Glippingii* regis 1272. quo exprimitur regia scamno insidens imago, dextera sceptrum læua elevatum globum mundi indicem superposita cruce

De illis tribus

Vetustior coronarum usus

tencens,

tenens, capite gestans coronam, duas autem alias lateribus appositas habens: Literæ peribolo inferibuntur: † ERICUS DEI GRATIA DANORUM SCLAVORUMQUE REGIS. Item 1288. Regis Erici *Mentavi* illud sigillum visitur, cum inscriptione: † SECRETUM ERICI DEI GRATIA DANORUM SCLAVORUMQUE REGIS. Regis vero eadem figura est, coronas duas iuxta se, tertiam vero capiti impositam habentis. *Valdemari II.* Remensium cum eruci inferibit novem coronas. Quæ notasse historiatarum studiosos juvat.

§. VII. Proximus laterculus rubecus agni in *nationalem* continet candidum, gestantem ex cruce aurea pendens vexillum argenteum, cruce rubea insignitum, seu potius ut apud *Pontanum* est, vexillum rubecum cum candida cruce: qui eo refert narrationem §. I. De hujus & alterius quadræ significatione ita *hæc* advertenda:

Piscibus Islandi gaudent: Gotlandia summe parta refert agno Christi trophæo tuo.

Gotlandia seu *Gutlandia* insula maris Baltici, cuius etiam *Gotbia* appellatur, in longitudine miliaria circiter octodecim, in latitudine haud ultra quinque patet. Eam ajunt primum a *Guthi* Judicis sexti Iutarum nro *Uterbro* circa annum 607. post diluvium occupatam esse: cum enim pater hunc cum insigni multitudine Jurarū & Cimbrotum emississet, cum initio *Bornholmiam* invenire & occupasse, inde hanc insulam, quam à patris nomine *Guthlandiam* dixerit: dedisse vero insule militarem testatam *agnum A. malenicum candidum* in initio, supra illum collocato *silio*: cum vero Christiana religio loco paganisim introducta esset, substitutum esse agnum paschalem cum vexillo *crucem* in, vestiam referente. Unde vero *Gotus* agnus, cont. paulo ante n. 6. Porro insula modo *Svecis*, modo *Danis*, sed ut plurimum huc subiecta fuit. Cui regem habuisse eo constat, quod *Vinganus*, quem *Hilarius* Rex *Danie* heredesim scripsit, a *Pontano* *Rer. Dan.* L. I. pag. 10. *Gotlandia* tegulus, ad alius *Gotma* Rex appellatur. In pace *Stettinensi* (*Thuan.* L. 47. p. 808.) *Svecia* omnem in hanc insulam prætenionem abdicat; Verum pace *Bromsbrocensi* *Svecia* iterum juncta est. Urbs insulæ primaria *Visbia* emporium quondam celeberrimum fuit, & promissum videtur eodem agno *Palschah* cum cruce & vexillo, in cuius ambitu scriptum: *Ignis Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis.* Et da aternam pacem temporibus nostris. *P. Bert.* com. rer. *Gerin.* L. 3. p. 713. Porro quæ de *maritimis* negotiis insula *Gotlandia* habitatoribus placuerunt, tantum in se habent: *aguitatis*, tum *prudencie*, ut omnes *Oceani* *vecelæ* eo non tanquam proprio, sed velut gentium *jure* *erantur*. *H. Grot.* in proleg. ad *Hist. Goth.* p. 64.

§. IX. Tertia quadrantis huius dexteri areola, quæ inimi ordinis prima est, *minio* tingitur, & figuram contractæ, de qua non omnes idem sentiunt: *Chifflet.* Eq. A. V. n. 160. ita enunciat, *tres ocelliflores, totidemque urticae* *triogentæ*, triangulariter coacta in corde laterculi *coerinet*, *scutulo* *arrente* *impreto* *De quibus à trois ocellis & trois feuilles d'orties d'argent, mis en triangle in cœur de l'écu, qui est chargé d'un petit écusson d'argent.* Ad dexteram sui *Ioh. Ferrandus* censuram neque hic effugere potuit, utpote qui *Epmic. prol.* p. 107. solam urticam agnoscit, ocelli floribus expungi iussis, neque in hoc aut arbitror, iniuria contradicit *Ferrandus*. Ut tamen *Chifflet*, non hæc dicatur finxisse, sed pictorū, figuræ scitatas morum sepe in modū pro suo arbitratu alterationum, perierge error adhibetur. Si enim consulas *Wap.* P. 2. p. 18. *Schaenburgicum* scutum, quod cum *Hollatico* deignate idem esse debet, ita repræsentatur, ut in medio sic parvula & qui dem rhombis rubecis & caruleis referta, adjectis tribus ocelli floribus vel floribus foliis aureis, & tribus urticæ foliis argenteis, ut illi urticæ foliis, hæc clavis substituta agnoscat: ex quo *Chiffletus*, vel qui illi prætere, errorem suum habuerunt. Cum autem *Ferrandus* illos etiam carpit, qui urticæ folio *clavos* addunt, non tunc omnes habebit sibi adinstantes. Nam non modo species, qua figura hæc pingi solet, *clavos* refert, sed & consuetudo traditio. Interni potissimum *agnus* hujus laterculi est ipsū *solum* *urticæ*, *clavis* *arceborum*. Audiamus iterum *Elvertfeldium*:

Quid tamen in rubro candens urticae vetustas contulit, in cuius stirps erat illa soli.

Et aliter: *Hollati* in *mucos* *candens* *urtica* *per* *agros*, *Stormaria* *agnus* *sub* *corona* *deceit*

Poëta illud his verbis respicit, quod apud *Spangenberg*, traditur, *Adolphum* *I.* cum *Schaumen*

Gotlandia
Unde.
Groc?
Ad Svecos
transiec-
tur.
Wisbia.
Leges ma-
ritimæ Got-
landicæ.
Hollaticæ.
Urticæ an
ocelli?
Clavi ex
arceborum.
Urticæ ra-
tio.

Schaenburgium in monte *Nesselberg* seu *Nittelberg* condidisset, omisso ætulo, quod antea usus fuerit, Leone, ab Imperatore utitur hoc solum, quod memoratum est antea confisi fervaret, accepit. Alam tamen rationem Danckw. erth. in Hist. Dan. t. 2. p. 82. ex contextura sua in medium affert: Meine muthmaßung ist, daß König Adolf der Dritte, nachdem er ganz Holstem Dietmarfen mitgeerbet, embe femmen / hatte von der figur des landes Holstem / die euren auf der wunden tühenden nesselblat ähnlich / also / daß die zwen häupter in Waaren und Dietmarfen / die ander und dritte spur machen / das waren eines nesselblats / und bald darauf die drey naqel. vielleicht von Kaiser, Friedrich dem Ersten, mit dem erri das gelobte land gezogen (quod usq. factum est) oder auch von den Wunden, die er sich vor dem an den inqum Palatinam erlangt. Hoc etiã allegat ex Meibom. NN. ad Herm. Vehrbeck, utriusq. etolis tres adici clavos, quales in passione Christi impo- tos credimus. Ubi figura hujus testis accuratius picta videbatur, tribus solus utriusq. & clavis medium inferebatur scutulum, cujus etiam Chifflet lupetus mentionem fecit, sed scutum, lupenoti parte argentea inferiori tubea.

Scutulum
medium.Holfatiæ
significa-
tio.

Comitis

§. x. *Vrtic* hoc in regio scuto *Holfatiæ* notat: quamvis memoratus *Danckw. verth* ipse l. cit. vix deturte audeat, *Schaenburgicæ* Comitatus, an *Holfatiæ* prius insigniamta fuerint, atque ita uter ab altero accepit: Cæterum quod *Holfatiæ* concernit, ejus emblema in scuto Danico visitur, non ex eo, quia aliquando *Nordalbingia* regibus Danie paruit (qua de re consuli potest *Herm. Conring. de sinib. Imp. Germ. c. 16. p. 232. seq.* sed alio titulo *Adolfum II.* ex *Schaenburgicæ* Comitum *Lotharius II.* Imperator *Holfatiæ*, postquam *Bilingiotum*, qui *Saxoniæ* imperaverat, familia defecisset, Comitis elogio præfecit. Contra hujus nepotem *Adolphum III.* alium Comitem *Holfatiæ* constituit, & vasallum fecit, *Henricum C. de Badewerde* Albetus *Brandenburgicæ* Matchio, neq. tamen possessione deperi *Schaenburgicæ* potuere. Cum vero *Adolfus* extinctus esset, vidua *Henrico C. Orleanundino* nupsit, qui ex eo Gubertator *Holfatiæ*, ut & eius filius *Albertus* aliquando *Holfatiæ* Comitis titulum gessit. Sub *Adolfo IV.* tertio filio, in eo erat, ut excederet familia ditione avita: illum enim & *Henricus leo* comitatu exiit, & postea *Valdemarus* Danie Rex captum in suo renunciare coëgit. Verum filius ejus *Adolfus V.* invocatus à subditis sua cepit, & armis vindicavit. Hic pater duorum fur filiorum, quorum *Joannes VI. Tagram*, *Gerhardus* reliqua obtinuit. Illius mascula posteritas in tertia generatione defecit, atque ita hereditas ad agnatos telapsa est. *Gerhardus* iterum duos habuit filios *Henricum* & *Gerhardum*. Ex his *Gerhardus* *Schaenburgicæ* comitatum nactus, in *Holfatiæ* præter *Prin. Vergerisum* ditionem nihil tenuit: *Henricus* autem reliquam omnem ditionem. Ex hujus posteris ultimus fuit *Adolfus*, *Gerhardi* primæ ex hac gente *Slesviciæ* Ducis filius, qui 1259. latè concessit. & heredem h. buit ex morte nepotem *Christianum Oldenburgicum* & ad quod avunculi, qui ipse scptrum oblata recusaverat, commendatio plurimum contulerat. *Dante* *Repon.* Non vto sine contro- versia illa fuit hereditas, agnato *Ottone*, qui ex *Schaenburgicæ* linea supeterat, jus suum in *Holfatiæ* persequente. Quis exitus cõtrovertiz, ita enarrat *Ab. Cranz. Saxoniæ* L. II. p. 309. *Proceres Holfatorum sui fecere arbitrii quem vellent Dominum, et verunt que Regem Danie, ut ferebat Comes Holfatiæ, data ingenti pecunia Ottone, qui jure suo renunciaret: præsertim assentiente feudi Domino Episcopo Lubecensi, qui constat unum illi imperiali dono solet concedere, ut verus & directus feudi Dominus. Paulo altere *Joh. Meurfius l. 1. Dan. L. 1. p. 32.* Comite nequequam alioquoties convenissent, & jus suum Rex tunc 11. annis vellet præferret: et tandem opera potissimum *Arnoldi* Episcopi Lubecensis, cui pro *Casare* comite- rendi jus competere, Comitatu *Christianus* Rex donatur: Cum *Othone* prius Comitum, filiosque, 40000. virorum persoluit, ut jure suo renunciarent, induisset. Inde etiam *Gerhardo* se *Mauricio* fratribus suis, de successione illa pari jure contentibus, alia 40000. se pollicitus daturum, plene doneque sibi unum versum acquirit anno 1260. Cum non illico solverent pecunia, *Gerhardus* aliquoties *Holfatiæ* invavit, semper tamen res composita, & fateri a rege, quam metulle videbatur, minus habitus est. Inde 1274. novum decus *Holfatiæ* accessit, de quo iterum *Meurfius* p. 62. *Rex inter 2. iam Inter-rotorem* *Fredericum III.* adit, *Potenburger* tunc agentem, a quo exceptis honorificis & pro regis tam potentis divinitate, post sermonem de reponum suorum statu, ac ceteris oribus *Christiani*, de *Dietmaris* mentionem illi injicit, esse in suis ditionibus, intra *Roum.* Imperii fines,*

Ducatus
axioma.

gentem

gentem admodum ferocem, finitimis gravem, nulli Principi imperatam, & libertate usurpata insolentem. Eam sibi, quando non sit è republica, & quoniam in Principe agere, subjicit petit: tum Holsatiæ ac Stormariæ Comitatum, ac Duchiam suam regionem in Ducatum commutari. Nec gravatus Imperator, annuit amici regis petitioni, & extincto vetere Comitatus titulo, ac Ducatu ex tribus illis ditioribus unofacto, rem hunc, solemnè in talibus more, confert: laterisque in remissa requirit donum firmi. A eo tempore Ducatus axioma servatum, & Reges loquentes & agnati (de quorum n. 30.) ditiones, inter le tamen divisas, nec non tanquam Principes & membra imperii, inter reliquos Principes suum locum tenuerunt.

§. XI. Holsatiam excipit, quæ illius generali uti nomine sæpe simul comprehenditur, Stormaria, denotata proximo latereulo, qui subeunt cycnum argentum pedibus nigris, cujus collo inserta aurea coronæ conspicitur. Pontanus dicit cervicem coronatum desert. Figuræ rationem aliqui dant, quia magnam partem ad Albiâ sita provincia palustris sit. (cont. Pont. in Chorogr. Dan. p. 666.) De hoc ita Poeta:

*Candidus exili juncto dist. mate coelo
In mineis clypeo sedibus extat. cor.*

Porro eosdem semper cum Holsatiâ Comites Stormaria habuit, initio seculi noni principio *Donen de Meyendorf*, & eius posteritas, post hos in Saxoniâ Ducum, quos a *Billingo* latere cognominant, potestate iterum uterque comitatus hæsit, & plerumque Ducis frater illos tenuit. Demum in *Schauenburgicam* familiam delapsus uterque, quæ ibi facta expertus sit, ex prioribus constat. Porro an Stormaria colore hoc antiquius usâ sit, asseverare non auiam, cum nec in *Schauenburgicis* insignibus eius sit vestigium, nec *Hamburgum* (in Stormaria, non Holsatiâ proprie dicta, sita urbs) insignibus propriis illius avis sed urtica figuram adhecat. In qua urtica Domus Holsatiæ juris in urbem sui nonnullum indicium quærit. (cont. *Touss.* L. 47. p. 804.) Itaque ab aliquot seculis demum, & à familia, quæ nunc imperat, evenit hunc ut Stormariæ esset *dux* assumtum, si liceat, conicio: tunc cum ab Imperatore dignitas Ducalis collata est. Primum vero Holsatorum, qui se *Stormariæ Domum* inserit voluerit, lego fuisse *Henricum Osnabrugensem* electum apud *Pont.* in *R. Dan.* L. 9. p. 565. Porro præter Stormariam etiam *Vîgrii* Holsatiæ latius dicte provincie annumeratur. Sed de hac *Wagria*, *Elverfeld. de Holsat. cl. 1.* Nulla de hac provincia Principes Holsatiæ usurpant, caput tamen bubalum, cum Obotritorem olim sub potestate tuerit, ipsi assignatur. Et versu:

*Hæc sed Obotritis olim subiecta superbis,
Frontis habet torres signatur. ment. leon.*

Addit *Pontanus Chorogr. Dan.* p. 668. *N. 1.* & aliud fuisse *Comitis* vetustissimis, cum Italianam invaderent, gentilitie imaginis loco, *Pontanus* etiam auctor est, illud in super adiciens, caput illud tauri, atrum in solo croceo locatum fuisse.

§. XII. Quadrans ultimus iterum quadrinettus *Slesvicensis, Islandicum, Olden-Slesvicum burgicum* & *Delmenhorstense* insignia exhibet. Prima arcota aurea duos leones gradientes caruleos continet. *Elverteldius* ita exprimit:

*Exhibet in clypeo geminus fixæ ante Ducatus
Fortia Slesvige caruleus in ma. leo.*

Et expressis simul limitibus:

*Regia Slesvige signat Coldinza Ducatum,
Etdora quem resistens turbul. ambit aguis.
Fertilis Anglorum per teq. z. v. cutia terre
Clauditur excellens anme, Livolde, tuo.
Illius in croeta duplex telure leones
Fortia carulei signa coloris erunt.*

Quia leones duos etiam *Normannici* Duces gestarunt, *Danckwerth de Holsat.* L. 2. c. 3. p. 74. concludit, eandem cum *Slesvicenti* fuisse familiam, de quo ipse viderit. Aliqui credunt, *Slesvicentes* hos leones duos jam ante ann. mundi 1960. cognitos fuisse. Nescio annon probabilis sit, cum tres ejusmodi leones *Danne* emblemata sint, a *Slesvicentibus* Ducibus duos gestos, cum illi Regi sanguinis fuerint. Quod genus discerniculi *Patte. c. 8.* notavimus. Conjecturam juvat historia, nam hic *Slesvicenti* (seu

uti olim etiam vocitatum fuisse ex fœderis formula apud Pontan Ret. Dan. I. p. 437. 439. videre est, Jutæ vel Jutiæ Australis apud eund. L. 6. p. 317.) Ducatus (ante eundem Imperatoribus *Stircho* autem constituerat excursionibus Danorum coinhibitis, te I

Ad Danos. cum sustulente Dani. vid. *Crantz. Dan. L. 4. p. 81. 82.*) initio in regia tam haereditaria. Primus tibi succurrit *Canutus* Erici Higodi filius, quem Slesvicensi hoc Ducatu a Nicolao Rege donatum fuisse, memorat *Pontan. Ret. Dan. L. 5. p. 206.* Inde epus filius *Waldemarus* summoto competitore, Ducatum obtinuit (p. 218.) Post patrem filius *Æduardus*, à fratre Rege Canuto impetravit (L. 6. p. 281.) Hic ipse filium *Abelium* Ducem designavit (p. 317.) Postea hac conditione inter Regem Christophorum atque *Holfatos* bellum compositum est, ut Rex liberis *Abels* fratris quondam tui tibi ad annos pubertatis venissent, Slesvicensem Ducatum restitueret, atque ea parte terra eosdem ornaret. L. 6. p. 349. Id factum ita est, unde Slesvicensis Ducatus in *Stolis* posteris ad *Henricum* usque abnepotem, qui 1385. extinctus est, haerit. De eotempore ita *Pontanus* L. 7. p. 439. *Istis temporibus Slesvicensis Ducatus, cum cum regno *Wendelarem* haberi Dux, atque eis sanguine juncti *Holfati* nollent, quod tamen *Dania* Reges sibi debere judicabant, veluti *Ericus* pœnum ac contentiones perpetuas seges mitoria ne fuit.* Cum in *Henrico* illa Ducum stirps defecisset, Rex *Olavus* annuente matre *Margareta*, in publicis regni comitibus *Neoburgi* subtestum *D. Joannis*, presentibus regnorum suorum Episcopis aliquot, & regni proceribus pluribus, *Gerhardo* *Henrici* ferrei defuncti *Holfatiæ* Comitum filio Ducatum eundem detulit, ea seilicet lege, ut Regis ac regni *Daniæ* beneficium agnosceret: eoque praestito promissaque fide vexillum illi de manu in manum pro mote Rex tradidit, ipse Dux ac regni eliens declaratus est, univertis qui aderant bonum factum acclamantibus. Fratres interim *Albertus* ac *Henricus* Comitum *Holfatiæ* titulum retinuerunt, nec ad Ducum dignitatem tum evecti sunt. *Pontani* iterum verba fuerunt, L. 8. p. 509. *Quæ postea, *Gerhardo* à *Dietmarsis* 1474. *eslo*, ejus *vidua* & filius cum Rege *Daniæ* ob feudum hoc, quod isti hereditarium esse volebant, hoc id non largiente, & feuda *Daniæ* ad *viam* modo & gratiam concedi asseverante, controversiæ intercesserunt, ut etiam armis ageretur, L. 9. ejusdem autoris pluribus enarratur, sed non omnia extensibam. Imperator etiam *Sigismundus* electus arbiter pro rege & regno pronunciavit 1424. Denum 1425. transactio facta est inter *Ericum* Regem & *Adolium* Ducem: qui iterum à *Christophoro* Rege 1440. feudum accepit pro vexilli Ducalis exhibitionem, ac ad finem vite tenuit. Extincto *Adolfo*, *Joh. Meur* Hist. Dan. L. 1. p. 32. inquit, nullum omnino dubium fuisse, quin corona iterum *Daniæ* ipso jure jungeretur, & *Alb. Crantz. Hist. Saxon. L. 11. p. 579.* Ducatus tum corona consolidatur; quod diu a regibus per multos labores erat quaesitum. Verum enim vero *Christiano* I. Rege mortuo inter filios de *Slesvici* æque ac *Holfatiæ* Ducatu actum est, quos (ita idem *Meurtius* L. 2. pag. 61.) Ducatus jure tibi hereditario *Christianus* acquisiverat. Et *Holfati* quidem arbitrabantur, æquum esse, ut quando *Joannes* major natu *Daniam* & *Sveciam* obtineret, *Fridericus* integri Ducatus cederent; *Slesvicum* quidem instar feudi, unde regno obnoxius deinceps foret: *Holfatiæ* vero ac *Stormaria* in regnorum tam insignium compensationem quandam. Regni autem proceres sic censebant, quando *Joannes* duo regna regna non successione certa, verum electione & sortuito teneret, non miqum existimandum, ut *Fridericus* aut *Norvegiæ* sibi regnum totum sumeret, inque vicem integros Ducatus eos fratri traderet; aut si illud displiceret, in facta distributione, quanta æquitate posset, sorte fratres inter se partirentur. In hanc demum tententiam itum est. Iterum inter *Fridericum* hujus filios *Christianum* III. Regem, *Joannem* & *Almum* 1544. partitio Ducatum instituta est. Joanne autem mortuo non nihil de successione ejus disceptatum. Ex eo hucusque partem *Slesvicensis* Ducatus (in quem totum jam à longo tempore Imperio Romano-Germanico nullum jus civile, ipse juris alioqui Germani acerrimus vindex *Cœring. de finib. Imp. Germ. c. 15.* largitur) Regia familia, alteram Ducalis, quæ à sede principali *Gottorpinæ* vocatur, sed tanquam feudum *Danicum* usq; ad *Rothildensem* pacem, qua superioritas concessa, tenere.*

Islandia.

§. XIII. Areola Slesvicensi proxima *rubea Islandiam* rotat, eoque signandæ *asellum pisem argenteum auro coronatum* deferret. Quali emblemate etiam utes *Bergæ* *Norvegiæ* in sinistra feuti parte utitur apud *Hæping*.

Atque

pater. Comitatus vero Oldenburgicus in divisione huic obigit, atque ita ad ultimum usque in posteritorem fuit potestate. Reges vero Daniæ & Duces Holsatiæ utpote agnati non minus notam hanc suis in clypeis servarunt: & extincto 1667. Comitum ultimo *Antonio Gunthero* successio ad Regem pariter atque Holsaticam domum, non tamen sine disceptatione inter lineas, delata est. Licet enim *Christianus I.* pro se & posteris Comitibus renunciasset, 1571. novum jus familie acquiritum est, cum *Adolpho Holsatiæ Duci*, ejus fratri ac regi fratris filio in Spirenibus Comitibus *Maximiliano II. Augusto* ultio expectativam, si Oldenburgicam stirpem extingui contingeret, atque ita feuda imperio aperirentur, offerret & conferret.

Delmenhorst.

§. x v. Ultima quadra *caruleæ, cruceæ in imo speculatam auream* seu potius rubea argenteam (ut à regia linea usurpari vidi, nam in Holsaticis teutis illa tinctura ex cyano & auro servatur) continet. Quod aliqui *Oldenburgum* hac cruce notari velint, §. proximo diximus. Absurdi vero sunt, qui *Jutiam* designari autumant, absque ulla ratione: & quidem si Jutiæ hoc *δῶμα* esset, hic non ei deberetur locus.

Comitatus.

Significatio autem genuina est *Delmenhorsti* Comitatus. Hic contiguus Oldenburgicus condidit, & ibi *Otto* ejus ex fratre nepos 1247. ad *Delnam* fluvium *Otto Comes Oldenburgicus* condidit, & ibi *Otto* ejus ex fratre nepos 1263. Canonicorum Collegium instituit, tum 1270. civitatis jus concessit. Hic fratris *Joannis* filios *Joannem* & *Christianum* heredes scripsit, qui communi regimine ditionibus prætuere, donec 1334. divisione instituta illi *Oldenburgum*, huic *Delmenhorstum* cessit. Eorum filii *Conradus Oldenburgus* & *Otto Delmenhorstus* 1360. de non alienando pactum inierunt: sed qui *Otonis* fratre *Christiano* natus est *Otto* Visua Capitulo Bremensi oppignora- vit, demum 1414. feudo obstrinxit hac conditione, ut si filius debitum 6000. marcarum Bremensium exsolvere non posset, à Capitulo Archiepiscopus eligeretur, & dominium Delmenhorsti Archiepiscopatus accresceret. Filius *Nicolaus* Archiepiscopus electus est, sed ea dignitate ob debitorum onus iterum cessit, ac dein patris ac propriam donationem, postquam de pactis familie hereditatis eductus fuisset, revocavit, & agnato atque affini *Theodorico Comiti Oldenburgico* Comitatum adhuc vivus addixit. Cum dein inter istius filios *Mauritium Delmenhorstum* natus esset, hoc defuncto *Henricus Schwarzburgus* Administrator Bremensis & Episcopus Monasteriensis, ejus autoritate prius, quæ *Mauritio* & *Gerhardo* tuerant dilensiones, erant compositæ, bello *Gerhardum*, qui *Mauritium* liberator erat tutor, aggreditur, & demum 1482. *Delmenhorstum* tamen in potestatem redigit. *Gerhardi* filii deinceps vi, ut ei *Delmenhorstum* cederent, coacti sunt: ita *Henricus* Monasteriensis Episcopatus junxit. 1538. *Antonius Oldenburgicus* Comes & fratres avitam possessionem à Monasteriensibus repetierunt, obtento priori anno à *Cameræ Spirensi* mandato restitutorio. Inde bellum, sed iterum compositum, & ut juri res committeretur à mediatoribus injunctum. Demum 1547. vi sua recuperavit *Antonius*. Unde 1566. cum Rex Daniæ & Holsatiæ Duces, ut agnati, Comitatum Oldenburgici & *Delmenhorstani* feuda ab Imperatore simul requirerent, hic *Delmenhorstianum* Comitatum recens acquisitum haberi voluit: sed frustra obtinente Comite expectativa Holsatiæ domui concessa est. Inter ejus filios *Joannes Oldenburgum*, *Antonius Delmenhorstianum* Comitatum natus est; hujus filius *Christianus ætatis* 1647. hereditatem habuit patrualem *Antonium Guntherum*, qui 1667. moriens Comitatus suos Daniæ Regi & Holsatiæ reliquit. Porro 1660. in pace *Rothschildani* Rex Sveciæ juri suo, quod ratione Archiepiscopatus Bremensis in pace *Olinaburgensi* in Comitatum *Delmenhorstium* vel *Dietmarsium* prætendere posset, omnino renunciavit Daniæ & Holsatorum bono. Monasteriensis autem ob *Delmenhorsti* occupationem litem *Spiræ* prosecuti sunt, sed 1670. 21. Oct. ab actione intentata spoli *Holsatiæ* domus omnino absoluta & his terminata est.

Ad Bremen.

Cum dein inter istius filios *Mauritium Delmenhorstum* natus esset, hoc defuncto *Henricus Schwarzburgus* Administrator Bremensis & Episcopus Monasteriensis, ejus autoritate prius, quæ *Mauritio* & *Gerhardo* tuerant dilensiones, erant compositæ, bello *Gerhardum*, qui *Mauritium* liberator erat tutor, aggreditur, & demum 1482. *Delmenhorstum* tamen in potestatem redigit. *Gerhardi* filii deinceps vi, ut ei *Delmenhorstum* cederent, coacti sunt: ita *Henricus* Monasteriensis Episcopatus junxit. 1538. *Antonius Oldenburgicus* Comes & fratres avitam possessionem à Monasteriensibus repetierunt, obtento priori anno à *Cameræ Spirensi* mandato restitutorio. Inde bellum, sed iterum compositum, & ut juri res committeretur à mediatoribus injunctum. Demum 1547. vi sua recuperavit *Antonius*. Unde 1566. cum Rex Daniæ & Holsatiæ Duces, ut agnati, Comitatum Oldenburgici & *Delmenhorstani* feuda ab Imperatore simul requirerent, hic *Delmenhorstianum* Comitatum recens acquisitum haberi voluit: sed frustra obtinente Comite expectativa Holsatiæ domui concessa est. Inter ejus filios *Joannes Oldenburgum*, *Antonius Delmenhorstianum* Comitatum natus est; hujus filius *Christianus ætatis* 1647. hereditatem habuit patrualem *Antonium Guntherum*, qui 1667. moriens Comitatus suos Daniæ Regi & Holsatiæ reliquit. Porro 1660. in pace *Rothschildani* Rex Sveciæ juri suo, quod ratione Archiepiscopatus Bremensis in pace *Olinaburgensi* in Comitatum *Delmenhorstium* vel *Dietmarsium* prætendere posset, omnino renunciavit Daniæ & Holsatorum bono. Monasteriensis autem ob *Delmenhorsti* occupationem litem *Spiræ* prosecuti sunt, sed 1670. 21. Oct. ab actione intentata spoli *Holsatiæ* domus omnino absoluta & his terminata est.

Recuperata ab Oldenburg.

Cessio Svecorum

§. xvi. Unica superest parmula, quæ toti imponitur rubea cataphractum aureo thorace equo albo, cujus instructus niger, insidentem & fixo gladio minantem continet. Hac *Dietmarsia* notatur. *Elverfeldus* ita:

Dietmarsia Domini.

*Ense quid educto cataphractus? Marte rebelles
Hollatice victos denotat esse viros.*

Dietmarsiam hanc ob ortu *Tidora* flumen, ab occidentali *Oceanus Britannicus*, ab Aquilone fossile & aggeres, à meridie *Albis* cingunt. *Intus Comites* cum texere, quos tamen plethosque male habuerunt feroces populi: Unde tandem *Hortzeus Rudolphi Marchionis*, quem cum filio *trucidant*, ipsamque *intus*, conjugem *Vaisungim* natus & auribus inhonesto vulnere mutilatam, in prostrantem abjecerant, frater & heres, ea immanitate percussus, accepta compensationis titulo *Stadeni* ditione jus omne in *Dietmarsiam* suam *Bremensi* antistiti resignavit. Hinc ab *Theonico Leone* etiam subacta est: sed ab eo iterum tempore non tenet *Dommos* mutarunt, nullius patientes. Inprimis *tepus* cum *Hollas*, *pis* antiqui in tubinde reperituris, pugnatum, & date acceptæque clades. Ubi vero *Christianus I.* Danie Rex successorem *Hollas* adeptus est, eamque (conf. n. 12.) *Dan. v. 10.* in iam Comitatus, titulo beneficij *Friderici III. Cæsaris* acceperat, (*Meunus Hist. Dan. L. 2. pag. 91. terram nulli Domino subiectam, sed Ecclesie Bremensis si quis incurgeretur. Donatum presententem, & à multis ante seculis Danie regibus, quibus subacta olim fuerat, & bellentem*, ab Imperatore donatam aserit.) *Dietmarsii* *Usharie* ambitu simul comprehensi potentiores experti sunt adversarium. Evocatum tamen ut in verba Christiani jurarent 1474. illi antiquiores *Bremensi* antistiti olim datam causam fidem reculare. conf. *Albert. Cran. Sax. L. 12. c. 12. p. 317. & Dan. L. 8. c. 38. pag. 196.* Filius *Ioannes* ipso seculari anno 1500. viros ad obsequium perducere conatus, sed expeditione in eos suscepta cladem gravissimam perpessus est. Unde iterum genti *intus* libertatis suæ ad animum usque 1559. quo à Rege *Indrico II.* atque *Ioanne & Adolfo* *Hollatiæ* ducibus bellum in eos susceptum, & *Ioanne Frincocio* summo rerum prefecto intra unius fere mensis spatium contextum est, *Dietmarsii* ut se imperio eorum submitterent vi adactis (conf. de hisce omnibus *Flam. L. 12. p. m. 97. seq.* & qui peculiariter commentario bellum *Dietmarsicum* 1569. descripsit. *Christianum Cælicum Cambrum.*) Ex quo tempore in obsequio manere, & fieri reliqua *Hollatiæ* divisa est, hujus quoque provincie pars Regi pars *Gottorpiæ* domini adscripta ab utrisque regitur. Pace *Danica* 1660. Rex *Dve* eandem tenentiam omni juri, quod *ratione Bremensis Archiepiscopatus*, in Ducatum converti, in *Dietmarsiam* æque ac *Delmenhorstium* haberet vel pretendere posset, quod s. proximo allegavimus. Porro deum post hanc victoriam provincia illud emblemata datum esse, & prius vel nullum habuisse vel id omisium, conicio, non tantum ex recitatis *Elverteldi* verbis, verum etiam quia *Christierni II.* scutum alius symbolis insignie equite hoc caruit apud *Chifflet. E. A. V. n. 160.* Unde sub *Hollatiæ* nomine hanc etiam ditionem, cujus præsentem abdicasse credendus non est, complexus fuerit.

A Danie victa.

§. xvii. Ita vidimus areas, quas regis *clipei* desert: Circa quas illud etiam observandum, inferiorum ferem, quæ *Hollatiam, Stormarum, Oldenburghum & Delmenhorstium* designat, una cum *Dietmarsico* equite ditiones esse, quas Rex *Chriftierni ab Imperio* jure tenet, reliquis vero eò hoc superiori sede locatas *Danice* sue proprio. In titulis etiam, illarum mentio has antecedit, omnium tamen, quod deinceps patebit, non exprimitur. Unde ferem omnium horum *dogmata* in monetis argenteis exhibet illa, ut median *Danice* parvam stipent *Leo Norvegius, coronæ Scuti's ditionum regio circumdata,* (vides hic ordinem ferri nonnihil variari) *Leo Gothicus, draco Sclavicus, agnus Gotlandæ, piscis Is. landæ, leones Silesienses, utrica Hollatiæ, cygnus Stormariæ, eques Dietmarsie, et abes Oldenburghicæ, et crux Delmenhorstii.* Post hanc parvulam medio inter eam & *Norvegiæ* loco alia comparat, quam non alibi expressam vidi, & ob hoc colorem exprinere, imo ne eundem iugum alter quæ in quæ davis fit, complicatis coloribus aitis, discernere possum, credo tamen esse aquilam *Ostia,* de qua n. 16. agemus.

§. xviii. Quod sæpius imò plerumque contingit, scutum istud regium subinde crevit areolis, neque semper omnes illas continere potuit. *Christierni II.* scutum à *Christiano* describi *Eq. A. V. num. 16.* aliquoties allegavi: Illius v. clementia, ro ista fuit dispositio, ut scutum *coccineum* *crux argentea* plana in quaterhos *Gggg* ; *quadran-*

Scuti's ditionum regio circumdata,

Lib. III. Cap. XII.

quadrantes angulares distingueret: illa serie, ut *Dania* primum, proximum *tres corona* (quas *Chiffletius Sveciam* interpretatur.) *Norvegia* tertium, ultimum *Svevia* implerant. Scuti majoris medio impressum aliud scutum quadripartitum rei representatur, in quo primam & quartam aream *leones Slesvicienses*, secundam *Holsatica* urtica, & tertiam *Stormaricus* cygnus occupabant: omnibus symbolis demum aucta palma aurea zona duplici coccinea exarata, qua *Delmenhorstium* notari ille credit: quo merito? Supra vidimus §. 14. Quæ vero ante familiam *Holsato Odenburgicam* solo adnotam elypei fuerit dispositio, hæcenus nullibi vidi, neque nisi aliunde doctus coniecturas proprias venditare lustineo.

Corona
clausa.

§. XIX. Scuto huic si imponatur *corona clausa* est, ex more hodiernorum regum uniuersali. De quo P. I. cap. 6. actum. Reclamat quidem *Lud. Guyon. T. 2. de droisf. leçons L. 2. c. 26. alleg. Limn. tur. publ. addit. T. II. ad 6. p. 106.* & Regi *Dania*, quæ sit *Imperii vasallus*, coronam clausam abjudicat, in regem non parum hoc suo asserto iniurius. Si eo respicit, quia Rex *Dania* feuda Imperii, *Hollatica* nimirum & *Odenburgica*, teneat, & eorum ratione obstrictus sit: absurdus etiam est: quis enim sando audivit, eo nomine immuni quæ aliunde est *Majestatem*, si eadem pericula aliorum beneficiorum nomine obstringatur alii? vel quis *Hispania* regi coronam clausam abjudicauerit, eo quod *Mediolani* & *Burgundicarum* ditionum vel aliarum ratione beneficiorum sit impetu? Vel an regis sui coronam aliter effugiendam credidisset *Guyon*, si *Allatiam*, & alia quæ *Monasterientii* pace regno suo acquiritur, non pleno sed fiduciario jure accepisset? Si vero ipsius regni ratione *Danum Imperio* subicere velit, *majestatem* illius nimium violat. Si enim aliquando homagii vinculo *Dania* Imperio subiecta fuisset, de quo factò inter historicos controvertitur, neque res plane expedita est, saltem à quingentesimo annis nexu illo clientelari solutam & pristinam suæ *Majestatis* libertatem seruasse, accuratissimum jurium Imperii assertor *Herm. Conring. de sib. Imp. Germ. cap. 14. p. 220.* non distretur, unde ex eo nullum *Guyoti* asserto præsidium. Porro vidi representari regiam coronam, ut quatuor semicirculis clauderetur, regii principis tribus, fratris regni duobus.

Regni sub
jecti
jura.

Apex.

§. XX. *Galea*, si quæ elypeo addatur, ex *Chiffletio* d. I. imponi deberent octo *rosetis* quadrata carulea, cruce argentea picta, hastis aureis, quatuor in dextram tondem in lævam conversa. Plumarium instructum idem auro & cyano tingit. Si vero addantur *Atlantes* scuto, illi viri sunt duo sylvestres.

Atlantes.

Ordo Ele-
phanti.

§. XXI. Adiecit demum insignis *Ordinis equestris*, qui ab *elephanti* emblemate nomen accepit. De eo ita *Pontanus*:

Turtigeri hæc celebres cingunt Elephantis honores,

Fama volans quorum tollitur aqua polo.

Ordinem instituisse retetur *Christianus* l. 1458. *Lundæ* *Mettopoli* *Scania*, cum filius ejus *Joannes* *Christinam* *Saxoniam* *Principem* nuptis sibi jungeret. Torques ita describitur à *Gallis*: *P. Paillot. vraie & parf. se. des arm. voce ordre. p. 501. De croix ancrées & d'Elephans, au bout duquel estoit suspendu par trois chainettes une image de la vierge à demy corps tenant le petit IESVS, soutenue d'un croisiant, & entouré de rayons de soleil faits en pointes & en ondes.* Quod videlicet constet alteronarum crucibus anchoratis & elephantibus, ex torque tribus catenulis suspensa imagine virginis *Diocæ* *Lunæ* bicorni insidentis, & in gremio filiolum foventis, radus solaribus rectis & flexuosis circumdata. Hujus ratio, quia sub invocatione *Matris Virginis*, ut temporis superfluo habebat, ordo institutus. Loco crucium ancoratarum *elearia* substituit supra §. 2. citatus *D. T. F. T. Etats des emp. p. 1457.* Quidem numum aureum, in quo eorum representari *tres clavos* addit. Ita si res habeat, ratio ex §. 9. facile peteretur. Quo vero equites ornari solebant torques aureus, hunc in modum depingitur ab *Ant. m. de la V. Mar. Pal. de l'honn. P. 2. e. 39. p. 161.* quod ex eo dependeat *elephas* aureus argenteo ornatus, dorso gestans *turticulam* argenteam lapidum juncturam atris, & insidens *terre* viridi & florida. Rationem, cur *elephas* simbolo huic adhibitus sit, memoratus *D. T. F. T.* allegat, quia *elephas* inter *teras* proxime homini accedat, ornatus virtutum, fortitudinis militaris, prudentiæ, religionis, pietatis, el mentis, quatum admodum neri gestantes unte sit, in *magibus*. Plura quæ illustrando huic argumento, in primis ex

domeiti-

domesticis Danie scriptotibus, scaviunt, haecenus non repeti. Neq; etiam habeo, quae de recentius à Rege, qui nunc secheter imperat, insituto ordine *Dannebrogio* ejusque insignibus dicam.

§. xxii. Illustrando egypteo, quem modo explicavimus, servit titulus Regis so- Titulus
lemnis, qui ille est: *Danie, Norvegie, Vindorum seu Vandatorum, Gothorumque Rex,*
Dux Slefsici, Holsatiae, Stormariae & Dietmarsorum, Comes Oldenburgi & Delmen-
borstii, &c.

§. xxiii. Et haec quidem explicant *scutum regium*, quale communiter illud ^{Scutum regium majus.}
repraesentari solet, amphioris veto aliquando egyptei usus est in negotiis solemnio-
ribus, quales sunt *tractatus, foedera* & hujus generis similia. Porro in eo me-
dium occupat novum *scutum regium* transverse lectum, cujus superior bipettita
Danicum & Norvegicum exhibet *dragua*, interior pars angustior *tres coronas*, unionis
regnorum; cui scutulo *regni corona clausa* incumbit; circa illud reliquae areolae sunt,
in scuti capite, quod patinae isti mediae imponitur, repraesentantur tellerae, *Vanda-*
lica, Iuthica, Slefsicensis, Holsatica: Secunda & tertia regio, mediae parvae, non
nisi utrinque singulas quadras addunt, quae sunt in illa hinc *Stormaria*, isthinc
Dietmarsii; in hac à dextris *Oldenburgia*, à sinistris *Delmenhorstana*: quarta series
sub scutulo medio quatuor laterculos exhibet, ex quibus primus *cyaneus* retet *au-*
ream coronam, secundus *rubicus draconem aureum*, tertius *rubicus agnem pascha-*
lem Gotlandiae, quartus *caruleus aquilam* vel argento vel suo colore pictam: In
pede scuti tres denuo sunt areae, quarum media est *Ilandica*, à dextris stipata
prasinâ (sitig. grini) inscripto *arrete argenteo*, à sinistris *calyptina cum urso ar-*
genteo.

§. xxiv. Ex his videmus quinque novas comparere areolas, nunc ordine lu- Femera.
strandas. Corona aurea laterculi cyanei notat intulam *Femariam* seu *Femern*. De
qua ita *Johan. Isaac. Pontan. Chorogr. Dan. descr. pag. 721.* *Fimbriam Cimbrici nominis*
vestigium unice tantum litera immutata referre quibusdam placet. Unde & Cimbrici
parva eisdem dicitur. At si nomen, quo censetur, vernaculum inspicimus propius, vix
quidquam ejusmodi apparebit. Est autem id Femern nihil cum Cimbrici aut Cim-
bris commune aut consonum habens. Superius non equi eam Euzchantam Plinio, quoniam
& Fabariam appellatam idem ait, satis est demonstratum. Sita vero ex opposito Vag-
riae, à continente brevi trajectu separata, piscatu & grata fertilitate famosa est, cum
vix ulla sit in tota insula terra gleba, quae non sitiginem & maxime quidem triticum
copiose producat; & ejusmodi quidem, quod in oris exteriori ob grani praesentiam ut
*plurimum arebitur. Olim in ea munita fuit arx *Glabicephs*, cujus non nisi rudera su-*
persunt. Hujus patriae fuit miserabile excidium, quod 1416. & altera vice potissimum
1420. perpetrata sit tota insula à Rege Erico, cum ei adversus Holsatos insulae Domi-
nos bellum, & ab insulanis semel iterumque magna cum clade addito ludibrio ipse
rejectus esset, describit Celeberrimus Kiloniensis Theologus primarius D. Christianus
*Korholt peculiari tractatu à *Femaria desolata*: cuius crudelitas, cum nec atati, nec*
sexui, nec ordini, nec factis pareitum sit, conscientia praecipua causa esse dicatur,
ob quam Ericus expiandis peccatis peregrinationem in sacram Hierosolyma susce-
perit.

§. xxv. *Draco* coronae huic proximus notat insulam *Bornholmiam*. (Quam Bornhol-
aliis etiam *Bornundam* dictam legi in vita *Christierni II.*) De qua etiam nonnihil ex mia,
*Pontano adferamus Chorogr. Dan. pag. 733. Superato promontorio *Falsterboensi* *Born-**
holmia se offert, quinque milli. viribus ab Australi litore, à Scania circiter quatuor remota.
*Memorat ejus arces *Santrevicium* & *Hamerhusium*, & opida *Nexosm, Rondam,**
*& quam olorum paludem vocent *Svaneker* vulgo. Longitudinem militarium Ger-*
*manicis septem protendi, duobus latam patere. Saxoni Grammatico dicit *Boringism:**
*Adamo Bremenli, omnia priori syllaba *Holman*: qui etiam vocat *Danie portum ac**
*fidam stationem navium, quae à barbaris in *Graciam* dirigi solent. Addit: *Præterea peco-**
re ac piscibus adeo fertilibus habitat, ut ad exterioris etiam regiones præter butyrum & se-
*rum frumentum quoque utinque lanam & carnem etiam *borniamque muria* condi-*
tam abunde transmittat. Traditur vero anno 697. post diluvium superius non semel

Lib. III. Cap. XII.

memoratus *Guthi* iudex Jutarum sextus classem frequentem duce filio *Th. Alvaro* emisisse, novas ditiones questum. Primum ergo occurrit hanc insulam quam occuparint, & à nomine ducis e primatis Beoni *Beorsholmi* dixerint. Cuncta enim est, quod Gothico regno connumerata insula telleræ illius regie, jus quoque nata sit.

Oſtia

§. xxxvi. Aquila *Ostium* insulam designat. De qua ita *Pontanus Chorogr. par. 734. Gotlandiam proxime sequitur Ostia magno sinu Livoniae ab occasu objecta, quatuordecim miliaribus in longitudinem septem circiter in latitudinem patens. Quondam collegata Canonico unius Ordinis Teutonici societas totam possedit, salvo tamen parte, quod Regi Danorum perpetuo competuit. Nunc Danica in universum corone sue, eidem regno adhaeret. Cistram habet Aensburgum, regio presidio communitum. Numerus incolarum ad 4000. & ultra censetur. In his ex nobili prosapia habentur familiae triginta. Minimus superius, hanc videt *Plinius* *Historiarum, Sec. Idem in Hist. Dan. L. 6. p. 318.* memorat olim ad Archiepiscopum Lundensem relatos, praeter *Revalensem, Torpatensem* ac *Curlandiam*, etiam *Ostia* Episcopum, eosque inter senatus, Danicae regni accessos. Postea verò conuenitur *L. 7. pag. 340. Ab eodem regem universam Ostia juris dictionem, quum ejus majores factam totam conservarunt, illi tamen ejusdem Episcopo in totum concessisse: literis scriptis. Nihilo: 1221. quas Pontanus ibi referret. Addit deinceps: In eum motum à regni possessione abactam est tum temporis Ostia. Quae postmodum *Magistri* subinde *Prutenorum*, sub *ade & regni Danicae* partem cennium secuta. Constatque *Chrystoporum* *Bavarum & Christianum* *Isicut. & ante eos Valdemarum III. & Ericum* *Pomeranum*, non modo *diocesis Ostiensium* tutatas, sed & immunitates eorumdem confirmasse. Quorumvis suis potestate temporibus *reg. in Friburgum II. in confesso sit, insulam totam ab Episcopo Ostiensis ultimo anno. Munching. n. die prioro redemisse.* *Il* jus emtionis etiam mentione tacit *Thuan. L. 26. p. 1195.* Potro exinde in *Svecorum* potestatem insula hæc conceffit, de qua ita sonant verba pacifice. *Bronsebroensis* num. 25. Nominis Regis & regni Danicae in compensationem & satisfactionem pro restituis provinciis, castellis, urbibus & terris bello occupatis cædi post alia *Ostiam* cum *Arensburgo & suis* subjacentibus *insulis & adjacentibus*, ut cum omni contentinente populo, terra, cimentis, homino, jurisdictione Ecclesiastica & civilia, censibus redditibus, viciis, & possessionibus & juribus terra marique, prout reges Danicae & specialiter *R. Mijestas Rex Christianus II.* jun regens, hæc annis eis fructi sunt ac possessionibus, ut cedant in posterum *R. Mij. Augustus* successoribus & corone Suecicae in perpetuum possessione, velut de ea remissum concepta cessionis litera à *R. Mij. state & unice* *regni Danicae* senatu subscripta & signata & protinus ostendunt.**

Feroensis insula.

§. xxxvii. Arces telleræ est insularum *Feroe*, seu *Feroensium*, de quibus hoc observandum: Anno 808. tempore *Haraldi Hartageti* Regis Norvegiae multos Norvegicos eo se contulisse, commotus habitaturos, cum pirata *Grimetus* *Canban* primus detexisset, & nomen *Feroe* indidisset. Tempore autem *Sigurti Hierulafasari* Regis Norvegiae circa 1100. plane insulae Norvegiae subditæ sunt, Episcopis & iudicibus commissa. *Fusus* ultimæ quadræ *Greenlandiam* designat, a viriditate ita dictam, semi magni *Sethgorgi* *Exire. 104. f. 1.* De hac ita *G. Fourn. Geogr. orb. Notit. P. 1. L. 1. c. 10. p. 16.* *Insula est regio Americæ plerumque vel conjuncta, vel ab ea tantum freto D. 170. disjuncta circa gradus 71. utriusque Boreæ 160. Appellus ad eam *Friens Rufus* anno Domini 982. *Greenlandia* indixit, hoc est, terram viridem, quod *Greenlandia* & illud: ascensum cap. d. os in ea reperisset. *Summ.* ad quem *appellat*, de suo nomine *Erriesforden* dixit, & in eo parte *Strait* ad *Stokanes* extraxit. *Leifus Erici* si us furo fonte ablutus in *Norvegia* insula *Olai* *Burgeti* *Norvegiae* Regis, *Greenlandia* in *tos* a *Sillem* convertit. *Dirvis* aliquanto posteam *Orientalium & Occidentalem*, in illa *parce* *regiones 12.* constituta, in hac tantum quatuor, omnes *Norvegiae* tributo obnoxii sunt facta anno 1123. *Sequenti* proximo, *1072* *rege*, *Arni* *vidus* à *Lundenſis* *Episcopi* *Servus* *f. 1.* *Bus* *Forsciopus* *Greenlandia*, sedem posuit *Gard. 1.* Cui undecim successores tribuunt annales ad annum scilicet 1389. quo *Henricus* *quidam* *17* *17* *17*, qui *Neoburgi* in *Fiencia* *conventus* dicitur *admisit*, cui etiam successerunt *anni 1* *annum* 1416. Sed illa *insularibus* *nautis*, qui *Spitsbergum* *petunt*, plane *incomperita* sunt, qui *dam* *ad eas* *partes* *appellunt*, ut ex *Baleus* *oleum* *exprimant*, nihil *non* *cajium* & *glacie* *obſtitunt**

Greenlandia.

oblitum hic reperiant. Quis vero occasione hac fuerit olim a Norragis intermixta navigatio, incertum. In postulentiam dictam nigram referunt aliqui, quæ olim Norragie magnam intulit vastitatem, alii ex coarctata glacierum copia, quæ impedita adeo ea reddidit litorea, ut vix ea praterquam a parte qua Libonotum Boriam spectant hodie, quamvis & id subinde difficulter, detur contingere. Quando Gulielmus Bassin hæc se contulit sub annum 1616, incolas adhuc reperit, qui pectora tundebant. Porro Ericus ille Rufus seu Kaude Torwaldi filius cum patre ob eadem protagens initio in Islandiam concesserat, & patre mortuo ipse Gronlandiam detexit, Islandos autem ut eodem transiret illexit. Episcopos, qui e Norvegia eo venere, illos vidi. 1. Ericus. 2. Arnhalus, qui 1150. in Norvegiam rediit. 3. Jon Kæter 1150. 4. Jon qui 1220. mortuus. 5. Halg, 1230. extinctus. 6. Nicolaus mortuus 1242. 7. Olavstadius Episcopus 1285. 8. Tord. 1288. 9. Arne. 10. Jon Skalle 1342. Hi vero omnes Trundheimii ordinati, & isti Archiepiscopo subditi fuerunt. Pontanus *Rer. Din. L. 5. p. 222.* ad annum 1153. notat Nicolaum Breckspærre Cardinalem, qui postea fuit Hadrianus IV. Pontifex, missum a Papa Eugenio Norvegiam, quæ tum adhuc Lundenfi Danorum Archiepiscopo parebat, Nibolsæ (Trundheimium alius diximus) primum Metropolitanum Joannem constituisse, ejusque rationi atque imperio subjectos dictoque auentes esse voluisse Asloensium, Bergensem, Stavangriensem, Hamerensem, Oreadensem cum Islandensium & Gronlandensium Episcopos. L. 7. p. 476. idem tradit, quod Fournierus etiam perhibuit: *Esse qui tradant, post eam epidemicam luem (1348.) fuisse intermissam ac neglectam, quæ ad eras Gronlandia solemniter antea atque annua fuerat incolarum regni navigatio.* Iterum L. 9. p. 521. ad ann. 1389. Eadem circiter tempestate Nauleri nonnulli atque negotiatores Gronlandiam elisse petierant contra morem ac præter edita regia id temporis longa consuetudine servata. Is etenim diebus Islandia, Vestenora, Helgelandia, Ferro, Eimlvæki regis regniæque propriæ erant, nec aliorum nisi regis solius elisibus frequentari solent. Eaque de causa dies dicta negotiatoribus jam nominatis. Qui cum elisar essent, ac vero ostendissent, se nullo studio, sed sola necessitate ac ventorum motibus que glacierum aquis innatantum compulsos sedicissis, indomitas ac liberi pronunciatos fuisse. Etique per ea tempora Gronlandicam navigationem minus fuisse periculosa, cum nondum coarctata esset ex Trollebotis glacierum ea copia, quæ nunc impedita ex omni ac difficilia reddit; adeo ut vix nisi à parte insule, qua Libonotum Boriam spectat, terram hodie, quamvis & id subinde difficulter, detur contingere.

§. XXVIII. Priores & consuetos laterculos seu regii Celeberr. *Svaningius* Svaningii abacus contracluf
Chronologie Danie 1650. inferuit abaco, cujus tantum hic exhibemus summam: 1. *Cimbria septentrionalis* & *Gothia* notatur leone novena corda transiliente: autor perhibetur *Segudus* primus Cimbrotorum Judex Anno mundi 1200. 2. *Gothlandia* signatur agno Amalónico albo. Autor *Thiodanus* primus Gothlandia Princeps Anno mundi 2264. 3. *Dania* tribus leonibus, quibus singulivtra adjecta sunt corda, à *Dano* primo Rege Danie Anno mundi 2910. 4. *Svevia* regio Obvutorum seu Wandalorum gaudet dracone fulvo seu auro in solo rubro. Assumit *Valdemarus I.* An. Chr. 1153. 5. *Norvegia* utitur leone cum bipenni: *Margareta* regina attulit. 1380. 6. *Islandia* jactat picem coronatum a *Margareta* 1388. 7. *Vno* trium regnorum Arctoorum coronis tribus denotatur a *Margareta* 1388. 8. *Odenburgum* duas desert trabes à *Christiano I.* 1448. Ab eodem 9. *Delmentorsum*, quod notatur cruce alba. 10. *Cimbria meridionalis* & *Ducatus Slefcicensis* utitur binis leonibus efulis in solo luteo. à *Christiano I.* 1459. 11. *Holfstia* delectatur urtica argentea. à *Christiano* eodem 1459. Nec non 12. *Stormaria* cum cygno candido, cuius collum corona aurea ornatur. 13. *Dietmaris* e symbolum est eques cataphractus albo infidens equo, ex victoria *Friderici II.* 1159. Ac ita notat illa symbola jam durasse annos illa serie. 3640. 3336. 2690. 498. 271. 271. 263. 1203. 192. 192. 192. 92. Adit vero quatuor primis tantum probabiliter Chronologiam accommodatam esse, & sagacioribus esse posse dubium, an hisdem temporibus ea fuerint Cimbris & reliquis coeva. Possentamen eos ad annos monitatos referri, quod diligentius inquirentibus sit manifestum. Ad huc illa etiam: agno Amalónico additum 1219. vexillum cum cruce tempore Waldemari. Tum non omnium primam originem designari, sed quando illis seutum Danicum augeri cepere.

Lib. III. Cap. XII.

Scutum
Principis
Georgii.

§. xxxix. Uti haftenus ista de ipso regio scuto tractata sunt, quibus et mar-
res et qui nunc etiam feliciter regnat Potentissimus Rex *Christiano V.* ut sunt et nunc
itur, ita nunc de reliquis etiam ejusdem regiae familiae agere convenit. Cum vero
Regi frater sit Serenissimus Princeps *Georgius*, hujus elypeum merito ante reliquos
Iustrabimus. Utitur vero ille usdem pene arcobis, quibus regia patma plenior or-
natur, sed aliter dispositis. Scutum enim ejus duabus transversis lineis, in tres regio-
nes secatur. Caput seu suprema regio quinque quadras continet, testens *Jutiae*,
Gothiae & *Vandaliae*, *Eoruboniae*, *Gronlandiae*, *Islandiae* repletas. Fascia praetermedianam
scutulorum, ex latere ejus complectitur hinc *Femerae* & *Slesvici*, isthinc *Holsatiae* ac
que *Gotlandiae* hieroglyphica. Pes scuti quatuor quadras tetert *Stormarum*, *Olden-*
burgicam, *Delmenhorstianam*, *Diethmarsicam* cum inferta triquetra arcola, quae in
scuti implet, cum a *jula Ojstriae*. Quam vero diximus media fascia incubare, per
scula eadem cum regia sectione testeras complectitur *Danicam*, *Norvegicam* & *in-*
nis: eidem corona incumbit duobus semicirculis clausa, qualis toti etiam scuto ma-
jori incubat: neque enim haftenus videre licuit galeas isti scuto debitas. Titu-
lus est: *Princeps hereditarius Daniae, Norvegiae, Vandalorum & Gothorum, Luc-*
Slesvici, Holsatiae, Stormariae & Diethmarsiae, Comes Oldenburgi & Delmenhor-
stiae, &c.

Titulus

Scutum
Ducum
Holsatiae.

§. xxx. Ex illis quae dicta sunt de tegio scuto, nullo negotio intelliguntur in-
signia Serenissimorum *Holsatiae Ducum*, qui Regis gentiles sunt, & in duos in-
primis ramos *Sonderburgensem*, ex quo itetum *Norburgicus*, *Glucksburgicus*, atque
Planensis pullularunt, & qui *Holsatiae* nomine cum Rege in Imperii conventibus
fessione fruuntur, *Gottorpinam* distinguuntur. Nullam vero insignium inter lineas
istas vidi differentiam: sed (conf. *Sibmich. Wapentb. P. 1. pag. 7.*) univerti scuturam
linea transversa in duas secant partes, quarum superior aureas continet lineas, in
prior leone bipennif. *Norvegico*, in altero leonibus *Slesvicensibus* expressis: infer-
riori pars tres laterculos continet, & in his symbola inter *Holsaticum* ac *Storma-*
rium medium quod nonnunquam arcola triquetra inferunt *Diethmarsicum*: toti in-
cumbit parmula quadrata divisione trabes *Oldenburgicas* atque eticem *Delmen-*
horstensem, sed quod monitum auream in caelestino solo, referens.

Norvegiae
Ducum
hereditarium.

Slesvicum.

Holsatia.

§. xxxi. *Norvegia* utuntur hieroglyphico *Holsatiae Ducum*, quia in potesta-
tem redactum illud regnum, patrimoniale haftenus familiae creditum est, quod
supra §. 3. jam monui: Ex eo titulus etiam toti *Holsatiae* Domus communis here-
ditum *Norvegiae*. *Slesvicensis* Ducatus itidem ex media parte, alteram enim Rex
tenet, a Ducibus tenetur, quod §. 12. diximus: De reliquis etiam *Holsatiae*, *Storma-*
riae, & *Diethmarsiae* nec non *Oldenburgi* & *Delmenhorstiae* illa tantum consilere neces-
se est, quae superius diximus: pari enim jure & titulo cum *Daniae* regibus *Holsa-*
tiae Ducum ista possident, cum & hic, nonnulli quae ex *Holsatiae Ducibus* est, por-
tiones suas teneat. Id tamen observari meretur, obtinuisse *Christiernum II. Da-*
niae Regem, ab Imperatore affine suo 1522. ut *Holsatiam* solus feudo Imperiali tene-
ret, ab ipso vicilium patrum reciperet: id vero a *Friderico* obtineri non potuit, atque
adeo successu caruit: neque ex eo meminissenturatum est.

Scutum
Episcopi
Lubecae.

§. xxxii. Hoc solum discrimen occurrit, si quis ex Ducibus *Episcopatum*
teneat, quod non semel contigit. Ita nunc quoque Serenissimus Dux *Augustus*
Fridericus, ejus qui *Gottorpinum* lineae Princeps est Serenissimi Ducis *Christiani*
Alberti frater, *Lubecensem* Episcopatus audit, & scuto utitur bis secto, ut su-
pream regionem impleant *Norvegicum* & *Slesvicensis*, mediam circa scutulorum *Ep-*
iscopale, hinc *Holsaticum*, isthinc *Stormarium*, miniam hinc *Diethmarsicum*, ist-
hinc quadrupertitum *Oldenburgicae* & *Delmenhorstiana* symbola. Qua vero arcule
coeunt, mediam sedem implet parmula caerulea, *Lubecensis* Episcopatus hierogly-
phicon, auream crucem, imposita desuper quae praesulum esse solet, mitra aut
ornata, representans. Scuto pro more subieciuntur decussatum hinc ensis pollicis
potestatis index, isthinc pedum Episcopale. Apicem hinc Episcopatus *Elverticidius*
addit sex vexilla *Holsaticis* utricis picta, & de illis ita canit:

*Bella gerenda monent ancillis junctâ bacillo
ara pro solo munere proque focis.*

Verum justus apx potius non nisi tribus constat vexillis, & quidem iubeis sed cruce Lubecenti pictis.

§. xxxiii. Huic scuto imponi tres *galeas*, omnes coronatas, ut tamen etiam mitra Ducalis per coronas emineat, solemne est: *Mediâ* leonem bipenniterum representat: *Dextra* sustinet bacillos tres argenteos, qui in aureos globulos desinunt, vel juxta alios aureos, hi vero pavonis pennis inertis superbiunt, *Slessi* censu Ducatui representando. *Sinistra* imponuntur septem vexilla tutea utricis *Holfaticis* picta, lanceis aureis. Laciniæ castaneis circumfusa anteriori auro & cyano, mediæ auro & minio, ulteriori cœco & argento tinguntur.

§. xxxiv. *Titulus* respondet clypeo: *Heres Norvegiæ, Dux Slessici, Holfatiæ, Titulus Stormariæ & Dietmarforum, Comes Oldenburgi & Delmenhorstii, &c.* Additur, si quæ dignitas *Episcopalis* est, ilico post hereditarij in Norvegiam juris mentionem.

§. xxxv. Addenda est delineatio *Oldenburgici* scuti, quale illud esse solebat, cum superesset extra *Holfaticum* ramum, qui illa symbola sola gestaret. In *Elverfeldu* *Holfatiæ* ita pingitur, ut quadratum sectum in prima & quarta area trabes *Oldenburgicæ*, in secunda & tertia *Delmenhorstianam* cruce[m], de quibus §. 14. & 15. contineat. In *Sibmach. Wapenb. P. 2. pag. 19.* media parmula additur cum *leone*, sed non exprimitur color. Unde eam explicare integrum mihi non est. Si tamen concijendi sit libertas, parmulam exaltinam, leonem aureum vellem, ut ita designaretur *Ieverana* dynastia, quam *Juanes Oldenburgus* Comes obtinuit a *Maria Edonis Wmecken* *Domini Ieverani* & *Heilvigæ Oldenburgicæ* filia, cum *Rustringia, Oifringia* & *Wangelandia*, quatum etiam subditos *Maria* ei adhuc viva jurare voluit.

§. xxxvi. Clausit lineam morte sua *Antonius Guntherus* 1667. nulla ex conjugis suscepta prole: unde successio delapsa est ad agnatos. De modo succedendi, cum *Serenissimus Dux Joachimus Ernestus*, ex *P. a. noni* lineâ, gradu propinquior esset, inter hanc, nec non regiam & *Gottorpinam* domum, ortæ lites, & eæ ad *Cæsaream* aulam delatæ sunt. Pronunciatum pro *Plauenibus*, quibuscum *Rex* pro sua parte translegerat, compensationis loco pecunia numerata & nonnullis in *Holfatiâ* concessis locis. Unde *Rex* possessionem Comitatus adivit. *Ieverana* vero dynastia ad *Anhaltinos Severitanos* translata est.

§. xxxvii. E regio sanguine sunt *Guldenlöwen*, quod per naturam filij *Regum* nomen conceditur, in quibus primas tenet illustrissimus *Fricus Fridericus Guldenlöw* *Friderico III. Rege* genitus. Scutum quadripartitum est mediante cruce argentea, cujus extrema medio paulo latiora sunt: *Primi* & *ultima area* carulea referunt *leopardium argenteum auro coronatum*, qui *bipennem incurvam Norvegicam auream* tractat: Quod symbolum est Comitatus *Larzigen* in Norvegia. *Secunda* & *tertia area* linea *diagonali* sinistra distinguitur, hinc *rubea* illinc *atra*, designando Comitatus *Larlsberg*. His incumbit medium scutululum coronatum *rubeum*, quod pingitur cruce angustiori argentea impositis toti duobus leonibus gradientibus (*gestrecte löwen*) aureis coronatis. Scuto imponitur *corona Principum*, cui insidet adversus leo coronatus aureus, qui utroque pede anteriori gestat bina vexilla quadrata, & singula oblonga in duas lacinas terminata: Vexilla omnia *rubea* crucebus argenteis exornantur, oblongis autem dextro angulo superiori litera *F.* numero 3. implexa, corona desuper incumbente (indicio nonnis *Friderici III. Regis*) imprimitur. *Taliamonum* vicem subeunt duo elephantis candidi tergis obvethi, quorum nonnisi capita & pedes apparent, reliqua corporum parte post clypeum latente.

§. xxxviii. Ti-

CAPUT XIII.

Com. à Daun.

ARGUMENTUM.

1. *Familia series. Quaedam successio ad Rollingenfer. Ad Manderseheidi. Reineccios. Dominii Daun. Comes.*
2. *Scutum. Apex.*

3. *Scutum anticum, Sassenheim.*
4. *Scutum comitum.*
5. *Apex. Titulus.*
6. *Dominii Zevel.*
7. *De Marze. De Zolter.*

§. I.

Illustrissima familia *Dauna* s. *Dhauna* (à castro *Dhaun* s. *Dhuan* à *Dune* in Eifelia sito ita nuncupata) alibi a me aliqua ex parte recensita est, videlicet in appendice prioris ^{Familia} ^{series.} subjuncta Part. IV. seu auxilario secundo *Theatri Pragmatici*. Unde hic breviores esse possumus. Antiquissima memoria ejus est in *Wilhelmo Dn. de Daun*, quem *Trevirensis Archiepiscopus* adversus *Hunos* auxilio *Henrici Azeupis* 933. missile memoratur, & commilitones *Vhicus Dn. de Oberstein*, *Ducoldus Dn. de Reipolzkirch*, *Ludovicus Rauzavatus* nominantur. Post hunc leguntur in torneamentis comparuisse 968. *Wilhelmus Dn. in Dhun Mersburgi*, 996. *Fridericus Dn. in Dhun Brunsvici*, 1042. *Henricus Dn. in Dhun, Halis*, 1197. *Andreas Norimbergæ*, 1209. *Vernerus Wormatiæ*. Plenam tamen ex his vel aliis genealogiata necesse non audeo. Ea quam ex communicatione Illustrissimi *Comitis Daunii Wilhelmi Joannis Antemi* accepi, designatio orditur ab *Henrico de Daun*, qui *Marescallus Comitatus Lucenburgici* factus est 1223. & pater fuit *Richardi*, qui cum matre *Sobilia de Linzer* monasterio *Clarifontis* 1256. villam *Elter* dedit, ut & *Henrici*, a quo linea de *Zevel* orta est. Sed *Richardo* natus *Aegidius*, hoc *Henricus Dn. de Daun in Dinsporn*. *Henrico* nati *Richardus Aegidius*, *Henricus*, *Fridericus*, &c. quem modo dicta designatio adjicit reliquis, illa vero, quam alio capite, quo *Comitis Falekensteinii* describetur scutum, adducemus, relatio aliunde eum derivat, Cuno *Falekensteiniorum* sator, *Richardus* filia *Anna Joanni* ^{Quaedam} ^{successio} ^{ad Rollingen} nuplit, eique familiae attulit *Marescallatum Lucenburgi*, qui deinde per ^{generis.} *Rollingensem* filiam iterum tranxit ad *Creechingios*. Et hec causa est, quod in *Rollingenium* clypeo clathri *Daunii* visuntur. *Henrico* nati duo *Richardus senior* & *junior*: illo *Theodorici* iterum duo nati, quorum senior non nisi filium *Lucianum*, junior filium *Richardum* genuere: qui conjuges parentes fuerunt *Theodorici*, *Immaridis* atq; *Catharinæ*: ex his fratre sine liberis in ortuo *Imgardis Theodorici C. Manderseheidi* habitationem in arce *Daun* & vetus castrum in *Daun* (qua causa *Manderseheidi* etiam clathris *Daunii* utuntur, sed 1667. *Electori* partem tuam in *Daun* vendidit.) *Catharina Joanni Dn. de Reineck Frouch Eifelia* & *Cliffart* attulit, de quibus uterque a *Trevirenti*, qui partem castri *Daun* sibi retinavit, & nunc quoque servat, sunt investiti. *Richardus junior* item *Henrici* filius diuturniorem habuit prolapiam, ab eo enim descendunt *Dominii de Dhun*, qui licet partem & plerumque domicilium in castro *Daun*, (in quo hodie *Electori* *Trevirenti* & isti linea soli pars superest) & alia deductionis suæ documentaliterent, per plures generationes servatum nomen *Dominorum de Daun* paulatim omisere, & se simpliciter de *Daun* seu *Dune* appellare contenti fuere: unde quia bona possidebant matriculae nobilitatis inerta, sortis sublimioris, quam equestris conditio est, non esse per errorem a multis crediti & producti sunt. Ceterum ex his *Richardus* atque *Petrus de Duna Magnus* aulae *Trevirentis* fuit *Magister*, & pater *Wilhelmi*, quo geniti præter alios *Wilhelmus*, *Carolus*, *Theodoricus*, *Nicolaus*: ille & hic uterque filium genuere, sed ætate. Hic *Carolus Dominus in Sassenheim & Holfels* ex *Agnete de Hagen* herede & *Dominus in Sassenheim*, uxore sua, genuit præter alios *Joannem Jacobum* *Commendatorem* *Balthæ* & *provincialis Austriae* (*Vandemmensthur*) & *Philippum Ernestum*, quorum meritis datum est, ut *Ferdinandus III. Augustus* eos veteri *Dominorum* titulo restitueret, & novo axiomate *Comitum* augetet: qua dignitate nunc etiam *Philippi Ernesti* filii Illustrissimi *Johannes Antonius* & *Carolus Fridericus* germani tulgent: uterque *S. Cæs. Mæst. Camerarius*, ille etiam ejusdem *Consiliarius* anticus bellicus, *Colonellus* & *vigintatum Magister* *Viennæ*, nec

non Regis Hispaniæ Consiliarius bellicus & Colonellus legionis Teutonice pedestris.
De *Comitibus* Illustrissima posteritate deinceps dicemus.

Scutum.
Apex.

§. II. Quod insignia attinet, veterum Dauniorum promore antiquitatis etiam tum simplex fuit, videlicet *an eum clathris ternis rubris* distinctum: apex autem erat ex galea exurgens *cyneus argenteus alis expansis nigris*: Laciniæ etiam tunc ex argenteo, nigro reflexæ. Ita gestarunt insignia 1301. Henricus Dn. de Dune, & filius Richardus senior: hujus vero frater Richardus junior eodem servato apice mitistrum addidit *quadrantem caruleum*, cum *duobus liliis argenteis*, quod discerniculum esse receit. Henrici frater Fridericus Dn. in Dune 1333. scuto usus est item clathrato, sed impositum fuit galeæ apicem alium, caput videlicet cum collo equi candidum, imio frenatum.

Scutum
auctum.

§. III. Linea Richardi junioris servavit *caruleum* illum quadrantem sinistrum, usque ad *Carolus de Daun*, qui circa 1390. scuto usus est quadripetito, in primo scuto extremum laterculum locatis clathris cum quadrante liliato: in secundum autem tertium alveolum *aureos* inscriptis singulis *leombus nigris, lingua exserta rubea*, cui clypeo duæ impositæ sunt galeæ, utraque coronata: prior servabar antiquum apicem cyneum, alteri innotebat leo scutarius. Hoc novo simbolo non dubito designari Dominium *Sassenheim*, quod ab uxore *Agnete ab Hagen*, Electoris Trevirensis Joannis Ludovici sorore, *Carolus Daunus* nactus est.

Sassenheim.

Scutum
Comitum.

§. IV. Cum *Comitum* accederet dignitas, ita dispositus est clypeus, ut ei quadripetito media parmula imponeretur, & quidem coronata cum *Daunius clathris*. In majori scuto locum suum servat leo *Sassenheimius*: prima scultima areola transverse secatur, superior parte carulea cum duobus liliis argenteis, inferiori nigra inscripta corona aurea (seu dicere malis, ut faceret pictura, alveolum esse nigrum cum corona aurea, impositum vero caput scutarium caruleum cum duobus liliis.) Hujus laterculi originem ex discerniculo antememorato repetendum puto, ut quæ olim figura illi servasset usui, nunc nova dispositione & augmento decoraret parmam.

Apex

§. V. Clypeo ita disposito inponuntur galeæ tres coronatæ, ex quibus media est vetus illa *Daunia*, anterior *Sassenheimia* cum leone, extrema sustinet alam nigram impressa corona aurea. Laciniæ omnes sunt argenteæ & nigre. His *Comitibus* hodie etiam utuntur prænotati fratres duo Comites, quorum titulus est, *Comitum & Dominorum in Daun*.

Titulus.

Dominii in
Zewel.

§. VI. *Canonis*, ex quo *Falkensteinii Comites* sunt, posteritatem hic omitimus, peculiari capite recensendam. Ad eandem vero gentem spectat linea *Dominorum in Zewel*, de quorum insignibus agere necesse est. Huc spectant fratres tres *Joannes, Wilhelmus & Richardus de Dune Domini in Zewel* 1313. hii *Henricus*, cujus frater *Richardus* reliqui stemmatis auctor fuit. Hi clathros gestarunt, sed argenteos (de hoc discerniculi genere in mutatione colorum actum P. I. c. 8.) rubeo scuto inductos cum ponticulo seu fasciola trifida carulea supremo scuti margini adherente: quod novum genus discerniculi est. Apex fuit herma virilis nigro amictu cum pileo turbinato rubro, pennis nigris superius fastigiato. Simili apice & scuto usus est *Wilhelmus de Dune* dictus *Zewel* 1437. sed ut mediæ juncturæ clathrorum in scuto caruleis vincirentur ligamentibus seu nexibus, omnia fasciola trifida.

De Marte.

§. VII. Reperiuntur alia etiam cognomena linearum *Dauniarum*, ut tamen quomodo cum stirpe connectendæ sint mihi non consistit. Ita fuisse *Daunus de Marte*. Petro *Wylhe von der Marte* 1470. datur clypeus *Daunus* communis, cum quadrante caruleo & liliis, unde istius rami hunc itonem tuisse oportet. Galeæ incumbent inter duas alas expansas nigras scutulom *Daunium clathratum*, incumbente liliis rubra. Alii de *Zolwer* dicti sunt. Inter quos fuisse *Theodoricus & Richardus* fratres, dicti de *Zolwer*, circa 1478. qui scuto *Daunio* communi imposituere apicem pileum latum nigrum, cum duabus asinibus auribus item nigris. Alia *Dauniorum* insignia vidi, quos ad certas lineas referre non possum. Ita *Joannes de Dune*, qui vixit 1430. scuto justo *Daunio* usus est, verum apicis loco impositum galeæ cocineum pileum turbinatum, nigris penus superius ornatum. Alius *Theodoricus de Dune* circa 1475. & scuti & clathrorum mutavit colorem; illud constituens argenteum, hos tubos. Galeam tegebat fascia tortili ex argento & nigro, prominente capite hircino argenteo cornibus nigris. Omnes tamen constanter laciniis argenteis & nigris usus apparuit.

De Zolwer.

Quæ

Johannem Jacobum Colonellum equitatus Francici levis armaturæ, cujus frater *Leonardus* Episcopus Carnuntum dein Archiepiscopus Rhenorum. Alius *Achilles* Generalis Medicus, inde exercitus Pontifici, demum *Cardinalis* fuit: *Jonatus* *Johannes* & *Dominicus* *M. de Valencis* Margareta Montmorencie Ducis, filii maritus & ex capacer. Tertia linea *Roberti* *Dm. d'Autry*, *d'Ardehon*, & de *Thek* istos titulos servavit. D'Autry.

§. 111. Scutum gentile est *coruleum*, duabus triangularibus sectionibus aureis in quinque partes æquales distributum (*d'azur a deux aurons d'or, mis en chevron, vela deux grons d'or, partageant l'escu en cinq parties égales*) imposito cephalo argenteo, cui inscribuntur *tres coronæ* *Duales* *rubeæ*. Hoc utriusque lineæ commune video assignari. *Ann. Arb. p. 421. & 529.* Apicem quo utantur milibi vidi. Scutum

§. 1v. Tituli sunt alterius lineæ: *D'Estampes*, *Baro de la Verte tombau*, *Marchio de Mauny*. Alterius: *D'Estampes* *Marchio de Valencis*, *Dn. d'Hauplincourt*, &c. Ultimus hinc titulus est à conjugè *Johannis* *d'Estampe*, *Dn. de Valançay*, *Sara* filia & herede *Johannis* *Dn. d'Hauplincourt*, *de Borsencourt*, *de Preully*, &c. Tituli

CAPUT XVIII.

C. Fuchs de Fuchsberg.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Familia.</i> | 4. <i>Fuchs de Fuchsberg.</i> |
| 2. <i>Linca in Hohen-Eppan. In Lauffenburg. In Lebenberg.</i> | 5. <i>Lebenberg.</i> |
| 3. <i>Scutum.</i> | 6. <i>Passeyr.</i> |
| | 7. <i>Galez.</i> |
| | 8. <i>Titulus, Lauffenburg, Hohen-Eppan.</i> |

§. I.

FX Tirolenti nobilitate præfata sunt Perillustres *Fuchsi* de *Fuchsberg* Barones, nunc *Familia* vero Comes. De illis ita Comes *Brandius* *Tyrol. Adlers Ebrenfr.* pag. 54. *Edle jest Grafen Fuchsen von Fuchsberg / Vasser ihre vebenberg / Richten vom irrasen Adelsuchen haus her / so schon vor vierhundert Jahr als rittermasz sign Tyrol gelebt.*

§. 11. Diligentissimus *Gabr. Bueclin. Germ. T. 2.* eos deducit ab *Udalrico Fuchs* de *Linea* in *Fuchsberg senior* *Dn. de Eppan*, circa 1257 quo natus *Adrius junior*, pater *Wolfgangi*, *Hohen-Eppan*, qui sator ex *Jacobo* & *Udalrico* duarum linearum. *Jacobi* abnepos *Elisabetha* domina in *Hohen-Eppan* & *Reb* lineam clausit, & majorem partem bonorum attulit primo suo marito agnato *Johanni*. *Udalrico* natus *Christophorus*, cui *Ubara* de *Lauffenburg* heres in *Lauffenburg* nupsit. His parentibus geniti *Wolfgangus* & *Hildebrandus*. *Hildebrandus* *Dezanum* genuit, hinc *Dezanum* alium & *Christophorum*, post mortem uxoris *Margarete* de *Maxelrain* *Episcopam* *Brixinentem*, & *Christophori* partem. *Dezanus* iste iterum *Dezanum* filium habuit, genitorem *Friedrici*, quo natus est *Carolus Fuchs de Fuchsberg* in *Lauffenburg*, matium iterum in hac linea extremus. *Wolfgangus* autem *Dorothea* de *Lebenberg* maritus istum ramum ex se emittit, pater *Thome*, avus *Johannis*, cui agnata *Elisabetha* heres in *Hohen-Eppan* nupsit, & peperit *Christophorum*, quo editus *Carolus*, pater *Johannis* *Christophori* atque *Caroli*, cui primo Illustrissima *Comitis* dignitas collata est; quo nunc etiam gens utitur. In Lauffenburg.

§. 111. Scutum in *Seb. mach. Wapenb. P. 1. p. 23.* tripartitatur quadrilaterum. Scutum Prima & quarta quadra aurea vulpem inube in complectitur. Secundam & tertiam argenteam permeat *fistula carnica*, toti imposito *leone rub.* Hinc quadris imponitur *armula media cræta*, ex cuius pede in capitis marginem extingit *triangulum coruleum*: alii dicent teatream feutariam seu chlamydem rubeam supra tunicam intertextam caeruleam.

§. 1v. *Vulpes* ipso nomine indice designat familiam *Fuchs de Fuchsberg*, que *Fuchs* de *arx* est inter *S. Pauls*: *desen war schon 1267. Herz Ulrich, fuchs der Land.* *Sieistlichen herzhafft* *Lebenberg*. Ut loquitur *Comes Brandis*, p. 168. Fuchsberg

§. v. *Com* in facuto laterculo designat *Lebenberg*. *Familia* ea verus fuit, & no. *Lebenberg* genit ab arce *Lebenberg* seu *Lawnberg* supra *Lanam*. De ea ita *Comes* Lebenberg.

Bianch. Tirol. Adel. Ehrenr. p. 72. Edle Ritter von Löwenberg/ deren Stammhaus das schloß Löwenberg ob Lana/ sollen mit denen von Lanaburg ein nes wapens sein/ werden ihnen anno 125. schriftlich angezeigt/ und 127. rate Herbot ein Sohn Hagons de Congo anno 1280. den ritterlichen tumb von Löwenberg. Leonardus anno 128. Landhauptmann an der Etsch/ obnemantlichen erben anno 1410. der menschlichen eintza sein. Und warden er eine einzige tochter Dorotheam Wolfabriens Fuchs von ymoer/ und Janssen chequellam verlassen/ als ist das schloß Löwenberg an das ymbliche hauss gelangt. See pag. 54. Dorothea Wolfardi uxoris patrem. Petermannum pro Leonardo vocat, quam iste 1421. duxit.

Passleyr.

§. vi. Scutulum medium designat familiam Passleyr, etiam Tirolensem. De qua sepe memoratus Comes Brandilius p. 85. Edle von Passleyr/ Gerichtsherrn derselbigen herrschafft/ und wohnhaft auff dem schloß Janssenburg/ Neubrecht und Berchtold besiditen anno 1361. den Landvogt zu Brixen/ Barbara aber/ Reimbetti des lezten tochter/ hundert qwe nach todtslichem hantut 139. Christoff Judsen ihrem eheherm dietes ihr zeuchtes vermogen. Nomen stirpi sunt a Passleyr, districta judiciali (gericht Passleyr) non procul Merania, unde emanat fluvius Passerteu Paneyr, qui exundans Meraniæ aliquoties gravissima intulit damna.

Galez.

§. vii. Clypeum premunt tres galez: Prima tegitur pileolo rubeo, cujus ora argento reductur, cum inidente vulpecula rubea. Lacinix autem sunt aureæ & coccineæ. Media coronata sustinet jugum alarum explicatum, cum typo seu sectione medi scutuli; phaleris dependentibus caelestibus & rubeis. E corona extrema exurgit leorubens. Dependent lacinix argenteæ & ruberæ.

Titulus
Janssen-
burg.

§. viii. Titulum ita format Bucelinus: Fuchs de Fuchsberg, Comes de Lehenberg & Triandenslein, Dominus in Janssenburg. Quod attinet Triandenslein, nihil de eo dicere possum. Janssenburg castrum est in judicio Passleyr (gericht Passleyr) quod condidit Rupertus de Passleyr, & feudo obtulit regi Henrico. Margareta autem in proprietatem jus commutavit, & Bertholdo de Passleyr 1363. in potheccario jure concessit. Cum vero 1383. Christophorus Fuchsi Barbaram de Passleyr duxisset, hanc etiam dynastiam natus est. Vidimus etiam §. 2. Hohen-Eppan seu Eppan in patrimonio stirpis fuisse: castrum illud fuit sedes veterum Comitum de Eppiano, quod voluit brevi post Christum natum a Gallis conditum. Inde traditum est Comitibus de Hohen-Eppan: Post hanc diuturnam 1365. Ducissa Margareta vel Rudolphus id Petro de Schenna attribuit. Inde illud 1400. St. Arckenbergu. 1494. Jacobus Fuchs. 1550. Joannes de Trautson. 1557. Abundus de Tschetsch. & 1614. Comites Fuchsi feudo accepere.

Hohen-
Eppan.

CAPUT XIX.

Princ. & Com. de Fürstenberg & Episcopus Argentincnsis.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Familia origo. Deductio. Com. Friburgi. Uracum. I. scheneck. Successio ad Badenjes. Henning. error. | 9. Scutum Episcopi Argentincnsis. |
| 2. Fürstenbergu. Lunce. Heilgenbergia. Blomburgu. | 10. Episcopus Argentincnsis. |
| 3. Scutum. | 11. Abbata Marbacensis. |
| 4. Augusta Fürstenbergia. Friburgia. | 12. Lunceburgu. |
| 5. Weidenberg. Comitum orio. Successio. | 13. Alata Landgravatuu. |
| 6. Heilgenberg. Nomen. Comitum. Successio. Controversia cum Abb. et Salmansveier. | 14. Novum scutum Episcopi. |
| 7. Galez & apex. | 15. Abb. Strabulensis. |
| 8. Usus scutuli in de Berga-Heilgenbergu. | 16. Malmdaricnsis. |
| | 17. Galez Episcopi. |
| | 18. Titulu. |
| | 19. Rationes. Baw. Hausau. Gundelincen. Wildenslein. Melsch. Stungen. Huzen Weira. |
| | 20. Principalis dignitas. |

§. I.

Inter proceres Sveciæ nulla familia est, quæ vetustate & illustri splendore superet ^{Familie} Multitulumam ^{origo} Fürstenbergiam stirpem. Eam tetent ad *Henricum Comitem Friburgæ* & *Fürstenbergæ, Landgravium in Stulmgem & Baur*, cui tamen aliis ascendens diligentissimus *Gabr. Bucelinus Germ. P. II. c. 88.* patrem assignat *Fronem II. 801.* avum *Chunonem C. Fürstenberg & Landgr. Stulmgemsem 748.* proavum *Fronem* seu *Ezanium Agilolfingii generis herodem circa 671.* Henrico filios dant *Ludovicum C. Fürstenbergæ, Landgravium Stulmgemsem 921.* Gregori Regis *Secundæ* ex *Agnete* filia generum, ^{De Julio.} & *Fronem C. Friburgi* (*Bucelinus* hunc etiam *Lutkenbergium* vocat) ^{Com. Friburgi.} cuius linea in pronepote *Conrado* terminata est. *Ludovico* juxta aliquos nati *Ego* atque *Henricus*, (*Bucelinus* vero solum *Fronem*, quem *IV.* vocat, maritum *Agnietis Ducis Teccie* ei dat, *Henricum* autem *Venericis Habspurgie* maritum circa 1200. ejus filium facit,) hoc *Ego*, pater *Henrici, Ottonis & Fgonis III.* Ex quibus *Henricus* posteritatem habuit, quæ circa principium seculi decimi quinti defecit: *Otto* tator est *Fürstenbergiorum* modernorum, *Ego Friburgiorum.* *Frone* enim natus *1101.* uxorem habuit *Agnietem Bertholdi Ducis Zaringie* filiam, quæ, cum frater *Bertholdus* ultimus *Dux* sine heredibus moreretur, in *Brifgoia* & nigra silva ex ejus hereditate plurima obtinuit, in quibus *Friburgum* fuisse reor. His natus præter *Conradum Cardinalem*, qui *Papatum* recusasse dicitur, & *Bertholdum* *Abbatem* in *Luzel* al. in *Salmanstæler* (qui ipsi duo esse videntur, quos avunculus *Bertholdus* ob electionem sui ad Imperium oppignoraverat electoribus, & qui ex voto sacro ordini addicti *Comitatum* suum *Uracensem* partim *Eslingensi* monasterio, partim *virrico Eberhardo C. Urttembergio* reliquisse dicuntur, nam *Uracensis* etiam *comitatus* in hac gente fuerat. *conf. mea. synlog. Geneal. p. 554. 555.*) *Ego X.* cognomento *Barbatus Comes Friburgi & aliorum* in *Brifgoia*. Hoc iterum nati *Gebhardus Episcopus Spirensis, Cuno* seu *Conradus, Bertholdus & Ego. Conrado* autem *Conradus II. Fgo XII. & Henricus*, qui juxta alios 1265. *Uracum* *Wirttembergicis* vendidit. *Ego* pater *Conradi* fuit, hic *Fridericus*, a cuius filia nupta *Godofredo Com. Liechten-* ^{eck.} *Tubingensi Liechteneck* ad eam gentem pervenit, & *Fronis XII.* a quo *Friburgenses*, qui prius multis juvantibus eum *Domino* suo bellum gesserant victores, libertatem 2000. marci argenti emere, quo argento ipse *Balthazarii* emitt. in hlio eps *Joanne*, quem 1386. ad *Sempacum* cecidisse perhibet *Bucelinus*, linea tota omnibus fere parentibus *Genealogis* terminata est. Eum vero ad *Sempacum* cecidisse impossibile est ex donatione, quam mox allegabimus, cuius apud *Badenses* documenta sunt; Præterea in syllabo eorum, qui in cruento isto prælio cecidere, nullus *Friburgensis* mentio fit, sed *Joannis C. Fürstenbergii*, clypeo etiam picto cum humo *Furstenbergio*. Porro hic *Joannes*, qui circa 1458. sine liberis deceffit, heredem habuit *M. Rudolpum* ex *Badensibus*. ^{Successor. ad Baden- fca.} *Hochbergus Ratelam* tororium, cuius jam 1444. coram officiali *Basilensi*, si sine liberis decederet vivus *Badenweiler* donaverat. It quidem hic ab eo præter *Badenweilam* obtinuit, non equidem *Susenbergi* & dominium *Rateli*, quæ familia jam erant (quod notandum adversus *Lazium de migr. gent. L. 8. par. 415.* cum dicit: *Qui, Rudolfus, mortuo sororio successit in omnes pene Friburgensium ditiores, & videlicet Landgraviatum Brifgoiæ, comitatum Susenbergi, comitatum Ratel, & dominium Badenweiler*.) sed *seuda Briflensis in Brifgoia, Comitatum Neocastrensem* seu *Felsheneburg* in *Helvetia* & in *Burgundia* *Domnium S. Georgii* cum aliis. Quod ad *Norcastrensem* attinet comitatum, illum mater *Joannis Verena* filia *Henrici ultimi Neocastrensis* filia attulisse dicitur. *conf. Henninges Theatr. III. P. 1. p. 325.* (Ubi *Henricus* autoris mirari licet, qui cum *Henrici C. Neocastrensis* filiam seculo decimo quinto, ut ex collatione ^{Henning. error.} *1493.* paret, recte dicit attulisse marito comitatum, eadem tamen pagina asserit, quandam filiam *Ulrici*, qui floruerit circa 1250. junctam fuisse *Comiti a Rateli*, ratione ejus matrimonii *Neuburgensis* comitatus ad *Ratelenfes* devolutus fuerit, a quibus ad *Hochbergens* pervenit, & inde ad *Comites Friburgenses*, a quorum ultimo *Principes Austriaci* illum emerunt: uti enim saltum est, inquam emitum *Neocastrensem* comitatum ab *Austriacis*, utpote qui ab *Hochbergia-Ratela* ad *Longavilleos* pervenit, apud quos adhuc est: ita etiam inepte distinguit *Ratelenes & Hochbergios*, & quidem hos illis præponit, cum tamen prius *Hochbergentes* quam *Ratela*

Ratclani fuerint: tum non à Ratclanis vel Hochbergenfibus ad Friburgios, fed ab his ad illos pervenit hereditas, quod tum oblitus fequentibus lineis tradit. Deprimam vero, *S. Georgii* videri potest Joanni obtigiffe ab uxore fua *Comitis S. Georgii* in Burgundia (ut *Hennig.* tradit l. c. p. 273. nam *Lazus* in epte l. c. p. 415. ita hinc fuit *Com. de S. Georgio Hungariorum*, cuique dat Joanni *Com. Furfenbergio*.) Sed de hoc certi nihil affeverate audeo.

Fürstenbergia

§. II. Hic Friburgiorum ramus fuit: *Furfenbergium* ab *Ottone* deducit Bucehnus, quem alie genealogie nefeunt: (unde *Lazio* divisionem linearum *Friburgensis* & *Furfenbergie* vult factam in filijs *Enonis* & *Agnethis Zaringie* *Canone* atque *Egone* circa 1200. ita & *Zellerus*.) Eo vero natum ille ait *Bertholdum*, hoc *Henricum* *Anne Montfortie* maritum, de quo Bucehnus allegat verba *Rudolfi I.* ad principes & *Ordines Romaniole*: *Cum Comes Henricus fit os ex offibus nostris & caro de carne transfusus, eundem quasi familiaris dilectionis pignus eximium hilares & devoti fufcepit.* Hic natus *Conradus*, *Conrado Henricus*, qui 1443. obiit *Agnethis* feu *Wiegze Zollerane* maritum, ifto post alios *Henricus*, pater *Conradi*, avus *Wulfgangi*, post quem Genealogi fere confentunt, in majoribus assignandis variis. Hujus alter filius *Wilhelmus* novam videbatur accessionem bonis Furfenbergicis afferte, cum duxiffet *Bonam* *Caundam Novocastrenfis* hiam, unde ipfe & qui alteram forem *Elifabetham* duxerat *Felix Comes Werdenbergie*, *Domina Blaimont*, *Hericourt*, *Clement* & *Chaflelot* pratererunt, contra *Wirtenbergios* *Mompelcardi* *Comites*, & armis in poffiffione eorum manferunt, demum jura ceiffere *Ferdinando Archiduce*, hic *Gabrieli Salamance* *C. Orienturgio*: fed & uterque Comes prole caruerunt, atque ita nihil in tirpe hæfit: alter filius *Fridericus* communis pater est eorum, qui hodie fuperant: Nam filii *Joachimo* & *Chriftophori* autores fuere tami, ille *Werdenbergi*, hic *Blombergi*. *Joachimo* denuo natus est *Fridericus*, in cujus filijs iterum linea in divertum abeunt, nam *Jacobus Ludovici Donschingam* habebat, *Heiligenbergam* *Ego*, fed iftam in filio terminatam credo. *Ego* pater est illorum, qui hodie clarant. *Chriftophori* nepos iterum *Chriftophorus* pater fuit *FridERICI Rudolphi* atque *Fratiflavi*, à quibus *Blombergia* & *Meffkirchia* linea.

Heiligenbergia, Blombergia.

Scutum

§. III. Satis diu nos enarratio linearum tenuit. Videamus nunc clypeum gentilitium. In *Schwab. Wapenb.* P. 1. pag. 16. repræfentatur aureus cum aquila rubra caruleis rostro & cruribus, margine feu argenteo nubibus caruleis variegato, feu phratia Chuffletii, ex argenteo & rubro in nubem introrsus divifo. Pectori autem aquile aliud feutulum imponitur quadrifertitum, cujus quadra prima & quarta rubens, & xillo *Ecclefiaftico trifariam partito argenteo ornata*, fecunda & tertia argentea *Lathicum diazenalem cochleatum* (frumum *sparren*) continent nigrum.

Aquila Furfenbergia.

Friburgia.

§. IV. Aquila cum limbo *Furfenbergiorum* tellera est propria, quia vero *Friburgenfes* (cont. *Furft.* 23ap. P. III. p. 23.) aquila eadem pro fimbolo ufi, videtur limbus ille *discerniculum* fuit (*irifure*) quorum ufi, qui nunc plane exolevit apud nostros, Germanis olim non fuisse ignotum P. 1. c. 8. ostendimus. Ex hoc colligas, inter fratres, ubi lineatum divergium factum est, eum majorem fuisse, quo *Friburgenfes*, minorem quo *Furfenbergi* orti fuere. Quæ conjectura fi vera fit, *Furfenbergii* illa linea extincta limbo fuperfedere potuiffent. Cæterum comitatus hic majori ex parte in nigra fylva & circa eam inter *Wirtenbergicum* *Ducatum*, *Brifgoiam* & alia *Svevia* fitus est, atque fontes *Danubii* poffidet.

Werdenberg.

Comitum otigo.

§. V. *Ecclefiafticum vexillum* feuti pectoralis notat *Werdenbergium* comitatum. Fallitur enim *Schwab. Wapenb.* P. 2. pag. 12. quod *Werdenbergus* dat rubeum in argenteo vexillum, quod *Montfortiorum* est. Cæterum *Werdenbergia* familia, fi fides *Lazio de migr. gent. l. 8. p. 443.* descendit ab *Henrico*, qui circa 890. vixit, & *Ludovico II.* imperante castrum *Werdenberg* conftruxit, à quo dein posteris nomen: Eum ait fuisse fratrem germanum *Roderici C. Palatini alie R. alie*, unde descendunt *Montfortii Comites*, *Anshelm C. à Rherneck* & *Feldkirch*, & *Rolandi Com. Tubingenfis* atque *Herrenbergenfes*, nec non *Cadelochi*, à quo *Brigantini* descendunt. Hi omnes dicuntur ufi vexillo *Ecclefiaftico*, fed ejus & arearum coloribus mutans. Quod genus difcerniculi apud veteres frequens vidimus P. 1. c. 8. fed L. 2. c. 50. n. 1. de *Montfortis* amplius ea de re actum est. Cæterum eodem loco *Hinnunges* memoria labitur, cum

Werden-

Werdenbergius dat vexillum eundem in atro clypeo, qui rubens esse debebat, quod ipse alibi tradit. Nec melius ex Lazio uni ex epus nepotibus Alberto dat illam R. Por. 173. circa 920. quod tempus inter quos duobus seculis mita regni Lusitanici anticipat, & huius filio Joanni Comitum d. Bauhe, cuius tituli non minus recentior est memoria. Ex posteris Hartmannus, qui 1419. obiit, Episcopus fuit Carin. Ab Henrico Comitisse de Rakunz marito, cujus frater Hugo C. de Sargans fuit, certior extat Genealogia, usque ad Christophorum ultimum, qui 1331. decessit, & cujus filia Anna Friderico C. Fürstenbergio nupta illam successione attulit. Christophori pater fuit Johannes Cardinalis & Episcopus Augustanus, qui 1480. obiit. Quod possessiones eorum atinet, Lazius d. Lillast refert: Habent in Rhætia alia 20 seu 30 annos actionem aliquam Montafun & Gerolezthal: reliqua Austriaci vendiderunt Henrico & Preterea: Qui ad fontes Danubii præterea possident linguarum, Meieningen, Techtelzingen: reliqua in Helvetiis à confederatis adepti sunt. Perhibet etiam M. Zolus in. Germ. P. 1. p. 258. & P. 2. p. 484. 1327. comitatum Werdenbergensem seu Cylmum Werdenberg comitum ditionibus vid. in Rhetia sitis à Claronesibus emione acquisitum esse. Præterea etiam Werdenbergia reliqua bona, quæ videlicet reliquetur Christophorus, lego apud Zoller. in. Germ. P. 2. p. 19. non nisi ex dimidia parte venisse ad Fürstenbergios, ex altera medietate ad Austriacos & inde Carolum C. Zolleranum.

Successio.

§. vi. Baltheus cochleatus d. 874 est Heiligenbergi comitatus (vid. Wapenb. P. 2. pag. 21.) seu ut Lazius de migr. gent. P. 3. p. 439. vocat de Sancto monte, ita dicto, quod ibi reliquæ martyrum Rhetia reperte sunt Iobis, Exuperantii & Regule, quæ Tigurum postea à Ludovico II. Germaniæ & Francorum rege translatae sunt. Originem Comitum Bueclini vult ex Egonone, qui unus ex filijs Iphenardi & frater celebris primii Fissi fuit. Cæterum nullibi Comitum iustam vidi sententiam, nam Lazius non nisi quatuor sed ordine non coherente enumerat: Egonem, qui inter Sveviæ Comitibus enumeretur, qui se Carolo Martello opposuere, Hicartum cum fratre Arnaldo Episcopo Constantiensis 1080. Arnolphum Episcopum Constantiensem, qui idem cum priori est, Bertholdum autorem canobii Eck. Præter hos in progenologica aliqua deductione istos vidi gradus.

Heiligenberg. Nomen.

Comites.

Albertus C. Heiligenberg, Uxor C. Kuburg.

Albertus. Ux. Agnes C. Tockenburg.

Georgius. Uxor Sophia Burggravia Norimberg.

Albertus. Uxor Ursula C. Schaumburg.

Agnes. Ux. Eberhardi C. de Kirchberg. Barbara. Uxor Conradi Com. de Kaltern.

Ex his id solum patet, illustribus Comites eos affinitatibus dignos habitos. Qua veritate demum successio illorum à Werdenbergios venerit, non repetio: certe cum Werdenbergia hereditate hæc simul ad Fürstenbergios delapta est. Ut Felix C. Werdenbergius frater Christophori E. A. I. apud Chifflet. F. A. V. n. 139. utroque symbolo usus est. Porro ob hunc comitatum Heiligenbergicum Iuristenbergicis controversia orta est cum monasterio Salmansweiler, de qua etiam scripta extant publica. Fürstenbergius illud in comitatu suo situm & sibi subiectum prætendunt. Ad hæc excipit, à Conrado III. Imp. Duce Sveviæ Ducum autem Sveviæ Heiligenbergios tantum Vicarios, Vicedominos & temporarios Administratores fuisse, monasterium exemptum tradit Lentensium seu Purgoyf & tantum Romanorum Regi vel Imperatori in perpetuum ad vocatum 1142. subiectum esse: uti etiam Abbata notorie citatus est imperat. conf. M. Zol. in. Germ. P. 2. p. 353 354.

Successio.

Controversia cum Abb. Salmansweiler.

§. vii. Huic clypeo imponuntur galeæ tres: prior coronata mitram Episcopalem argenteam in medio prætextam, auto ornata sustinetur ex Chifflet. enuncia: Salmacher dicit rubram, argento ornata. Lacinae sunt argenteæ et coccineæ. Hæc Werdenbergie lacertulo respondet. Wapenb. P. 2. p. 12. nisi quod ibi omittitur corona. Medius Fürstenbergie sustinet impostum pulvillus coccineo, aureis globulis & paniculis instructo, harpastum (balon) seu globum argenteum. Chifflet. F. A. F. 173. n. dicit,

dicit, alios dare *agulam scutariam*, cartuleæ & argenteæ tortili fasciæ impositam quæ convenit cum *Friburgensi* apice. *P. Furst. Wapenb. P. 3. p. 23* Lacine sunt ex *auræ & cæco*. *Posterior* coronata in *Wapenb. P. 2. p. 21* corona nulli mentio, inaur capite & collo canis vestigatoris argenteis, ejus auti balthæus *Heiligenbergii* cochleatus inprimis. Lacine sunt *atræ & argenteæ*. Errat *Hennings*, cum per hunc apicem *Fürdenbergis* dat. Uti vero ille hodiernus apex est, ita observandus *Fürstenbergis*, qui mos superiorum seculorum fuit, aliquando variasse: ita vidi per eam equitis scuto *Fürstenbergico* armati, ejus castidi imposita conspicitur, ut *duo cornua venatoria* cum suis ligamentis. Quod etiam ita conspicitur in epistapho *Anne Montfortis*, conjugis *Gælonis C. Fürstenbergii*, quæ 1341. decessit. Alia patra referebat equitem, ejus castidi infidebat avis ad volatum scælas leviter expandendo, parans. Sed cum semel orbis ille placuisset, & cimeteria mutandi mos in dextera dinem abivisset, jam aque gentilis ille apex habetur, atque clypeus genti proprius est.

Ufus scuti. *Werdenbergii*. *Heiligenbergii*. *Scutum Ep. Argentinensis*.

§. viii. Hoc scutulum *Fürdenbergii*. *Heiligenbergium* à linea, quæ à Christophoro descendit, alicubi omissum vidi, ab aliis tamen retentum. Alteram autem lineam Joachimi eo adhuc uti non dubium est.

§. ix. Ex hac est illustrissimus & Reverendissimus *Franciscus Ego, Episcopus Argentinensis*: qui usus est scuto quadripartito. Primus laterculus *rubescens* permeatur *balthæo diagonali argenteo*: secundus bipertitus in priori areola *argentea* cinctum *canem venaticum nigrum*, cum aureo mullo & canulo *rubeo*; posteriori vero *rubiæ manuum nigra*, vel carnei coloris, erectis *tribus digitis jurantem*, indumento brachii *cimero*, continet: tertius quadripartitum symbola *Fürdenbergii*. *Heiligenbergii* repetit: quartus *rubeus argenteum balthæum* continet, cuius extremitates *trifolito ornamento* seu *reticulo* terminantur. Conf. alia phrasi Gelenii supra L. 1. c. 9. n. 69. Media patra est *Fürstenbergia*.

Episcopus Argentinensis.

§. x. Balthæus est *Episcopatus Argentinensis* symbolum. Hunc evocato *Ultragesto*, ejus Episcopus fuerat, *Ausano Augustino Dagobertus*, ut cum sibi propriam haberet, fundasse circa 658. scribitur: cui demceps successit *Arbogastus*, à quo *Dagoberti* filium *Seibertum* & mortuis resuscitatum tradunt. Cum superiori seculo *Arbogastum* nem properante *Canonicorum* magna pars *Evangelicam* veritatem agnovisset, post mortem *Joannis C. Manderscheidii* 1592. duo electi sunt Episcopi, ab *Evangelicis* *Johannes Georgius* *Marchio Brandenburgicus* Electoris filius, a *Romana* parte *Carolus Dux Lotharingæ*; inde armis res acta, demum in certos principes compromissum: Sic penes *Carolum* Episcopatus mansit, alia compensatione *Evangelicis* *Canonicis* concessa. Post *Carolum Leopoldum*, hæc resignante & uxorem ducente *Leopoldus Wilhelmus* *Atriduces Austriæ* Episcopatum rexerit. Hoc demum 1662. extincto *Francisco Ego* electus est. Cæterum in Collegium *Canonicorum* hujus Episcopatus non ab uno seculo duntaxat cooptantur illustres Principes, Comites & Barones, qui si dem sua illustri profapia majorum legitima demonstratione fecerint. Episcopi sedes est *Tabernis Asiaticis*. Ei Episcopatus in pace *Monasteriensis*, cum *Alatia Regni Franciæ* cederetur, sua servata est libertas & immedietas.

Abbatia Murbacensis.

§. xi. Canis niger tessera est *Abbatie Benedictinæ Murbacensis* in *Alatia* superiori ad *Vogati montana*, quæ *Principali* dignitate fulget, & olim potentissima fuit, plurimosque adhuc nobiles & aliquos illustres vassallos habet. Fundavit eam *Eberhardus Dux Alomuniz* circa 726. & tandem senex in ea vitam finivit, atque sepulcrum habet: Post *Abbatem Johannem Georgium de Malekerried*, *Leopoldus* & *Leopoldus Wilhelmus* *Austriaci* Episcopi *Argentinenses* hujus etiam *Abbatie* administratores fuerunt: post quos eandem dignitatem gessit, de quo hic agimus *Celsissimus Franciscus Ego Fürstenbergius*. Canis tesseram conjuncti ad *Guelforum* nomen alludere, qui ex *Eberhardi* fuere posteris. Porro *Abbatia* fuit in *protectione Austriæ*, & ex meta est a *domo Austriacæ*, ut tamen *immedietati* ejus non præjudicaretur, nec *jurisdictioni* *Rhenani*, cuius membrum est. Conf. *Lim. Jur. Publ. T. 4. ad l. ad 5. p. 68*. Servatur etiam huic & *Ludereni* *Abbatie* ibidem sua *immedietas* in *pace* *Monasteriensis*, qua *Alatia* *Regni Franciæ* cessa est.

§. xii. Proxima tessera manus fursium portectæ est Abbatiæ *Luders*, quæ <sup>Luders-
lud.</sup> summis *Bertholdis* regina in *Burgundia* & *Alsatia* communis fundata, & à Clothario Rege plurimum aucta est: sed deinceps *Murbacensi* Abbatiæ conjuncta. Ipsa quoque *Principali* dignitate fulget: unde in subscriptione Comitiorum *Ratiopolitanum* 1654. legitur nomen *Leopoldi* *Wilhelmi*, als Administratoris beyder *Fürstlicher Fürster Murbach und Luders*.

§. xiii. Extremi laterculi *baithicus* *reticulatus* vel *prætextatus* notat *Alsatia* sc. *Inferior* <sup>Alsatia
Landgraviatus.</sup> *Landgraviatum*: Cui symbolo tamen eidem *Alsatia* notanda *Aulthiacorum* addere solent, quod L. i. c. 9. n. 63. vidimus. Porro in *Alsatia* interiori ipse *Episcopatus* situs est, ita tamen *Landgraviatum* demum *Joannes* *episcopus* *Argentensis*, *gentis* *Liechtenbergicus* 1558. ab *Octingis* *Comitibus*, quorum *linca*, ex *successione* *Henrici* *hemensium* *Comitum*, *Landgraviatum* *Alsatia* tenuerat, emit, de quo quædam diximus L. i. c. 67. n. 3. 4. 5. & 6. Ejusdem mentionem facit *Bernh. Herzog. Chron. Alsit. L. 4. in Episcopo* 70. p. 97. & L. 5. de *famil. Liechtenbergica* pag. 7. ubi primum hunc *Joannem* *Landgravi* titulo usum esse perhibet.

§. xiv. Nunc *Episcopale* *secutum* aliquot auctum est areolis, ut videlicet quæ <sup>Novum
scutum E-
piscopi.</sup> *tripertitum*, primo, *laterculo* *Argentensium* *Episcopatum*, secundo *Abbatia* *Ludersensem* & *Murbacensem*, quarto *Alsatia* *Landgraviatum* continet: Tertius vero *bi-* <sup>Novum
scutum E-
piscopi.</sup> *partitum* iterum est: priori *medietate* *argentea*, in qua *monti* *viridi* *insistit* *basilicus*: Posteriori item *argentea*, in qua *ante* *arborum* *viridem* *super* *gramineo* *monte* *graditur* *agnus* *canadus* *pedum* *psittorale* *rubicum* *gestans*. Quædam incumbit *partula* *media* *Furstenbergia* *principali* *mitra* *contecta*: cuius *torse* *pectoris* *scutulum* *Heiligenberga-* *Werdenbergium* *imponendum* *fuerit*.

§. xv. *Agnus* *laterculi* *tertii* *designat* *Abbatiam* *Stabulensem* *seu* *Stabulæ*, *prin-* <sup>Abb. Sta-
bulens.</sup> *cipali* *dignitate* *fulgentem*. *Cœnobium* *hoc* *Benedictina* *in* *diœcesi* *Leodiensi* *Sigebertus* *Rex* *657.* *fundavit* & *dotavit*. *Primus* *ejus* *Abbas* *perhibetur* *Renacius* *priorem* *Trajectensis* *Episcopus*. *Post* *Christophorum* *Com. Manderfcheidum* & *Gerhardo* *Grosbeckio* *Episcopo* *Leodiensi* *hæc* *Abbatia* *eisdem* *habuit* *Abbatess*, *quæritum* *Episcopi* *Leodienses* *fuerunt*: nisi quod *post* *Ferdinandum* *Ducem* *Bavariæ* & *Archiepiscopum* *Coloniensem* *Abbatia* *præterit* *Vilhelmus* *a* *Bavaria* *Baro* *de* *Hollinghoven*: inde *Maximilianus* *Henricus* *modernus* *lector*, *qui* *cessit* *Episcopo*, *de* *quo* *hic* *agnus* *Argentinus*. Porro *aliter* *de* *hujus* *Abbatia* *tessera* *loquitur* *Hæping.* *de* *Jur. insign. c. 6. P. 1. p. 234.* *Admodum* *memorabile* *est*, *quo* *Abbatum* *Stabulo* *diœcesis* *Leodiensis* *dictam* *volunt*, *anastilporum* *Stabulum*, *quod* *tempore* *D. Romæli* *nil* *aliud* *hoc* *loco* *esset*, *quam* *stabula* *alta* *ferarum*. *Et* *ruigo* *narrant*, *eundem* *Emacelum*, *cum* *monasterium* *hoc* *conderet*, *asini* *usum* *ministerio*, *ad* *comportandam* *materiam*, *in* *quem* *cum* *devorasset* *lupus*, *Remacelum* *lupum* *damna* *se* *ad* *subcundis* *asini* *vices*, *eunzque* *si* *vorigerum* *omnino* *prestuisse*, *atque* *ea* *de* *causa* *lupum* *onera* *portantem* *in* *hujus* *loci* *insignibus* *effigari*: *ex* *Abrab. Ortelio*.

§. xvi. *Basiliscus* *notat* *Abbatiam* *Malmundariensem* *seu* *Malmedy*: *itidem* *in* <sup>Malmun-
darien.</sup> *diœcesi* *Leodiensi* *in* *Luemburgia* *diuione* *a* *Sigeberto* *Rege* *657.* *fundatam*. Porro *Quono* *Abbas* *Stabulensis* *1128.* *obtinuit* *a* *Friderico* *Archiepiscopo* *Coloniensi* *definiri*: *Et* *Malmundarium* *eo* *subjectionis* *jure* *Stabulensi* *Ecclesiæ* *obediit*, *quo* *jure* *omnes* *cellæ* *vel* *proprietate* *seus* *canones* *jura* *è* *videntur*. *Uabr. Buccin. Germ. T. 2. p. 285.* *Idem* *addit* *pag. 284.* *Monasteria* *Stabulense* & *Malmundariense* *congregationi* *Bursfeldensi* *incorporata* *sunt* *sub* *Maximiliano* *Henrico* *Archiepiscopo* *Coloniensi*, & *prioribus* *Joanne* *Lansma* & *Everhardo* *de* *Martze* *anno* *1656.* *Cutlebus* *Comes* *a* *Manderfcheid* *olim* *quidam* *illareformavit* *secundum* *statuta* *Congregationis* *Bursfeldensis*, *sed* *congregationem* *illa* *non* *subiecit*.

§. xvii. Ita *descripto* *secuto* *subiiciuntur* *situ* *decussato* *pedum* & *gladius*, *temporalis* *potestatis* *notæ*: *imponuntur* *autem* *nonnunquam* *hinc* *mitra* *Episcopalis*, *illinc* *juxta* *eam* *principalis* *rubea*, *vellere* *hermonico* *tessera*: *nonnunquam* *autem* *quinque* *imponuntur* *galææ*, *quarum* *prima* *coronata* *apicem* *Vesoderbergium* *sustinet*, *videlicet* *mitram* *Episcopalem* *coccineam* *interornatam*: *secundam* *rectam* *mitra* *Principali* *rubea* *sustinet* *alam* *coccineam* *baltheo* *Argentensium* *pictam*. *Mediæ* *imponitur* *iterum* *mitra* *Episcopalis* *rubea*, *e* *qua* *exurgit* *species* *virginea*, *rubeo* <sup>Galææ
episcop.</sup> *amictu*

amictu & coronata, dextra anulum lufum porrigens. Ita notatur Landgraviatus Affaticus, videlicet infectoris, una videre est ex *Herzog. Chron. Affat.* l. 3. cap. 1. §. 1. ubi hunc apicem & bal. heum reticulatum tubum Affaticum inferiorem, fuperiorum con. f. theum cum sex coronis. Idem istam galeam primum imponit feuto Joanni Tiedtenbergici Epifcopi, qui Landgraviatum hunc, quod audivimus eimerat. pag. 10. *Historia* galea pulvillo imposito globum *Fuerfbergium*; extrema coronata caput molli, Heiligenbergium apicem, tollimet.

Tituli. §. XVIII. Tituli sunt, vetustiores quidem: *Comes in Furftenberg, Heiligenberg, & Verdenberg, Landgravius in Baar*. Hodierni vero, linea *Hohenherzen*: *Comes in Furftenberg, Heiligenberg & Verdenberg, Landgravius in Baar, (in der Waar) Dominus in Hausen in valle Kinzigia (im Kinzgerthal) & in Weitra, (auf Weitra)* alibi additur *Trochtelfingen & Weidenberg*. *Meskit* etiam linea: *Comes in Furftenberg, Heiligenberg & Verdenberg, Landgravius in Baar, Baro in Gundelfingen, Dominus in Hausen in valle Kinzigia, in Wildenftein & Mestrichen*: *Blomberg* etiam: *Comes in Furftenberg, Heiligenberg & Hohenberg, Landgravius in Baar & in Stalingen, Dominus in Heitra & Hausen Kinzigie vallis, in (auf) Lischau, Trackau & Konhauz*. Epifcopi autem Argentiniensis: *Epifcopus Argentiniensis, Administrator Stulacensis, Luderensis & Stabulensis, Landgravius A. fatic, Princeps in Furftenberg*.

Rationes. §. XIX. Quod attinet *Landgraviatum Baarensem*, ad eum fpectant *Furftenberg, Hausen, Donschingen & Blomberg*, apud Zeiler. de x. circ. p. 588. Quod *Hausen* attinet in valle Kinzigia, in fylva nigra tum est ad fluvium Kinzig. Hoc quoque ex gentis veteri patrimonio est. Tituli *Gundelfingen, Wildenftein & Mestrich* ab Hellensteinii, cum *Wratiflaus* Comes Joannam Leonoram ex *Meskit* etiam, & Franciscam Carolinam ex *Wiefentengis*, atque ita Hellensteinia utraque linea, uxores habuiffet, afenti sunt, gente illa tota extincta, cujus ditiones ex parte adierunt. *Stalingen* vidimus §. 1. ex primis poffeffionibus gentis feiffe. Intle vero ad *Luptenfes* translatum fuiffe oportet, nam *Henricus Luptenfium* Comitum ultimus legitur *Landgravius Stalingen, Da. in Hohenherzen & Refack* fuiffe. Hoc 1582. mortuo obtinuit fuffeffionem *Conradus Pappenheimus*, licet multa cum difficultate, qua de re in capite de insignibus Pappenheimis agitur. Tenuit eandem *Maximilianus* filius, qui 1639. obiit, fed non nisi filiam reliquit *Maximilianam* Mariam *Friedrici Rudolphi Com. Turfenbergici* uxorem. *Heeren* seu *Hohenherzen* in Hegovia dynaftia est, in qua opidulum *Engen*. In maticula imperii legitur apud Zeiler. in. Germ. P. 2. pag. 26. Habuit fuos peculiares dynaftas, quorum ultimus *Albertus Arlozifus* 1570. mortuus est. Post Luptenfis ultimam Comitis mortem *Conradus Pappenheimus*, quod audivimus, eam beneficio Imperatoris adit. *Weitra* opidum, arx & dynaftia est interioris Auftriae in Bohemae finibus. Quaedam alia evolere nefcio.

Principalis dignitas. §. XX. Accessit demum gratia Augusti nostri certis ex ftirpe perfonis *Principale* *le* axioma, quod tot feculorum decoribus nova impofita est corona.

CAPUT XX.

De la Grange, Du. de Montigny, Com. de Maligny, M. d'Arquen.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Familia. | Polonia. |
| 2. Deductio. <i>Linea du Fouillay.</i> | 4. Scutum. |
| 3. <i>Linea de Montigny & d'Arquen. Regina.</i> | 5. <i>Alia familia nominis de la Grange & eorum</i> |
| | <i>teffer.</i> |

§. I.

Familia. Includa in Biturigibus *Grancorum* gens à *P. Anfaume Pal. de Honn. p. 306.* describitur: fed & peculiari tolo impreffo eam deductam vidi ab *Illustr. Hezerio* connumatam & probationibus fuis instructam.

§. II. Primus, non qui nobilitatem stirpi intulit, sed cuius mentionem faciunt ^{Deda. 110.} documenta certa chartarum, est *Joannes de la Grange*, *Domnus de Montigny, de la Reculée, du haut & du bas Touilly, du Chaunoy, de Vesse, de les Barres & de la Grange*: Li vero patrem tribuunt *Gabrielum*, avum *Joannem*, proavum *Joannem de la Grange* *Balthum Axonæ*. Ceterum Joanne illo, cui *Caroli VIII.* expeditioni *Neapolitanæ* interfuit tormentaria rei intentus, & prælio ad *ournouë* 1495. occidit, nati sunt ex *Helena de la Rivière, Godofredus Dn. de Montigny, & Joannes Dn. du Touilly*. Hic pater ^{Linea du Touilly.} *Caroli Dn. de la Reculée*, avus *Francisci Dn. du Touilly*, proavus *Francisci II.* cuius filia 1628. agnato *Ienrico Antonio* vendidit *Domina de la Grange, du Touilly & de Chanteraine*.

§. III. *Godofredus Montignii* iam autor fuit, & ex *Ioanna Gutis Dn. d'Ar-* ^{Linea de} ^{Montigny} ^{& d'Ar-} ^{quien.} *quien* genuit præter *Simonem Dn. d'Arquien* cognomento *Gutis* (*Claudi & Gilberti* ^{patrem}) & *Jacobum Canonicum Bituricensis*, successorem *Franciscum Dn. de Montigny*, qui suscepit *Franciscum Dn. de Prémaison & Carolum Dn. de Montigny & d'Arquien*, maritum *Lusæ de la Rochechouart* ex familia illustissima & *Amæ de Bri-chanteau*: hæc mater fuit *Francisci Abbatis de Montigny* atque *Caroli Stephani Dn. de Valledonné*, à quo reliqui ejus nominis: *Luisa* verò ex *Carolo* suscepit præter alios plures inprimis *Franciscum* atque *Antonium*. *Franciscus Dn. de Montigny* fuit *Marcællus Franciæ*, Gubernator agræ *Vindocinæ*, *Biturigum*, *Metarum*, *Tulli*, *Vero-duni*, & 1617. moriens reliquit *Herceum Antonium Dn. de Montigny* non nisi filie *Gabrieliæ* 1644. *Ludovico Chalon du Ble M. d'Uvelles* nupte patrem. *Antonius Dn. d'Arquien* pro rege moderatus est *Metas*, *Calenium* & *Guennum*, & militari laude etiam claruit. Eo nati sunt *Joannes Iacobus Dn. d'Arquien Vic. de Soulangis, Achilles Com. de Maligny, March. des Elboiffes, Henricus Dn. de Beaumont seu Marchio d'Arquien, Præmus pater fuit Antoni C. d'Arquien & de Soulangis*, quo genuit *Alexander Comes & Joannes Claudius* & *Francisci March. de Brezandæ*, quo natus *Lazarus Dn. de Senan*. *Se-cundus* non nisi filiam reliquit. *Tertius* ex *Franciæ de la Châtre* liberos suscepit, *An-nan Ludovicum March. d'Arquien, Ludovicum, Lusiam d'Arquien* uxorem *Francisci C. de Bi-hune*, atque *Mariam C. d'Arquien*, nuptam *Joanni Principi d'Anoféro*, deinceps *Joanni Sobieskio* magno *Marcæallo & Polemarcho*, & nunc *Regi Poloniæ*, illustissimo ^{Regina} ^{Poloniæ.} suæ gentis decore, ex regia hac affinitate.

§. IV. Scito utitur familia *caeruleo tres rangers* (*ranchers* seu *ranchers*: alii ^{Scutum} idferæ genus *ceruus* ^{alio modo}, alii *alce* dicitur) gradientes ex auro representantem: 2. 1. Similem *æsculapii* inservire existimo, quantum eam vidisse non me-minerim.

§. V. Præter hanc alias etiam familias nominis *de la Grange* observate licet. Ego ex *Paillo* illas notavi. *La Grange* p. 84. quæ utitur in clypeo prælio leone au- ^{Alia fami-} ^{lia nomi-} ^{nis de la} ^{Grange &} ^{earum} ^{tesseræ.} reo, inducitur baltheo angustiori dextro rubeo. *La Grange* p. 122. ex qua aliquis *Cardi-nalis*: cujus testera in parma rubea tres merulae argenteæ cum quadrante honorario hermonico. Et ead. pag. *La Grange Bellemont* in *Valeto* agro, cujus symbolum est clypeus thombis aureis & fabuleis exaratus, cum quadrante argenteo, inscriptus no-venum funisrubeis, 1. 2. 3. & eorundem impressa stella item cocœcia. *La Grange* pag. 518. cujus clypeus sedes ex transverso, palis ternis exaratur, aureis & rubeis, tinctura ad tes-tionis modum alternante (palle contrepalle.) *Grange* in *Burgundiæ* comitatu p. 583. quæ inscribit peltæ cocœciæ decussim ex auro. *La Grange de Montelles* in *Ducatu Bur-gund.* (p. 662.) cujus clypeus cartuleus continet cantherium aureum, oneratum luna crescente rubea, comitibus ex superiori parte duabus stellis aureis, inferius rosa ar-gentea. *La Grange le Roy* pag. 2. quæ stupis utitur clypeo azureo cum tribus aviculis argenteis & ex eodem metallo luna interposita. *La Grange Trimon* pag. 162. cujus *d'Arquæ* in *elo* rubeo cantherium denticulatus argenteus, cui alius imponitur meger, luna vero aurea tres cantheria lateribus & pedi adponuntur. *La Grange Vallberny* in *Burgundiæ* Duc. p. 561. quæ designatur scuto cartuleo cum cantherio aureo, comitibus tribus floribus pentaphyllis argenteis. Vix præter nominis convenientiam inter has familias aliud esse vinculum reor.

CAPUT XXI.

Bar. Greiffenclau de Volraths.

ARGUMENTUM.

1. Familia.

2. Deductio. Richardus Elector Treverensis.

Georg. Fridericus Elector Moguntinus Georgium Philippum.

3. Scutum. *U. a. rom.*

4. Apex.

§. I.

Familia

Per illustres Greiffenclauiorum de Volraths (quod posterius ex adoptione nomen assumptum, ut ex *Cass. Lixch. a Dornjcm. Theod. Hapting. de jur. inf. c. 8. n. 438 p. 579.* familia in nobilitate equestri Rhenana a pluribus seculis floruit. Lixca interitum iudis equestribus Gertingans 1179. *1. Tirnerus* eques, Tigurinus 1165. iterum *1. Tirnerus* eques & *1. Tindarius*, Colonienibus 1179. Henricus eques, Wormatiensibus 1209. *Philippus*, 1020. & *Georgius*. 1220. memorantur Eimicho pater, & ejusdem nominis filius. 1238. *Fridericus* Canonicus Moguntinus.

Deductio.

§. 11. Justam tamen vidi à *Friderico Greiffenclau*, qui 1351. mortuus est, pater *Friderici*, avus *Friderici*, qui Irmgardim de Ippelbrun uxorem habuit. His plures filii nati, *Fridericus*, qui denum post uxoris mortem Franciscanum ordinem assumpsit, *Henricus* Decanus cathedralis Moguntinus & Canonicus Treverensis, *Joannes* pater alterius *Joannis* Canonici, *Emricus*, *Eberhardus* Canonicus Moguntinus: *Friderico* nati *Joannes* Vicedominus Rhingojæ & *Fridericus*: illo, qui 1480. decessit, *Joannes*, *Fridericus*, *Richardus*, *Eberhardus*: primus filius tantum reliquit: tertius *Electo* & *Archiepiscopus Treverensis* fuit ab anno 1511. ad 1551. Petrus Merilus hoc ei elogium tribuit: *Talem se præstitit Principem, qualem ex Germania multis retro seculis. Itutum: Præfuit summa cum laude ac utilitate annis viginti. Sepultus est in majori Ecclesia Treveris ante aram S. crucis, non medioeri totius populi lætæ, merito pater patrie. Hujus magna fuit inter Principes Electores propter multiplicem rerum usum & studium libertatis autoritas. Orationem ejus, qua Caroli V. electionem dissuadebat, & si ad externum Principem abeundum esset, Gallum quam Hispanum malebat, aut ex Germanis procenibus aliquem eligendum censebat, 1519. recentet Johan. Sleid. L. r. p. 22. ubi addit: nam hujus (Richardus) erat celebre nomen propter singularem in multis usumque rerum. Quartus Canonicus fuit. Secundus (Fridericus) qui obiit 1529. gentem propagavit: pater *Richardus*, avus *Dierichus*, qui 1614. fatus 1200. est. Eum patrem habuerat præter alios *Georgius* *Fridericus* *Electo* & *Archiep.* *Moguntinus* atque *Episcopus* *Wormatiensis* a 1626. ad 1629. & *Henricus* *Contiliarius* *Moguntinus* & *Rhingovæ* *Vicedominus*: genitor iterum Perillustrium Baronum, *Friderici* *Vicedomini* atque *Georgii* *Philippi*, qui *Contiliarius* *Moguntinus*, *Electoris* nomine *Kanigitemam* regit, vir multa virtute, doctrina, rerum uti clarus, imprimis Genealogiarum nobilium si quis alius peritissimus, & de meis illius argumenti studiis præclare meritis: multa quoque prole, in qua gentis spes superest, dives.*

Georg.

Frideric.

El. & Mo.

gunt

Georg.

Philippus.

Scutum

§. 111. Scutum exhibet *Schmach. Wavens* P. 1. pag. 123. sed areolarum inverso ordine: nam in quadripartito chypso prima & quarta area transverse secta, cujus superior pars argentea est, inferior calceina, continet octo sceptris illustratam in medio cœcinitia & in crucem & decussim disposita ex auro: quæ tertia gentilis est. Secunda & tertia areola nigra exaratur baltheo argenteo dextro vel sinistro: quo symbolo designari intelligo *Ippelbrunn* seu *Ipelbrunn*, ex qua Irmgardis Friderico equit, qui 1398. 1417. vixit, nupsit.

Ipelbrunn

Apex.

§. 1v. Galeam unguibus premit *pes gryphus* aureus, (qui apex ad nomen alludit) superius nigris vel potius cartuleis & argenteis plumis ornatus. *Sclm.* vocat *Wusch*. Lacinie sunt hinc aureæ & cartuleæ, isthinc nigre & argenteæ.

CAPUT XXII.

Com. ab Hardeck.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|------------------------|
| 1. Familia ex Prueschenkii. Prueschenku de Lindenhofen; | 6. Com. Mueckind. |
| 2. Altera linea Bar. de Stettenberg. Com. ab Hardeck; | 7. Baron. Stettenberg. |
| 3. Scutum. | 8. Dom. Creuzen. |
| 4. Comitatus Hardeck in aliquot familiis. Burggrav. Magdeburg. | 9. Gales. |
| 5. Com. Glacensis. Variæ mutationes circa eum. | 10. Scutum recentius. |
| | 11. Recleneck. famul. |
| | 12. Pruedeneck. |
| | 13. Status immediatus. |
| | 14. Tituli. |

§. I.

PRIMAM Illustrissimæ Hardecke familiar originem refert Celeb. P. Bucel. Germ. T. III. Familia ex Prueschenkii.
 ad Sigerlum Prueschenck, vel ut Lazius scribit de mag. gent. L. 6. p. 212. Brueschenck ex Prueschenkii.
 nobilem Styrum, qui sub Henrico IV. circa 1069. & 1121. claruit, generitq; ex Eva Grotin Alberonom, patrem ex Margareta de Pierzenau Fridericus, hunc ex Brigitta de Rosenhart Stephani Prueschenck, cujus circa 1195. & 1204. memoria est: Huic tres assignantur filii Leopoldus, Henricus & Ruegerus, ex quibus duo posteriores duarum linearum sunt autores. Ruegerus natu minor pater fuit Rudh, ex Burgegavi in Freyenstein circa 1224. Cujus nepotes Vhicus & Fridericus in comitatu vendidit 1333. Fridericus abnepos, relicta Austria militatum in Bavariam concessit 1403. inde in superio- Prueschenck de Lindenhofen.
 rem Palatinatum, ubi Lindenhofen civit: ex quo tota protapia Nobilissima stirpis Prueschenckiorum de Lindenhofen, in quadu claruit, tum meritis & officiorum, quæ sub Sereniss. Saxonica domo cum honore gessit, dignitate illustris Zacharius Prueschenck de Lindenhofen.

§. II. Ad sublimiorem fortunæ gradum exalta est posteritas alterius Stephani Altera li-
nea Bar. de
Stetten-
berg.
 filii Honæ Prueschenck, cujus filius Henricus fuit Domini de Stubenberg maritus, qui-
 bus parentibus geniti Henricus Du. Castri Hymburg & Viduanus, qui avuncus Alberti.
 (qui sæpe ejus opera in legationibus usus) primus gentem exulit. vid. Laz. A. I. & con-
 jugem habuit Annam Comitum Hardeckiam ex Burgegaviis Jagellonicis: his genitus
 Iodocus seu Iobst, hoc iterum Vhicus, parens Henrici Domini in Steinsdorf, qui iterum fi-
 lium habuit Iohannem seu Iobst, genitorem Baldisarib prælati in Mureck Styriæ inferio-
 rioris & Stephani Domini in Stettenberg, qui filios reliquit Symoniam & Henricum,
 utrunque Fridericus IV. ad individiam usque multorum gratiosum, quorum ille supre-
 mus aulae Marceallus, hic etiam Maximilian Imperatoris Consiliarius, Camera-
 rius & bello Mediolanensi Dux fuit, uterque autem Barones in Stettenberg & demum
 Comites in Hardeck creati, de quo comitatu investitura 1394. in comitis Worma-
 tiensis collata est. Filios Henricus inter alios habuit Iohannem, Vhicum & Iulium. Com. ab
Hardeck.
 iste Camera Imperialis præfès ~~erat~~ exiit, illius posteritas in tertia generatione de-
 fecit: Iulii durabilior fuit. Quamvis enim inter filios ejus Iulius, qui Salinsburg ar-
 cem condidit, caelebs manserit, Ferdinandus & Vhicus non nisi filias post se relique-
 rint, Sigismundus & Bernhardi filii sine macula prole detecerunt, Henricus tamen Geor-
 gium Fridericum reliquit, communem patrem Illustrissimum H. Hardeckiorum, qui ho-
 die superant, ex duobus filijs Iulio & Philippo duabus lineis protatis.

§. III. Quod vero insignia gentis attinet, non uno tempore illa scuto uti solita Scutum
 est: confidendum pro more primum illud, quod Samacheros dicitur Wapenb.
 P. 1. p. 15. & nunc etiam in usi est. Id veto quadrupertitum dici potest, prima regio-
 ne in duas iterum subdivisa: In primo ergo quadrante, eiusque latere dextro *caruleo*
leo aureus colum in ejusdem metallo tenet: sinistram partem cingunt cornu cervi &
rubi balibæ pueri (ali malunt duos tantum auro tincti.) Secundus quadrans denuo
*bipertitus est, sed ut non nisi unam tessellam constituat: in latere priori *coeruleo* exten-*
ditur aquila argentea, in posteriori iterum argenteo duo sunt palii rubri. Tertius qua-
drans argenteus aquilam expansam detert (præter regulas artis) auro insignem.
 Quarta

Quarta regio *argentea cruce* insignitur *rubra marginem usquam continente* alio (e) His quadrantibus imponitur *parvula inedia* necum *quadrinquetta*, *aurea prima* & *quarta aurea rubrum orbem*, *globum seu byzantinum numum deferente*, *secunda* *tertia* & *quarta* *resillosa*, *quaternis rubris*, *quinque vero argenteis*.

Comitat.
Hardeck
in aliquo
familias.

§. IV. Horum laterculorum rationes si investigemus, *leo cum columna* inter *Hildeceum* in *Austria* comitatum. Hunc non in una gente habuisse repeti. Hic est in *Comitatu a Pleien* ditione, ut videre est apud *Henning. Theatr. T. III. P. 1. p. 322.* ubi mentionem facit *Bernardus C. de Pleien & Hardeck* circa 1070. necum *Lutoldo III.* qui in *Austria* castra *Hardeck*, *Terrapuro* & *Zimmam* possederit, cuius filius *Lupoldus* & nepos *Lutoldus II.* iterum *Comites de Pleien & Hardeck* vocantur: hic ex *Conrado* nilio nepotes habuit *Conradum* & *Ottomem* *Comites in Pleien & Hardeck*, qui sine liberis in bello *Hungarico* perierit circa 1262. *Ottomnis* autem uxor *Ursula burgis Helfensteinia* dicitur ad secundum maritum *Leopoldum de Rabenstein* & *alidhona* transiisse. Quod & memorat *Laz. de migr. gent. L. 8. p. 127.* his verbis: *Quae secundis nuptiis Berchtoldo à Rabenstein & Burggraviarum Magdeburgensium cognito se conjunxerat, unde Burggravius Magdeburgensis Comes Henricus in Austria processit.* Cum his non satis conciliare possum, quae *Cyriacus Sincensis* in *Austria* processit. Nam inter *Burggravios Burchardum IV.* vocat *Dn. Querfurti & Comitem Hardecke*, quem exceperit frater *Burchardus I.* ad annum 1249. Quo tamen, ut ex *Henningio* audivimus, adhuc *Pleicensis* superabant. *Burchardus IV.* filium *Burchardum Pleienrum* vocat *Nob. Dn. de Querfurt, C. de Mansfeld & Hardeck.* Post hos 1130. *Burchardum* enumerat *C. Hardecke*, & post eum filium *Joannem*, cui *Rudolphus Elector Saxoniae* cum *filia Burggraviatum* dedit, ea conditione, ut reverteretur ad *Saxoniam* domum, si ex matrimonio non essent liberi: hanc conditionem extitisse *Saxones* restantur: atque ita ad eos *Burggraviatus* rediit, à quo ab *Imp. Sigismundo* hucusque investiti sunt. *Laz. de migr. Rom. f. 7. c. 7.* *Joannem Hardecke* memorato filio datur (forte ex alia uxore) *Joannem* & *Bertholdum*, ex illo *Joannes III.* hoc natus *Michael Com. Hardeckis*, qui omnes ut & *Burchardus Hardeckis*, iudex *anticus Caroli IV.* 1366. *Burggravius Magdeburgici* salutati sunt. Ultimus vero hinc *Michael* decessit 1474. qui etiam *Austriacae* *Marescallus* fuerat. Unde, quod §. 2. diximus, haec familia in *Comitatu Wormatiensibus* de *Comitatu Hardecke* investita est, & hunc primarium suum titulum, *Præfectoriorum* veteri nomine abolito, retinuit. Potro primorum *Comitum* *in Bavaria* fuerat *Anna C. Hardecke* ex *Magdeburgicis* *Burggravis*. Si consulamus *Harmelmann.* de *fam. emort. L. 2. p. 119.* ille aliam plane arcem allegat *Hardeck* in ditione & terra *Göttingensi*, in eo loco, ubi nunc est *opidum* & *arx Hardehus*: addit *Ties Burchardus nobilis Dominus de Querworde & Burggravius in Magdeburg* *quod dicitur* *Dominos vel Comites in Hardeck*: quod nonnulli hoc *Hardeck* putent, quod demum distinguit ab *Austriaco*. Iterum *pag. 138.* mentionem facit belli inter *Comites de Hardeck & Ndeck*, quorum hoc etiam in terra *Göttingensi*. Iterum *p. 146.* memorat, per ultimam *Comitis in Hardeck* filiam *Hardeffen & Horst* pervenisse ad *nobiles de Roserf.* Cogitare de istis doctores.

Burggrav.
Magde-
burg.

§. V. *Balthardiagonales sinistri* denotant *Comitatum Glaciensem* in *Silesia* (conf. *Silmach. Bap. P. 2. pag. 22.* ubi tamen *dexteri* pinguntur.) Hunc *Beleslaus* ex *Piafsteis Dux Montiberburgis* 1322. vel 1326. *Joanni R. Bohemae* vendidit, quod principium fuit potestatis *Bohemorum* in *Silesiam*. Reddidit quidem ei *comitatum Carolus IV.* filius ad dies vitæ, sed ut *Bohemiam* coronæ subderetur. Posthæc 1462. *Giesbertus Podiebrada* filii *Victorinus & Henricus* a *Friderico IV.* 1462. quem obsidione liberaverant, *Comite. Glaciensis* & *Principes Montiberburgici* creantur. Ab *Henrico* tunc, inter *quo Alberto* obtigerat, *comitatum* hunc emisse videtur *Ulricus Comes Hardeckis*, qui *fratrem eorum Zedenam* seu *Sidoniam uxorem* habebat, & quidem *emissionis* annus 1500. pretium 60000. *flor.* denotantur in *geneal. Nic. I. Rittershusii*. Eundem *comitatum* *Christophorus Comes Joannis* filius 1517. *Bertrando Austriaco* vendidit: à quo eundem suo tibi are comparavit *Ernestus Elector Archiepiscopus Saluburgicus* & *Episcopus Passaviensis*, qui *Episcopatu* *abdicato* in eum ipse

C. Glaciens.
sis.

Variz mu-
tationes
circa eum.

ipse concessit, ac ibi vitam suam 1560. terminavit. Latereulus autem pristinae possessionis memoriam familiae conservat.

§. vi. Proxima area, quae hunc *aquilam*, isthinc deserta *palos*, notat *Machlan-*^{C. Mach-}
dam (das *Machlands wirthel ob der Eng.*) Prioribus haec eadem tessera est cum
ea, quae in seuto Austriaco (vid. L. 1. c. 9. num. 72.) *Principatum supra Anasum* nota-
bat, nisi quod illa aquila nigra in auro apparet. Est vero haec *Machlandia* Austriae
illius supra Anasum pars Bohemiae proxima, cujus metropolis *Freystadum*. Habuit
ea suos Comites ex *Burggravis Ratisponensibus* descendentes, & Piceicibus Hardec-
cius sanguine junctos. Illos videre licet apud *Lizsum de migr. gent. l. 7. p. 319. 320.* Ubi
memorat ultimo *Fridericum* in terra sancta inortuo Lupoldum VI. D. Austriae ab Im-
perio feudum obtinuisse. Hunc comitatum etiam beneficio Imperatorum hi Comites
obtinere.

§. vii. *Aurea aquila in solo argenteo* notat Baroniam *Stettenberg*: quae jam in ^{Bar. Stet-}
potestate Stephani simile apparet, cujus filii Sigismundus & Henricus *Baronum* hoc
titulo insigniti sunt.

§. viii. Crux ultimae areolae notat Dominium *Creutzen* in superiori Austria si-^{Dn. Creu-}
tum, quod tamen quando acquisiverint, non observavi. Sed mediae parmulae tesseras
explicare non integrum est.

§. ix. Hunc clypeum premunt quatuor cassides: *Prima* coronata sustinet alam
argenteam baltheo dextro aureo exaratum, cum lacinus ejusdem tinctura: ex *altera*
coronata expanditur jugum alarum baltheis, hunc dextris, isthinc sinistris rubeis &
aureis exaratarum: Lacinae etiam sunt ex cocco & auro. *Tertia* insitit tabula septan-
gula, (en *schirm*) typo scutario duplici quadrantis secundi impressa, angulis orna-
tis singulis pennis pavoninis. Phalerae dependent argenteae & rubrae. *Quarta* coro-
nata cassiterum premitur jugo alatum complicato, cum typo superiori parte primi
& extremi, inferiori secundi & tertii alveoli medi scuti: *Lacinae* sunt ex argenteo
& minio.

§. x. Haec *diademata* sunt insignium, qualia apud Sibmacherum extant, & quae ^{Scutum}
nunc etiam in usu esse, aliunde sum monitus. Aibi tamen memini, diversam non-
nihil dispositionem vidisse: ut caput quidem scuti plane idem esset, quod modo
contemplati fuimus: pedis etiam areolae aquilam & crucem referrent, nisi quod haec
lilia pingebatur: alii inter has infimas areolas interciperetur (en *gezwirff*) alia
triquetra rubea cum brachio armato ex sinistro latere procedente, & vel evagna-
tum gladium vel potius clavam militarem (en *Dissel*) quae argento tingebatur:
tum loco mediae parmulae supra descriptae inferebatur alia argentea cum ave nigra
sed maculis intertexta, rubeis rostro & pedibus, insidente tricipiti collicu-
to viridi.

§. xi. Brachium armatum designat familiam *Reicheneck*, ex qua tria matri-^{Reichen-}
monia Hardeciorum vel potius *Prueschenekiorum* lego: *Henricus* & *Elisabetha* de ^{ex. famul.}
Reicheneck, circa 1219. *Vrta* & *Brgitta* circa 1345. *St. hani* & *Margareta* circa 1480.
quarum haec primorum Comitum Hardeciorum mater, ista abavia, illa tritavi
avia fuit.

§. xii. Avis nigra *Prueschenekiorum* vetus fuit tessera, quae deinceps reliquis lo-^{Prue-}
cum fecit, aliquando tamen origini testanda resumta fuit. ^{schneck.}

§. xiii. Eos quondam *immediate* subjectos impetio fuisse oportet, cum in *m.* ^{Status im-}
tricula Imperii legantur, & certus modus contributionis assignatus sit, vid. *Zeit. in.*
Germ. P. 2. p. 23. Sed eorum mentio fiat in *Constitut. Caroli I.* de anno 1529. §. *Graffen*
persönlich. Sed deinceps à domo Austriae sine onere exempti sunt.

§. xiv. Ad titulos solemnnes etiam referendum est, quod vocantur *hereditarii* ^{Titul:}
pinerna Austria, nec non Styria Dapiferi hereditarii.

CAPUT XXIII.

Landgravii Hassiæ.

ARGUMENTUM.

1. Familia. Ex Brabantinis. Sophiæ controversia. Compositio. Lineæ Castellana, Darmstadtina.
2. Scutum Castellane. Hirschfeld, Abbatia. Principatus pace Monasteriensi cessio.
3. Comitatus Ziegenhain. Ad Hassos.
4. Com. Caimelbocensis. Trinita. Successio.
5. Controversia cum Nassovis. Decisio.
6. Com. Diez. Hered. ad Nassovos. Caimelbocicos. Hassos.
7. Com. Nidda. An eadem familia cum Ziegenhain?
8. UrUCA Schauenburgica.
9. Familia.
10. Comitatus ad Hassos translatus.
11. Leo Hassiacus. Differentia à Thuringis.
12. Brabantinus leo cur non assumitur? Meritum iniquitatis exemplis ostensus.
13. Scutum lineæ Darmstadtina. Falsæenburgica. Quomodo ad Hassiatam avocum?
14. Gales.
15. Tituli.
16. Eppstein, Domini & Comes, ad Hassos.
17. Iter. Ad Moguntinos & Hassos: Waldenses. Wolfi de Cautenberg.
18. Pless. Famil. Origo de Schauenburg. Testera. Successio ad Hassos.
19. Franckenstein. Ex Hennebergis.
20. Scutum Cardinalis Hassiæ. Al. Prætorius Joannicus. Episcop. Uratolava. Silesia.
21. Scutum Hassiacum carmine illustratum.

§. I.

Familia

Serenissimi Hassiæ Landgraviæ, quod alibi in Sylloge Genealogica fusius executi sumus, originem sumunt ex Brabantinis Ducibus, familia quæ non una affinitate Carolidarum genti, cum in flore esset, conjuncta fuit, atque adeo nulli alii antiquitate & illustri splendore cedit. Ex Brabantinis vero Dux Henricus II. cognomento Magnanimus post Mariam Philippum Imperatoris & Irenes Angeli Constantinopolitanæ filiam Henricum III. à quo reliqui Brabantini Duces propagati sunt, cognomen puer hunc stirpi ortum dedit. Cæterum Thuringiæ Landgraviæ, ex quibus ejus mater, ad Ludovicum quandam Babatum Caroli, ex Caroli M. posteris, Lotharingiæ Ducis filium, genus referebant, & in Henrico Sophiæ patruo, qui adversus Fridericum II. Imperium Papæ jussu attingit, defecere. Hujus morte controversia inter Sophiam & ejus amittimum Henricum illustrem Hassiæ Marchionem, cui præter jus maternum ab Imperatore expectativa data erat, nata est: & ex controversia bellum. Deum ita res compositæ, ut successiones inter domos has pacto inito, Thuringiæ pars Orientalis in Minorum potestate maneret, Occidentalem vel Hassiam Sophia & Henricus haberet: atque ita hæc ad posteros translata est, & quod deinceps videbimus non una accessione crevit. Porro in Philippo Magnanimo, cujus memoriam & elogium superioris seculi annales nunquam intermori sinit, filius in duos ramos stirpis hæc se diffudit. A Wilhelmo primogenito ortus est Castellanus, quem vocant, à Georgio Darmstadtino, appellatione ab habitatione desumpta. Illus Princeps est Serenissimus Landgravius Carolus qui a matre proximo anno susceptum regimen gerit. Hujus verò Serenissimus Landgravius Ernestus Ludovicus, qui cum fratribus tublaudatissima Serenissima Parentis cura in spem publicam adolescit. Utriusque rami sunt, illius Reinoldus, hujus vero Hombergus, sed eisdem chæris stirpis suæ uti solent.

Scutum.

Castellane.

§. II. In *Silvach. Wapenb.* P. I. pag. 8. videre licet insignia, quibus ante hæc domus usa est: nunc vero æctus est arcuum numerus, Castellana linea scutum temel perpendiculariter, bistransverse fecit, imposita toti scuto in media regione alia parmula. Primus caput laterculus argenteus crucem duplicem, ad modum Archiepiscopalis crucis cingit, & immo tinctam comprehendit. Hoc simbolo Hirschfeld notatur, contermina Buchonia, Ziegenhain & inferiori Hassiæ Abbatia Wapenb. P. I. pag. 13. In civitate Hirschfeld (seu Heroldsham hoc nomen seu Heersf. I. ab exercitu derivatum videmus) 77. Abbatia Benedictina fundata, & ditio partim à Bonifacio Moguntino emta, partim à Thuringis & Hassis attributa est. Fam etiam Pippinus & Carolus Magnus, cujus præceptor Alcuinus ibi situs est, multis beneficiis ornarunt.

Abbas

Abbas primus fuit *Lullus*. Tertius *Bruno* à Ludovico pio 845. privilegia insignia obtinuit. Ex frequentibus Abbatibus plures ad Episcopatus promoti, *Dietrichus* jun. ad Hildeshheimium, *Burchardus* ad Halberstadensem, *Gothardus* 1013. ad Hildeshheimium, *Bardo Germanus* *Christomus* dictus ad Moguntinum, *Rudolphus* 1035. ad Paderbornensem: Quadragesimus septimus numeratur *Reinardus* de Boineburg, qui pietate & de Abbacia pluribus meritis commendatur. 1169. Abbas *Micheal Gymasio* Hirschfeldam ornavit. Demum postquam *Abbatia* aliquandiu a Principibus Hassie administrata fuerat, deinceps *Principatus* nomen induit, & in pace *Monasterii* *Omnabrug* 1648 Domui Hassiæ illis verbis transcripta est: *Secundo domus Hassie Castellana, & jus, successores Abbatiæ Hirschfeldensem cum omnibus ad pertinentibus secularibus & Ecclesiasticis, seu intra seu extra territorium (ut præpositura Gellingen) situs (Salz tamon jaribus, quæ domus Saxoniæ a tempore immemoriali possidet) retineant, & eo nomine investituram à Cæsarea Majestate, toties quoties casus evenit, petant & fidelitatem præstent.*

Principatus ex pace
Monasterii
enfi.

§. 111. In alterius quadræ, quæ transversè fecatur, parte superiori *nigra stella aurea* fulget, inferiori parte *auro puro* tincta. Hoc à *1722* amplissimum Comitatum *Ziegenhainium* (*Wapenb. P. 2. p. 20*) ad quem *Ranshenburg, Gemuda, ea nob. Husna* (olim Comitum conditorium, nunc xenodochium) *Nuckirch, Ziegenham, Treysa, Schwarzzenborn* spectant, designat. Erroneum est, eum Comitatum huc *Cyr. Spangemb. Adelsiv. Pat. 2. lib. 12. c. 57. p. 325.* duas rubreas stellas tribui in llyceo nigro. Comitatus ejus *Dilich. Chron. Hist. P. 1. p. 91. & 92.* deducit a Ludovici terræ *Landgravii Thurinziæ* filio *Friderico*, qui primus Comes ejus 1173. in divisione factus est. Eo nati *Godfridus & Fridericus*, illo *Henricus, Ludovicus senior & Garicus*, pater *Ludovici junioris & Rudolphi: Henricus* filios præter alios habuit *Papponem* Comitem *Reichenbaccensem*, cuius filius *Ætius* ad agnatos remittit successorem, & *Godfredum* patrem *Burchardi* Archiepiscopi *Salisburgensis*, & *Godfridi III. Com.* qui obiit 1270. Hoc nati *Godofredus Contentiosus & Bertholdus*, illo *Isannes*, qui *Niddanum* comitatum crevit, pater *Engelhardi & Joannis*, quo iterum natus *Godofredus I.* pater *Isannes, Ottonis* Archiepiscopi *Treventis* 1319. qui vir insignis, quod clerum reformare anniteretur, multorum odia incurrit, & fortissimè perit, *Godofredi II. & Sigmundi*. Ex his *Godofredus*, qui 1425. deceffit, ex Episcopata Comite reliquit *Isannem* Comitem ultimum, virum stupendi roboris. Hoc 1453. defuncto Comitatum cum *Niddano* Lu-

Comitatus
Ziegenhain.

Ad Hassie

dovicus *Landgravius Hassie* obtinuit. Contradiebant *Hohenloer* successioni, quia *Elisabetha Ziegenhainensis* *Ulrico* Comiti *Hanoico* nupta *Elisabetham* genuerat, *Alberti C. Hohenloer* uxorem, hujus ergo filii successorem *Ziegenhainensem* quaerere. *Controversia* ad nepotes usque duravit, demum in Comitibus *Wormatiensibus* terminata est, *Hassiorum*, qui Comitatum retinebant, conmodo. Alii verò memorent, *Joannem* prædictum jam 1425. Comitatum *Ludovico* vendidisse, sed servatò sibi usufructu. *Cyr. Spangemb. Adelsiv. P. 1. L. 12. c. 16. p. 302. b. na* refert, penes quem fides esto. *Graf Johann von Ziegenham und Nidda* der letzte dieses geschlechtes / hatte einen Kaufmann großes gut auf der stadt nehmen lassen: Als nun derselbe Kaufmann mit vielen ansuchen / bitten und stehen marts wider bekommen konte / wartet er der gelegenheit / das Landgraf Ludwig (als er mit gelobten land gewesen) auf der wieder reffe gen *Venedig* am. Da er nun daj selbst den Grafen Johann bey sich hatte / sprach ihn der Kaufmann ernstlich an / und wieder ersuchen das bey erwanden guts / und der ansuch / lauffen schäden / mit betrohung / da er ihn dessen mcht alsbald befriedigen wolte / solches an die Obrigkeit zu *Venedig* gelangen zu lassen / und siebenmaes recht wider ihn zu begehren. Da nun Landgraf Ludwig diesen ernst vermercket / schlug er sich in handel / und erstatter dem Kaufmann seinen verlust / doch musste der Graf ihm die Grafenschaft *Ziegenham* dafür verschreiben / darnach gab er dem Grafen vollens so viel heraus / und verahnde sich mit demselben / das / weil er keine Leibes erben hatte / er und sein gemahl (die eine von *Waldeck* war) die zeit ihres lebens die Grafenschaft mit haben / und / doch weiter unbeschworer / gebrauchen solten / darnach solte sie an dessen fallen / wie auch geschehen. *Wiewol die Grafen von Hohenloh auch daran anspruch haben*

wolten/ward doch selches endlich zu Worms anno 1495. verglichen/und diegenham hieselben zugeprochen. In Chron. MS. Waldece. Præterea legimus, A. Landgravium Landgravium etiam *Ottom Waldeceo* Comiti, cujus avia fuerat *Anna de Rhannensis*, ob resignationem Comitatum Niddani & Ziegenhami 10. annis in annos confirmasse. Ex quo quis colligat, omnibus satisfactum fuisse, qui in Comitatum aliquid juris atterebant.

C. Catimelhocensis. §. IV. Area proxima aurea parvum, sed erecto situ, rubeum cum corona cernitur continet, designando comitatu *Catimelhocensi* seu *Cazenelbogen*. Amplissimus hic Comitatus fuit, & ipsi Comites ante hac celeberrimi. Primum eorum legimus 1272. notatum *Wolfgangum*, qui dein ludis equestribus Magdeburgicis & Constantiensibus interfuit. Hujus pronepos constituitur *Reinhardus* ex Abbate *Lamburgo* 1192. *Episcopus Spirensis*: hujus frater *Wolfgangus* pronepotem habuit *Wilhelmum* *Hermani* Landgravi ad certius *Philippum* & *Ottonem* IV. Augustos paratitamp. atrem *Dieterici* & *Wilhelm* III. quorum hic *Reichenberg*, ille *Rheinfels* 1246. impolit. contra Rhenanarum civitatum voluntatem telonio, ob quod 1255. arx fuerat obfessæ, condidit. Ab utroque lineæ. Ex *Dieterici* posteris *Wilhelmus* & *Eberhardus* fratres, ille *Burgheze* *Albach*, hic *Dornburg* condidit. Illius vero filii lineam terminantur. *Wilhelm* III. pronepos *Theodoricus* circa 1330. filios habuit *Joannem* II. & *Friedricum*, unde denuo rami; ramus *Friedrici* exaruit in *Wolfgang* seniore, cujus filia agnata ex *Joannis* linea *Wolfgang* juniori nupta fuit, mater *Philippi* senioris, avia *Philippi* junioris, cum quibus *Philippo* hoc 1453. & post eum patre 1479. extinctis familia defecit. Heres *Philippi* filia *Anna* *Henrico* Landgravo *Hassie* nupta successione attulit. His parentibus nati *Wilhelmus*, *Mechildis*, *Elisabetha*. Mortuo vero sine liberis *Wilhelmo* agnati familiariter lege & certo pacto, non in ea tantum bona, quæ à patre & avita hic possederat, sed & in materna recens acquisita successere.

Controversia cum Nassovis. §. V. Contradixere successioni *Clouenses* & *Nassovis*, cum *Henrici* filia *Mathildis* *Joanni* *Duci* *Chivix* & *Elisabetha* *Joanni* *Comiti* *Nassovis* ex *Dillenburgerii* ramo nupsissent, inde imprimis inter *Nassovios*, quibus *Clou* jus vendidere, & *Hassiacos* jura actum est. (De controversia scripsit *Molin. consil. 17. Joh. Bapt. Cesar. L. 2. consil. illustr. Oldendorp. conf. 5. vol. 2. Simon. Pistoris apud Mod. Pistoris. 10. vol. 1. Rittersh. de Feud. 16. n. 20.*) Et quidem 1548. pro illis pronunciatum est, apud *Sleidanium* Lib. 21 p. 642. Sed 1552. in *Passirenensi* transactione apud eundem Lib. 24. pag. 784. inter articulos ille etiam fuit: *Ut quæ Landgravo est cum Nassovis Comitæ de ditione Cattorum controversia recognoscatur per Principes Electores, & ab eis etiam, quos ad eam rem designabunt tum reus tum actor: Ex his deinde Casar delegat VI. qui summam rei tractent, sic tamen, ut bicario causa definitur.* Nec tamen breviori illo termino decidi potuit, sed 1557. res composita est. Rem ita narrat *Thuan.* Lib. 19. p. m. 863. *Francofurti ad Menum per delegatos Principes ac iudices, Ottonem Henricum & Augustum Septemvros, Wilhelmum Carvensem & alios controversia de Cattorum Melibocorum ditione, quæ jam amplius L. annis agitata fuerat, inter Nassovios & Hassie Principes annuè composita est: Philippo Hesso Comitatum Cattorum retinente & Wilhelmo Aransensi Principi 600000. aureos exsolvente, & Comitatum Diezensem pro 150000. reddente. Tituli vero & insignia utrique communia esse jussa sunt.*

Decisio. §. VI. Quarta area rubra duos leones gradientes vel pardos aureos continet, lingua & faucibus caruleis. Diezensis Comitatus ad utramque Lani ripam situs, ab oppido *Diez*, quod intra mœnia duas rupes, (utraque arcem insignem sustinet,) domus fortitus, & cum 1388. *Gerlacus* ultimus Comes mortuus esset. Comitatus aureus *Diez* a *Waldene* *Grasshaff* *Dilich* *Chron. Hass. 1. p. 48.* dictus, hoc hieroglyphico designatur. Habuit ille suos Comites peculiare, quorum tamen plenam deductionem non vidi; ultimus fuit *Gerlacus*, filius *Gerhardi* Comitis, qui 1368. vixerat: *Gerlacus* filiam reliquit *Lutam*, quæ *Adolpho* *C. Nassovio*, filio *Joannis* & fratri *Engelberti*, a quo *Arausionentes* & *Dillenburgerii* descenderunt, nupta Comitatum *Diezensem* attulit: hic cum fratri *Engelberto* oppignoravit, & eum in communionem tituli admittit. Unde cum *Adolphus* non nisi filiam *Lutam* reliquisset, *Godofredo* *Dn. Eppstemio* nuptam, post ejus mortem inter hunc & *Engelbertum* his orta est, quæ 1440. in hunc modum composita, ut Comitatus medietas ad *Eppstemios*, altera ad *Nassovios* spectaret. Unde

C. Diez. *Godofredo*

Godofredum ultimum illius lineæ, *Comitem Diezium* cognominatum legi. Hic vel ^{Carimeli-} ^{boos.} pater ipsius Godofredus suam *Dieziam* partem Comiti Catimelbocenti oppignora- vit. Nam cum prius inter Archiepiscopum Trevirensium Jacobum & Philippum Comitem Cazenebogiū atque Godofredum Eppstemium tractatum fuisset, ut Elector utriusque quartam Comitatus partem feudo concederet, neuti etiam 1457. Phi- lippus de feudo investitus est; Godofredus ilico Philippo suam quartam 3000. au- reis oppignoravit. Atque ita medietas Diezia partim tanquam vetus feudum, partim iure hypothecario ad Catimelbocentes pervenit. Iterum 1449. Henricus fœdero Philippo suam partem Dieziam 18000. aureis oppignoraverat. Cum 1479. familia Catimelbocensis defecisset, cum reliquis bonis hæc etiam Diezia ad Hassos translata ^{Hassos.} est, atque ita eodem anno Henricus Landgravius investituram de quarta illa Diezia & Catimelbocensium ditionibus accepit, nec non filius ejus 1488. Iterum 1500. atque 1506. Wilhelmus medius, regentes Principatus quoque 1514. & Philippus Landgra- vius 1533. 1541. & 1555. Tandem in compositione controversiæ Catimelbocæ Diezia si- mul comprehensa fuit, & quarta pars Nalbovis cum communiōne tituli cesia. Un- de 1558. primum in literis Hassorum feudibus ea quarta omitti cepit.

§. vii. Laterculus in ima regione dexter ex *nigro & auro transverse seltus* in ^{C. Nidda.} *superiori parte nigricante stellis duabus aureis* (in *Wapenb.* P. 1. pag. 8. argento tin- guntur, sed nobiliori metallo *Wapenb.* P. 3. pag. 40.) superbit. Signum est Comita- tus *Nydenfis* seu *Niddani*, qui cum *Ziegenharnensi* simul in familiam allatus est. Por- ^{An eadem} ^{famil cum} ^{Zegen-} ^{harn.} hoc atque *Ziegenharnenses* & *Niddani* Comites omnino ejusdem familiæ fuisse ba- dicendi sint? Quo casu differentia unius & duarum stellarum distinctioni servaret inter lineas: quæ exempla discerniculorum loco alleg. P. 1. c. 8. dedimus. Sane *Dr- lich. Chron. Hass.* P. 1. p. 92. memorat, *Engelbardum* ultimum Comitem *Niddanum* 1329. decessisse, & ob hoc comitatum *Ziegenharnis* obvigisse, quod ex eadem stir- pe fuissent.

§. viii. Ultima arcola *coccinea urticam eudentem* exhibet. Aliis terminis ex ^{Urtica} ^{Schaum-} ^{burgia.} primere placuit *Chiffletio* Eq. A. V. insign. 160. cum ita describit: *Tres oculi flores, o- tidemque urticae folia argentea trianguloviter coccinea in corde laterculi coccinei sen- tulo argenteo impresso.* In quo valde ialitur, de urtica enim conitans familiæ est sen- tentia. Caterum de hæc tætera, quæ de *Holfatiam* & *Schaumburgum* comitatum no- tat, quod satis esse potest egimus L. 1. c. 86. num. 6. contet *Schmach. Wapenb.* P. 1. pag. 18.

§. ix. Porro *Schaumburgicam* familiam quod concernit, ea ex nobilibus de *San-* ^{Familia.} *dersleben* orta fortune initia debuit *Brunoni* Episcopo *Mindansi*, cuius fratrem *Adolphum* 1030. vel 1032. *Conradus II.* Imperator *Schaumburgicum* Comitatum constituit. Hic a us alterius *Adolphi* fuit, qui primus a *Lothario* Imp. *Holfatia* Comitatum nactus est. Quod *Holfatia* successionem attinet, de ea & loc. alleg. L. 1. c. 86. & in descriptione *Danici* regii clypei agitur. Nam *Adolpho* 1159. exuncto illa ad *Odenburgiam* fami- liam transiit, excluso agnato *Ottone* *Schaumburgi* Comite, qui demum accepto pretio cessit sua præsentione. Hujus posteritas duravit ad nostram memoriam, ul- timo *Ottone* 1640. vivis exento, cum prius familiæ beneficio *Ferdinandi II.* Augusti, axioma *Principale* accessisset, quo *Ernestus* gavitus est, sed ^{transiit.}

§. x. In pace *Olinaburgensi* & *Monasteriensi* istis verbis ad *Haliacam* fami- ^{Comita-} ^{tus ad} ^{Halles} ^{translatu.} liam hic comitatus translatus est. *Tertio: Ins directi & utrius Domini in Præfecturas* *Schaumburg, Buckenburg, Saxenbogen & Statthagen, Episcopatus Mindano antiche as- fertum & adjudicatum porro ad Dn. I. Wilhelmum, modernum Hassie Landgravium, ejusque successores plenarie in perpetuum citra anteriorem dicti Episcopatus, aut alterius cujusvis contradietionem aut inhibitionem pertineat: salva tamen transiitione inter Christannum Ludovicum Ducem Brunsvico-Lunenburgensem & Hassie Landgravius, Phi- lippumque Comitem de Lippe inter. firma etiam manente, quæ inter eandem Landgra- viam & dictam Comitem inter est, contentione, quatenus Cesareæ Majestati & Sa- cro Romano Imperio non præjudicat. Unde hoc nomine in Collegio Comitum Saxonie & Westphalie in comitibus Imperii, nec non in dietis circuli Westphalie, Serenissima Domus suam servat locum.*

Leo Hat-
facus.Differen-
tia à Thü-
ringico.

§. XI. Hicce areolis incumbit media parmula *caerulea*, in qua salit *leocochinus* decem *tamis* *transversis argenteis & rubris* distinctus. (Frustra est *M. G. B. de l'Arms* p. d'arm. P. 2. p. 276. cum leonem hunc argenteo solo tingit, eique quam tenent *leocochinus* Saxon. l. 1. n. 2. & infra in cap. de Saxonia repetemus. *Quintus* *Cosmographus* transpositas argenteas & rubeas *tamis*. Mallet ego, leonem *Halsiacum* densis *leocochinis* per hinc pingi ex communi usu, cum *Abbas* & *Sachs* *Thuringico* non nisi *caerulea* inducant. Porro *Hatia* hoc leone (de cujus antiquitate lege, sed cum *judicio*, & apud *Hasing*, extant de *l'Arms* p. 13. 357.) notatur, atque ita primaria hæc areola est. Cur tanta inter hunc & *Thuringicum* leonem convenientia sit, ex illis intelligere a-
cer, quæ §. I. adduximus.

Brabantio-
nus leo cur
non af-
sumus?Aros anti-
quatus
exemplis
ostentus.

§. XII. Porro mirari subeat, cur *Brabantini* leonis nullum hic vestigium: cum §. I. audiverimus, *Brabantinorum* Ducum nostros *Landgravios*, non quidem heredes, nam extincto ramo istorum Ducum altero, Principatus non ad agnatos sed in re *Belgicarum Provinciarum* per feminas in alias domos transit) aut indubios & quidem mascula progenie posteros ac descendentes fuisse, ad quos adeo gestamus il-
lius jus utique spectabat. Veramenimvero uti *Henricum* illum & ejus posteros nemo à leone hoc usurpando atcere potuisset, tanquam paterna & avita tellera, si ea placuisset uti, ita tamen hic, cum *Hatnam* nactus esset, hujus symbolo uti maluit, im-
primis quando eo seculo mos plura in unum scutum combinandi nondum invaluerat: unde prætulit telleram Principatus, quem possidebat, illi, quæ designaret Ducatum in fratris potestate constitutum. Nec exemplo res ea superioribus seculis caruit. Ita *Hermannus Zeringensis*, cum *Judithiam* Com. *Badensem*, ejus ditionis herede-
dem, duxisset, omisso avito leone *Habipurgico* tanquam gentili tellera utitur, nec *Brandenburgica* quadratura *Zollerana*, sed illa facies *Austriaca*, hæc aquila *Marchica*; quamvis antiqua symbola seuris majoribus interant, sed loco posteriori. Ita cum *Joannes Spanheimus* *Adelheidam* heredem *Saynensem* duxisset, ejus ex filio *Joanne* nepotes *Henricus* & *Godfridus* seculo decimo tertio hereditatem partiti sunt, ille *Spanheimum* retinens *Comitatum*, hic *Saynensem*: qui cum posteris *Spanheimum* & titulum & insignia omisit assumptis *Saynensibus*. Non aliter *Philippus Faickensteinus*, cum *Annam Münzenbergicam* heredem duxisset, omisso avito titulo & seuto *Münzenbergico* acquievit. In *Francica* ipsa regia domo, qui ad *Britannia* Ducatum pervenere ex *Drecentibus*, nullum vestigium regionum istorum retinere, sed uti sunt herimonico seuto *Britannico*: sed & ipsi *Drecentis* atque *Curtensis* pro more ejus seculi loco istorum alia assumerunt *Britannica*. Plura adduci possent, sed hæc sufficiant exempla, docendo moti superiorum seculorum, a quo nostra consuetudo aug-
gendis seutorum areolis intenta non nihil abluat.

Scutum
in Darm-
statina.Fasciæ
Isenbur-
gicæ.

§. XIII. Hac seuti dispositione *Cyrellana* linea utitur, nec aliâ *Darmstatina*, nisi quod in hujus clypeo observavi quintam areolam iterum transire se sectam, ut *Niddano* symbolo subjiçiat novum *dyuz*, duas *fascias nigras* solo *argenteo* inferens. Hoc designatur *Isenburgicus Comitatus*: cujus hanc telleram ista duplici titulo ascrivit. Nam *Henricus Comes Isenburgus*, qui 1601. mortuus est, *Hatliacæ* domui præcipua sua bona, die *Drey eich* (Triquetram ditionem) præfectur. *Keiserbach* cum omni superioritate, regalibus & juribus vendidit; cui quidem contractui agnati *Henrici* contraxerunt, causa ad tribunal imperii *Spirense* delata. Denum 1635. ab Imperatore *Ferdinando II.* totus comitatus, quod ad nuncum ex occasione bellicorum motuum recidisse diceretur, *Landgravio Georgio* concessus, & in æstura collata est, cum omni superioritate, regalibus & juribus: Mandatum etiam *Camera*, ut priores lites hac donatione sublata, nec alius *Isenburgi* & *Budingæ* Dominus, quam *Landgravio* agnosceretur: deinum post varia hinc inde, imprimis 1642. *Norimbergæ*, & deinde *Ratisponæ* acta, 1642. transactum, eaque transactio à *V. I. I. Imo Ottone Ludovico Arnoldo*, *Joanne Ludovico*, *Joanne Ernesto C. Isenburgi*, *Maria Magdalena* vidua *Isenburgica*, nec non eorum assistentibus *Ludovico Henrico C. Natlovæ*, *Georgio Dn. Fleckensteinio*, *Georgio Alberto C. Erpachio* subscriptione approbata, ac ab Imperatore *Ferdinando III.* intercessionem *Electorum* confirmata est, ut totus comitatus *Isen-*
burgus

burgiis restitueretur, tribus & dimidio exceptis pagis, reservata Darmstatinis expectativa seu successione in casum deficientium masculorum & utuli jure. Que transactio pluribus articulis comitans 1643. Marpurgi typis publicata est. Hac causa & observanda quali possessionem successione in secuto hoc ^{Q. memo-} ^{do ad illi-} ^{facam} ^{domum?} retinetur. Inde licet Comites in pacificatione *Monasterio-Osnabrugiensi* transactionem castri peterent, jus tamen Iustis suum illis verbis servatum est, que ita sonant: *Comites de Isenburgh gaudeant amnestia generali supra art. 2. & 3. descripta, sub his tamen juribus Domino Georgio Landgravio Hassie vel curvis tertio contra eodem, ut & contra Comites de Hohenfels competentibus.* Quamvis vero in concessione Imperiali *Cassellane* lineæ (cui adversus Imperatorem tum bellum fuit) non mentio fiat, nihilominus eodem jure eadem gaudet, ex pactis familiaræ & contraternitate antiqua inter te & cum Saxonia domo inita, ut etiam ad ea que deinceps acquiruntur bona reliqui, successione jus ex ordine esset. Haec tamen & resera illa & titulo ea linea abstinuit.

§. xiv. Incumbunt huic secuto quinque galeæ. *Mediæ* coronata, *Hassie*æ parmutule respondens, sustinet duo cornua argentea, ex quibus utrinque foliati ramuli prominent. Volunt aliqui myrtillorum fruticetum ramulis huic exhiberi. (vid. *Hæping. de jur. insign. p. 359. 360.*) Que ad *dextram* proxima est, etiam coronata & cauda pavonina superbiens, *Hirschfeldensem* principatum notat; que ad *sinistram* Hassiææ assitit caprum exurgentem alatum nigrum, cornibus & pedibus auteis, alis *Ziegenbainensem* lemmate pictis refert. *Extrema ad dextram* etiam coronata insignis est, & sustinet jugum alatum complicatarum: utraque vero nigra in orbe aureo symbolum *Cattinliboense* repetit. Demum que ad *levam* ultima est, tortili diademate tegitur, & quinque vexillis *Schaumburgicis*, in quibus utriusque singule pinguntur, pro sulco est. Hæc vero vexilla pinguntur, inter duo sceptræ pavonis pennis fastigiata. Alibi loco diadematis tortilis vidi *coronæ spinæ* castidem obtectam: cujus eadem ratio que clavorum in areola *Schaumburgica* credi potest, utpote quibus clavos in passione Christi usurpatos notari volunt. Uti L. i. c. 86. n. 6. 9. vidimus.

§. xv. Titulus Principum, qui illustrando secuto servat, ille est: *Landgravius Hassie, Princeps Hirschfeldæ, Comes Catimelboer, Diezæ, Ziegenbainæ, Niddæ & Schaumburgi, &c.* Linea *Darmstadii* autem post *Schaumburg* adicit *Isenburghi & Eudun-ge*. Vidi ubi aliquando titulus amplior usurpatus fuit, additis elogis *Domnus in Eppstem, Pless, Iter & Franckenstein*.

§. xvi. Titulus hic occasione dat, de illis dynastiis quædam verba addendi. *Eppstein* suos olim *Domnos* vel *Comites* habuit, quorum a *Sigfrido Eppsteinio, Sigfridi* ex Abbate *Fuldensi Archiepiscopi Moguntini* electi 1159. patre, deductionem vidi. Præter primum illum successu temporis duo alii *Sigfridi*, & demum *Gerhardus Archiepiscopi Moguntini* sedem rexere. Hujus qui 1304. obiit ex fratre *Godofredo* nepos *Godofredus* ex uxore *Lucardi Falkenbergensis Comitatus Kenigsteinum* obtinuit, pater *Godofredi & Eberhardi*; hujus linea deiecit 1517. in Anna *Botonis C. Stolbergii* uxore, à qua *Stolbergus* illa jura, de quibus in secuto *Stolbergio*: illius (*Godofredi*) nepos *Godofredus Dni. Eppsteinus C. Diezæ*, quod supra vidimus num. 6. alterius masculos terminavit, sed 1492. *Wilhelmo Landgravio Hassie Eppsteinum Dynastiam* 46000. floren. vendidit. Insignia sunt *Wapenb. P. i. pag. 14. ternis argenteis & rubeis cantheris* exaratum scutum, galea vero pileolo lato rubeo (cujus ora reducta argenteo splendet) tecta; sustinet super glebulo argenteo illius summitati inposito penatum pavoninatum fasciculum.

§. xvii. *Iter* Dominum est ad *Ederam* fluvium ab acce *Iter* in valle super rupe sita dictum. Peculiares olim habuit *Domnos* Ex quibus apud *Cranzuum Metrop. L. 8. c. 47.* Comes *Theodoricus* in *Iter, Episcopus Paderbornensis* fuit. Demum 1361. quod *Dynasta* regimini lubricine suum agnatum confodisset, à *Landgravio Henrico & Archiepiscopo Moguntino* occupatum, homicida autem in cenobium *Haina* detentus est: Teste *Dilsch. P. i. Chron. Hass. p. 128.* qui idem *P. i. 2. Chron. p. 197.* historiam ita repetit. 1361. Umb diese zeit hat ein Herr von *Iter* / auch in viel ungebüßlicher begerde und verlanen zum requent: seinen Betern erschochen / und thu also die ganze herrschaft unterwürffig gemacht. Weilen dann solche mordthar büßliche straff verdienet / hat Landgraf *Heinrich* samt *Verlach* dem *Erzbi-*

Erzbischoff zu Wismar/ und Otten Grafen von Waldeck das siblos Juter be-
lageret/ gewonnen/ und das Landem vor sich und seine mitgeheilren behalten/
den mörder aber in das Closser Nyma verdammet. Dominum h. 30. M. 10. 11.
tini dein Comitibus Waldecke oppugnarent, in nobilibus *Vitus de Guttenberg* et in-
cesserunt in antichresin. Ob quod controversia orta, cujus causa *Hamelmann de 14.*
mil. emort. L. 2. p. 130. ait: *Com nobilibus de Wolven certavit hoc nomine Landgravius*
Philippus pater. Insignia sunt *leone ornata*, ut videre est apud *Dilich. Chron. Hist. P. 1.*
p. 119. b. in scutulo arcis delineationi apposito, sed absque colorum indicio, & equi-
dem, nisi illa sculptoris *descripta* sunt, *Imago* inclusus est leo. Quia vero in *Wapenb.*
P. 1. p. 140. *Vitus de Guttenberg* in secunda & tertia arcola *carulea* tribuitur *leo au-*
reus, capite & collo argenteis, non improbabilis est conjectura, ipsum illum *Itetani Do-*
minii fuisse notari.

Pless.

Familia
origo de
Schwan-
ringen.Tessera
Succellio
ad Hassia.

§. xviii. *Plessia* libera dynastia non procul *Gettinga* sita, *Vilth. Dilich. Chron.*
Hass. p. 130. teste, familia de *Schwanringen* dicta (ex qua 793. *Baldricus de Schwan-*
ringen in *Hockelheim* habitavit) patrimonialis fuit: ipsa arce *Plessia* a *Gotschalo de*
Schwanringen condita. Ios *Schwanringios Henricus anceps* post *Meisburgium*
praelium Dominorum ordini ascripsit, & *duos* dedit in *auro* duos *uncos* *ignavos ru-*
bros fulsum et *silis circumvolutos.* (zwen rotte feuer-hacken / nur den darumb ge-
wundenen schwefel faden.) Familia duravit usque in seculum superius, & matri-
moniorum splendore dignitatem tutata est. Eam recelet ex parte *Hamelmann. de fa-*
mil. emort. L. 2. p. 141. seq. *Ulricus* mortuus est 1571. *Theodoricus. Thuan. lib. 50. p. 983.*
ita ejus mentionem facit: *In Saxonia nobilis ac perantiqua familia Plessia Theodori*
morte extincta est, & ejus amplissimum patrimonium ac castella Hassia Principis, cujus
beneficiaria erat, possessum erit. Addit *Hamelmann. d. 1. p. 144.* *Istius Domini sunt* ma-
tula seucla passim hinc inde nobilibus & patribus in diversis urbibus collata, qua etiam om-
nes beneficiarii post demortuum ultimum Dominum de Plessia Theodorum V.
acceperunt in feudum: a Landgravo Hassia Wilhelmo. Caterum fuit *Plessis* illis inter
Ordines Imperii & in hujus *matricula* locus. vid. *Zeil. itm. Germ. P. 2. p. 23.* Hietogly-
phicum scuto aureo impressum superius *Dilichii* verbis enumeravi. Exiguum diti-
mum phraeos est apud *Griac. Spangemb. Adelsp. P. 2. L. 12. c. 40. p. 329.* *zwen rotte*
feuer-eysen mit drey schwefel-kerzen zusammen gebunden in gelben feld.
Apex est, *galea* coronata: imposita vel *columna* vel in *columna* speciem pileus ori-
entalis oblongus pennis pavonis fastigiatus, quem similis *scutariae* figura medium
perforat.

Francken-
stein.
Ex Heine-
bergus.Scutum
Cardinalis
Hassia.M. Priorat.
Joannic.
Episc. Vra-
tislaviz.
Silesia.Scutum
Hassiacum
carmine il-
lustratum.

§. xix. *Franckenstein* Dominium esse reor, ad quod *Smalkaldia*, quam do-
mus *Hassia* ex hereditate *Hennbergica* obtinuit, spectasse videretur. Nam *Dilich.*
Chron. Hass. P. 1. iconi *Smalkaldiae* urbis ex sinistro latere ipsius civitatis scutum,
dextro clypeo addit cum *leone* coronato, addita inscriptione *Franckenstein*. Caterum
Bertholdus VII. C. Heinebergius filiam *elocavit Domino de Franckenstein*, quibus
nati sunt *Ludovicus* & *Sigobotus*, a quibus *Bertholdus* princeps avunculus scitionem emit.
Spangemb. Chron. Henneb. L. 5. c. 4.

§. xx. Ex hac gente est etiam *Eminentissimus Fridericus* *Ludovici* fidelis ex
Darmstadiensis filius: cujus scutum dignitatibus *Ecclesiasticis* auctum meretur
peculiariter detetibi. Utitur Princeps hic scuto quadruplato: cujus prima & ultima
arcola *rubra* *sinis* *luteis* *argenteis* 3. 2. 1. exornantur, secunda vero & tertia *aurea* *agu-*
lam nigram defert, cujus pectori impressa *luna argentea* conspicitur. Huic scuto
aliud medium incumbit scutum, denuo quadrupletum, cujus prima & extrema arco-
la *rubra* *cruce argentea* impressa est, secunda & tertia integrum exhibet *Hassiacum*
supra descriptum clypeum. Ex his *crux* notat *Magnum prioratum Ordinis Joannic.*
Liha Vratislavensium Episcopatum: aquila illis juncta *Ducatum Silesiae* (pro more
Silesiae Ducatum, quem alibi notavi, ut fere omnes etiam peculiaribus suis *duo*
soleant addere aquilam *Silesiae*.) Huic toti scuto imponitur *petasus Cardinalis* cum
dependentibus ex more *loris*.

§. xxi. Ita descripta insignia gentilitia *Hassia* juvat audire a Poeta commen-
data, in memoria *Mauritii Landgravi.*

Caruleam tripl. i fulgentem castide peltam,
 Et quae praeterea mystica signa vides;
 Haud frustra veteres usurpare Monarcha,
 Sub quorum imperio Catridos ora fuit.
 Nempe veluti sorti LEO pectore praestat, & VRI
 Pra reliquis magnum CORNUI robor habent.
 Viribus Hæstiaci sic consilioque Dynasta,
 Inter Teutonicos entiuere Duces.
 Testantur satis hoc pro Religione duella
 Et patria, sortis qua subiere animo.
 Nam nisi GUILLELMOS sortes, fortesque PHILIPPOS
 Donasset populo gratta dia suos;
 Hæstenus in tenebris Germania caeca sed. ret,
 Et premeret Tuscum libera colta puum.
 Hinc velut Alcides nunc inter SIDERA fulgent,
 Cangit & illorum pulchra CORONA caput.

CAPUT XXII.

Com. & Bar. de Mersberg.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|-----------------------|
| 1. Familia. Barones. Comites. Linea Carinthiaca. | 2. Insignia. |
| | 3. Mersberg. Besfort. |
| | 4. Titulus. |

§. I.

INeluta *Marsbergiorum* dynastatum stirps à pluribus seculis viguit. Genealogie ^{Familia,} vero quas Celebratissimi Viri Nic. Ritter *Sulius* & G. *Buecl. P. s. C. m. p. 136.* recensent, circa antiquiora plurimum differunt. Antiquissima occurrit memoria *Antoni* & *Waltheri* Dominorum de Mersberg 1085. A *Federico III.* Augusto 1488. dignitas *Liberi Baronis in Casparum* Marsbergum collata est. Lo nati praeter alios duo totidem linearum auctores *Ioannes Iacobus* & *Ioannes*. Ille iterum *Ioannem Iacobum* ge- ^{Barones,} nuit, patrem *Heronymum*, avum *Georgii* Comitis, qui ex *Dorothea* *Sufanna* *Gleichenii* ^{Comites,} Comite reliquit Illustrissimum *Ludovicum* *Federicum* Comitem superbitem. *Ioannes* autem linea *Carinthiaca* lator *Franciscum* genuit genitorem *Petri*, quem parentem habuit *Ioachimus*, atque *Ioannis* *Federici*, quo gentus est *Julius* Comes, & isto atq- ^{Linea Carinthia,} *Sidonia* Principe *EGGENBERGIA* Illustrissimus *Ioannes* *Franciscus* Comes.

§. II. Insignia repræsentantur *Schmach. Wapenb. P. 1. p. 27.* Scutum est quadrifidum: areola prima & quarta carulea referente *tr. i aquas* vel aviculas expansas ^{Insignia,} aureas: secunda & tertia tessellis quatuor argenteis quinque interponit rubear. Sed ordo areolarum potius invertendus fuit, aquilis in secundam, tessellis in primum repositis locum. Imponuntur vero duæ galeæ coronatae, ex quarum priori *Sibmachus* protendit alas duas caruleas ternis aquilis autem insignitas: *pefferori* autem imponit hertnam *athiopis* tessellas scutarias veste referentis, & latera tortili ex argento & coeco caput redimiti. Verum istæ etiam galeæ transponende sunt. Lacinae alteri circumfunduntur caelestina & aurea, alteri argentea & rubra.

§. III. Tessellas *Marsbergiam* dynastiam designare exitimo. Aviculas *Besfort-* ^{Marsberg} *Marsberg* seu *Mersburg* arx est in monte ita in Sund 2012 Al. a. e. militari à *Pfifretatum* arce, qui *Pfifretentes* Comites omni illi tractu quondam imperarunt. *Be-* ^{Besfort.} *fort* autem itidem arx est *Sundgoie*, in continnis *Montpelic* & *Jensis* Principatus & *Lotharingie*. De his *Christ. Ursinus* in *Chr. Basil. L. c. 18. tit. 1.* Von den Edel-
 leuten dieses Landes sem die Herren von Mersperg getrenet worden welches
 em ziemlich schleyß ist/ eme meilwegs hunder Pfert. mdt fern von Züsel auf
 einem berg gelegen. Kaiser *Friderich* der Dritte macht *Opera Casparum* zum
Freyherm/ und Mersperg zu einer Herrschafft anno 1488. Kaiser *Matthilian*

gab ihm zu lehen Besort (welches an seine vordern pfände weiß a. kommen) Rosenfels, Nagelsförl und Elbis gegen einer summa gelds / und zu dem Altnold zu Baisel liebe Conraden von Nierberg zuvor die herrschaft zu lauten und Froberg. Nurn verrüchter haben hat die Vetterreichliche Regierung in Obern-Elb das jährlö Nierberg zu ihres Landstütsen händen genehmigt, damit es nicht obliqendes schulden last halben in fremde hände verändert würde. Sie sollen (als ihre vermuthung mit sich bringt) von den E. rathen von Rupe oder Roche (sine raq. reit. binder Nierberg in Burgund) abdemmen sein. Porro cum ichqua Sundgona & Alana Austriae hanc etiam dynastiam potestatem Regis Gallie pace Monasteriensis transiere, & sub eaperunt. Obi in dynastie in matriculatur perii fuere, velut videre est in M. Zeder. Itin. Germ. P. 2 p. 27. & Job. Limn. Jur. publ. T. 4. ad l. ad 4. 7. pag. 559. sed additur, eos eximi ab Austriae, sine onere.

Titulus.

§. 1v. Titulus nunc alterius lineæ ille est: *Comes in Marsberg, Dominus in Besort, Blanckenham & Cranichfeld.* Horum duorum Dominiorum jus est a *Dorothea Susanna* filia *Walrabi Com. Gleichentis* ex linea *Blanckenham* & *Nieder-Cranichfeld* possidet in *Hutzinga*. Titulum lineæ *Carinthiacæ*, ex qua unus in Austria habitans in *Augusta aula magna* autoritate pollet, non vidi, an aliquid addatur a vitis *elogs de Marsberg & Besort.*

CAPUT XXV.

Episcop. Monasteriensis, ut & Paderbornensis.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--|
| 1. Sententia Episcopi Christophori Bernardi. | 11. Fundamenta Episcopi in causa Dorculien. |
| 2. Episcopatus Monasteriensis. Civitas Monasterium. | 14. Galen, Gaelen Khenam. |
| 3. Dominus diocesis. Ahnsen. | 15. Galeæ. |
| 4. Horstmar. | 16. Pedum. Gladius. Principatus dignitas. Titulus. |
| 5. Ludinghausen. | 17. Episcopi Ferdinands Fürstbergis Paderbornis scutum. |
| 6. Ottenstein. | 18. Paderbornia Crucis ratio. |
| 7. Vechi. | 19. Episcopatus Advocatus Com. Warburg. Haholt. Steppelberg. |
| 8. Controversia de Com. Delmenhorst. | 20. Com. Einmont. |
| 9. Corvicia Abbatis. | 21. Fürstberg. Familiorigo. Deductio. |
| 10. Burggr. Stromberg. An in Palatinatu? Jus ob illum suffragi in comitis. | 22. Galeæ Episcopi. |
| 11. Quomodo ad Monasteriensis. | 23. Titulus. |
| 12. Boreulio seu Borkeloh. Successio. Contro- | |

§. I.

Scutum
Episc.
Christoph.
Bernardi.

Monasteriensium Præsulum insignia lustraturi ab initio considerabimus proximi Episcopi *Christophori Bernardi* clypeum, quo circa ultima vitæ tempora usus est: illud duabus perpendicularibus lineis in tres palos distinguebatur: primo & tertio denuo in binas regiones sectis, medio præter mediani parmulam duos alveolos referente, ut ita in universum regiones novem tuerint, media parmula cennumerata. Et quidem supremus & intimus laterculus medii pali *Monasteriensium* ipsium Episcopatum, prima primi & secunda tertii pali regio *Corviciensem* Abbatiam, tertia tertii & extrema primi *Strombergium* Burggraviatum, secunda primi & ultima tertii pali regio *Boreulohicam* dynastiam, demum media parmula *familiam Episcopi* propriam designabant.

Episcopatus
Monasteriensis.

§. 11. *Monasteriensium* Episcopatum designat alveolus *æruleus*, quem tranfit fascia *aurea*. Paulo alter *Erpoldus Lindenbroc. Chron. Caroli M. f. 122* de *Ludwico primo* Episcopo. *Mian* findet beschrieben / daß er erstlich ein *schwerd* und *Wischhoffesstab* creus *weiß* zum *wapen* geführt, *nachmah* in dem *stift* ein *roth* / *weiß* und *gelbes* *wapen* gegeben. Unde colligas: ex *cocco*, *argento* & *auto*

transiret.

transversim sectam esse parvam. Ceterum Episcopatus hic Westphaliae latissimus Friastraque, Transsilania, Geldria, Chiria, Marca, Westphaliae Ducatu, Minden- si & Osabrugensi diocesisbus sepe cingitur. Tertia haec fuit Episcopalis Ecclesia, quam Carolus Magnus in mediterraneis Saxoniae, nunc Westphaliae, in *Mün- gerode seu Munnigardesford* loco, qui postea ab inimicis ibi ab Hermanno Episcopo (qui 1050. obiit) fundato monasterio *Monasterium* est nominatus, Metropolitani totius Westphaliae. Primus Episcopus fuit *Ludovicus Frigus*. Iulidregum Abbas Halberstadiensis frater mortuus 809. Inter successores 1246. 1110 Comes *Leuthamus* primus electus est per clerum Episcopus, siquidem ad ipsius inque tempora Imperatores ibi *antistites constituerant*, ut *P. Merjans catal. Episc. Mon. yf.* loquitur. Ceterum cum libertate majori civitas *Monasterium* eo usque gavisita fuisset, 1661. ab hoc Episcopo in potestatem plenam redacta, & ejus rei memoriale nunc ad posteritatis memoriam imprellum est.

§. III. Ad hunc Episcopatum, praeter ea quae elypeus exhibet Dominia, alia etiam devoluta sunt ditiones & dynastia. Quartum aliquas enumerabimus, inprimis *Hamelmanno de famul. emort.* Ex illis est *Abusen*. De quo ita dicitur autor: *L. 1. Abusen. pag. 6.* *Domini in diocesi Monasteriensi, ubi est adhuc eius nominis civitas & arx ut- cunque munita. Anno Domini 1305. vivit Ortho Dominus de Abusen, qui unus ex fidei- jussoribus pro Simone Comite de Lippia, teste Cranzio in Metropoli lib. 8. cap. 52. & Erthwino Erthmann in Chronico Osabrugensi. Gebelinus Persona (olim Decanus Bi- lefeldiae, & deinde Monachus in Bodeken) sic scribit in suo Cosnodromio ante annos du- centos: Episcopus Monasteriensis per Comites de Tackelburg & de Lippia destruxit ad injuriam Joannis Domini de Abusen, Castellum Abusen & Despena. Arx illa Abusen fuit ha- bitus multorum Episcoporum Monasteriensium sedes, & dicitur ad illud Dominium per- tinuisse civitas Bucholt, & arx & oppidum Metpen. Fuit quoque anno 1306. quando Episcopus Monasteriensis pugnavit cum Osabrugensi, in castris Episcopi Monasteriensis cum multis Comitibus quidam Dominus de Abusen, teste Erthwino Erthman in Chronico Osabrugensi. Ortho Hojensis Comes, Episcopus Monasteriensis, ad sic. hoc Dominium transulisse dicitur. Sed jam ille Ortho Hojensis pluresque in eo loco Episcopi cum nobilibus Dominis de Abusen perierunt & transferunt, ita ut hic suum habuerint, verum quo transferunt ignoatur.*

§. IV. Sequatur Comitatus seu Dynastia *Horstmar*. De qua iterum *Hamelmann. Horstmar L. 1. pag. 42.* *Proprius Comitatus in Westphalia in diocesi Monasteriensi, & arx & oppi- dum Horstmar adhuc in vigore est & floret: Situm a Monasteriensi urbe ad tria milia- ria. Ultimus Comes Bernhardus, ut apparuit olim ante annos centum in templo civitatis Horstmariae fuit annotatus, sicut scribit Vernerus Rolevingius in laudibus antiquae Saxoniae, hoc est, Westphaliae, ubi ultimum ejus loci Comitum sic vocat, & adjungit, hunc fuisse virum talisque probitate spectabilem, cujus tanta fuerit virtus, ut ab omnibus hominibus quasi delicta habitus, & apud Arnoldum Abbatem Lubecensem in supplemento Chronici Schlarorum lib. 5. cap. 3. meminit nobilis viri Domini Bernhards de Horstemer. Existimantur multi senes, urbes, Coisfeldam, Borcken, Meelen & Bildeckecken civitates subjectas fuisse Comiti Horstmario, quod nos in medio relinquimus. Per se Horstmar jam in ditone Monasteriensi praefectura est situs ampla, & ad eam quoque Comitatum per- tinere arx & praefectura Kuschelav, quae dicitur vulgo Comitibus Steinvordensibus oppi- gionata, Für enliche weucluck Hoyerfennige/ enlichen weissen Walcken/ und enlichen blauen wunden. Sed haec sunt incerta.*

§. V. Succedat Dominium *Ludinghausen*. De quo ita *Hamelmann. L. 1. pag. 47.* *Luding- Oppidum & arx in diocesi Monasteriensi ad tria miliaria ab urbe Monasteriensi & tria miliaria ab urbe Hammone sita. Vernerus Rolevingius Carthusianus in laudibus anti- quae Saxoniae, hoc est, Westphaliae, refert inter Comitatus & Dominia veteris Westphaliae ante annos centum, & hanc etiam: Et Leoldus d. Northef in Chronico Comitum de Marck meminit Hermanni Domini de Ludinghausen. Existimant nonnulli hoc Domi- nium fuisse seculum abbatibus Virdensis & pertinuisse ad hoc Dominium, praefecturam & oppidum Dulinum. Im Episcopo & Capitulo Monasteriensi parit, wie das daran ge- kommen/ weiß ich nicht. Quod credo sic factum esse, aut Domini isti in sua familia dicerint esse vel d. fecerint, vel ex suo dominio ejecti sint.*

Ossen-
stein.

§. vi. Jam de *Ossenstein* eundem audiamus L. i. pag. 55. Est dominium in *Comitatu Salslandensi*, & castrum cum oppido ibi adhuc extat in *vicinia Comitatus Salslandensis*, quod olim *Henricus Comes a Solms* obtinuit, scribens se *Comitem in Solms* & *Præfatum* in *Ossenstein*, cui ademit castrum & oppidum cum tribus *Præfecturis* videlicet *Comites Hojensis*, *Episcopus Monasteriensis*. De hoc vide *Cranz. in Saxon. lib. 12. c. 25.* *Præfaturæ tres præfectura ad hoc dominium pertinetes, ut Ossenstein & Ubelgumie*, in quibus, ut *ce primaria*, ceteræ ad *Comitem admissipatium* iste præfuit. Esi verò *Comitatus* & *Ubelgumie*, & obsidiam in arcem ferrent: Tamen *Episcopus Orthon* continuit in *ditione*, donec *castrum expugnavit*. Castrum *Ubelgumie* fuit contiguum oppido *Salslandensi*, quod subsit huic dominio & plane eversum castrum illud est. Iterum, *Comes Henricus de Solms*, ex certis quibusdam sui istius *Domini* *beni* *vicini* *Salslandensis* & *unicam siltiam* *elocavit Comiti in Bentheim*, & ei assignavit *bona hereditaria*, que *eo Comitatu* retinuerat. Hæc *Erthwinus Erthwin* in *Chronico Osnaburgensi* habet: *Hujus Henrici* *arcem Ioannes Schiphhorx* *crux* *Chronico Aldenburge* *vocat Ioannem*, quem *præfaturæ Episcopus Monasteriensis Florentius de Uvelbruck* *horæ captivum* *habuit*.

Vecht.

§. vii. Nunc de *Vechtensi* comitatu idem qui consulatur metetur. L. i. pag. 76. *Oppidum & arx in dimidio inter Bremam & Osnaburgum* *urbes sitam*, in contiguo oppido & præfectura *Valdeshusen* & *Cloppenboreh* & in terminis *diæceses Osnaburgensis* & *Comitatus Diepholdiam*: *Ibi fuit proprius Comitatus*, cuius jus attulit ad suam *Eccliam* *Episcopus Monasteriensis* pro certa pecunia, *nenpe Orthon* *Comes de Lippia*, teste *Cranz. lib. 8. Metrop. c. 31.* *Alii dicunt historici fuisse Orthonem Bentheimensem*. *Duo præfectura Vechte* *substant* *15. parochie*, & sub una *parochia* *sæpe comprehenduntur* *10. vel 12. 13.* & sunt in illa præfectura *31. fructura nobilitum*, *die man Burchmeine* *nemmet*. *Huno* *Comes Aldenburgenfis* *habuit uxorem* *sic* *Guillam siltiam* *Comitis Vechtensis* *Luodanis* *ante annos 500.* *Dicitur ad Vechtensem Comitatum* *quoque pertinuisse aliqui* *7. 8. 9.* *Emeslandia*, *ut Niehaus* *præfectura cum oppido Hascuando* & *Ashendorff* & ipsam *urbem* *Emedam* *modo in orientali Phrysia* *sitam huic subsuisse* *ajunt*: *Et quæquam suam primus orientalis Phrysiæ* *Comes Fildricus* *initis certis cum Hamburgensis* *conditionibus ad se transferret*, *tamen* *ejus filius Ezardus* *primus coactus* *est* *hujus* *eritatis nomine* *transfere* *cum Orthone* *(Hojense Comite)* *Episcopo Monasteriensis* *(quem bellatorem vocarunt)* *urbem eam* *nomine Comitatus Vechtensis*, *quasi ei subesset*, *repetente*, *summam pecunie numerare*. *Vulgo in oppido Vechte* & *ejus præfectura* *dicitur* *ultima* *Comitatus Vechtensis* *virgo dicta* *fuisse* *Munlio*, *Græulem Munlio*, *quam noluit* *com* *quæquam* *inire* *matrimonium*, *sed* *calibem* *permanere* *voluisse* *tradunt* *seniores*, *quæquam* *aut* *inter* *de ea* *referant*. *Vulgo autem sic* *refertur*, *quod cum* *matrimonii* *cum* *ea* *incubi* *causa* *inolestus* *esset* *quidam* *Comes Diepholdianus*, & *cum* *illa* *hoc* *recusaret*, *tamen* *inimicitia* *inter* *vicinos* *Comites* *orientales*, *ut* *res* *processerit* *ad* *bellum*, & *ita* *certaverit* *nobis* *Domina de Vechte* *Munlio* *cum* *vicino* *Comite*. *Ideo* *veniens* *ad* *Episcopum* & *Capitulum* *Osnaburgense* *ab* *eis* *openpetit*, *ea* *conditione* *quod* *post* *mortem* *domini* *summi* *ipsis* *assignare* *velit*, *si* *jam* *in* *suum* *patrocinium* *susciperent* *eam*. *Sed* *illi* *postquam* *cum* *vicinis* *nolent* *controverfiam* *habere*, *ideo* *illa* *recta* *transiens* *ad* *Monasterienses* *fertur* *dixisse*, *will* *Peter* *nicht* *Paul* *wird* *gerne* / (quia vulgo dicitur *Petrus* *patroris* *Osnaburgensis* *Ecclie*, & *deinde* *Paulus* *Monasteriensis*) & *sic* *transiit* *cum* *Monasteriensi* *u*. *Quæquam* *ista* *subulosa* *cessant* *perit*, & *longe* *aliter* *de* *Comitatu* & *ejus* *ultimis* *horæ* *in* *Comitatu*, & *Comites* *Vechtenses* *non* *esse* *amplius* *in* *rerum* *natura*, *sed* *de* *jujse* *ante* *aliquot* *secula*.

Contro-
versia de
Com. Del-
menhorst.

§. viii. Præter ista *Monasteriensis* *diæcesis* *etiam* *Delmenhorstium* *pluribus* *annis* *tenuit* *Henricus* *enim* *Archiepiscopus* *Bremensis* & *Monasteriensis* *Episcopus*, *cum* *Mauritius* *ex* *Oldenburgis* *Comes* *Delmenhorstianus* *non* *deinert* *turbas* *ciere*, *cum* *proximis* *civitatibus* *inito* *trudere* *1481.* *Delmenhorstium* *obediit*, & *seq.* *anno* *Comitem* *cepit*. *Unde* *Merilus* *in* *illo* *Episcopo*: *Dulmenhorst* / (Delmenhorst dicitur volebat) *D. Pauli* *Ecclie* *a* *hect.* *Hamelmannus* *de* *famil. emor.* *L. 1. p. 19. 20.* *dicit* *creptum* *Jacobo* *Mauritii* *filio* & *ejus* *tutori* *Gerhardo*. *Mant* *vetom* *ditione* *Monasterientium* *Delmenhorstium*, *donec* *1547.* *Antonius* *Oldenburgicus* *continua-*

Commissariorum Casateorum iussu vi reciperet: ob quod Oldenburgici, in Cameta Spretensi spoliis postulati, sed demum 1670. absoluti sunt.

§. ix. Redeamus vero ad Episcopale nostrum territorium: in quo proximum locum post Monasterientem Episcopatum dignitatis locum occupat, denotata laterculo *transverse secto ex auro & minio* (vid. *Sibmich. Wapenb. P. 1. pag. 33.*) Abbatia Ord. Benedictini *Corbeensis* seu *Corviciensis*, ita dicta ex nomine alterius *Corbera* seu *Corbie Francie*, fundata à Ludovico pio & eius conjuge Juditha 822. quo primus etiam Abbas *Adelardus*, antequam structura periretetur, decessit. Perax ea fuit virorum eruditione clarissimorum, qui olim canobiotum huius & eius fuerat. Ad hanc Abbatiam Principali dignitate præfulgentem spectat civitas *Hoxter* seu *Haxaria* ad *Virsurgim*, salvatamen ei libertate & domui Bruntvicenti advocata atque protectio. Qua de causa superioribus annis non sine gravi motu certatum est. Porro Administrator hujus Abbatie fuit *Christophorus Bernardus*, cujus hic clypeum spectamus.

§. x. Jam *Stromburgii* seu *Strombergii Burggraviatus* testera occurrit, que est alveolus ex *argento & minio medius sectus, argento micriptis tribus arviculis nigris.* (confer *Sibmich. Wapenb. P. 2. pag. 7.* ubi apex adatur, *galea* innitens octangula tabula cum typo feutatio.) *Stromburg* seu *Stromberg* arx, unde nomen huic Burggraviatus, non procul *Lupia* fluvio & opidis *Widenbrug* ac *Rheda* sita est. Unde habuit post *Freherum Linn. Jur. publ. 4. 3. 87.* quando hunc titulum ascendit castrò antiquissimo in *Cynoto* (*auff dem Hundsrück*) inter *Simeriam* & *Crucenacum*, capiti amplissimæ præfecturæ, sub ditione Palatina. See *Tom. F. add. ad h. l. p. 240.* Monasteriensis Episcopo etiam tribuit, & refert, qua ratione ille 1633. qua in collatione feudorum sibi quoque titulus *Burggravi* & opidis *Stromburg* cum dependentibus inde iuribus & regalibus concessus sit, *Burggravi* Impetii principali fulgeant dignitate, *jus novi suffragii* in comitis sibi tribui petent, atque obtinuerit, ut ad directorium *Moguntinum* ea causa deceterum fieret. Unde etiam in subscriptione recessus Comitialis de anno 1654. subscriptioni Episcopi additur *ob Burggraviatum Strombergium.*

§. xi. Qua ratione ad Monasterienses devenit hic Burggraviatus, ita *Harmelmannus* refert de *famil. emort. L. 1. p. 69.* ex *Erharto* in *thm. ann. Chron. Osnabrug.* Cum *Barchardus* de *Stromberge Burggraviatus* (quem *Chronicon Alieburgense* *Joannem* vocat) inciperet hinc inde prædari per *plures*, ceperunt Episcopus *Monasteriensis Florentius* de *Veuelzke* hoc Dominus, *Theobaldus* nobilis de *Hornic*, Episcopus *Osnaburgensis*, & *Paderbornensis* Episcopus, *Henricus* Nobilis de *Suerel* & Comes de *Marca Erckelertus*, & *urbs Susatum*, que *divina* variis ab eo senserat, cinere *arconik* invadere, & cum ei opem vel ferrè vel in *Rheden* vicino *Domnio* eum sperere diceretur *Nicolaus Comes Tecklenburgicus*, cujus hic *Barchardus* sororius erat, adierunt & ipsum, ut *Burggraviatum* dimitteret, qui fugiens ad *Brunsvicenses* in *Grubenhagen*, ex cujus familia erat ipsius mater oriunda, ibi moritur relinquens unicam filiam, que *divixit* in canobio *Harsbrock* ditionis *Osnaburgensis* & fuit ibi *Abbatissa*. Cum vero exi arcem ad se raperent *Monasterienses*, hoc alii non æquo animo tulere, & ideo postea de novo arcem *Stromberg* emiserunt Episcopus *Paderbornensis*, *urbs Susatum*, & *Comites Hoesenses* & *Markenses*. Sed *Monasteriensis* arcem & amplius *lominum* ea obtinuerunt pro more. Sed alii restantur, *Burggraviatum* à *Carolo IV.* proscriptum fuisse, unde *Monasteriensis* in proscriptum movetur, & ditionem 1372. occupatam sibi servaverit. (Cf. *St. angenb. Adesp. L. 10. c. 15. p. 298.* ita loquitur. *Stromberg* in *Westphalen*. *Nis ben Nays* ser *Carli* des *Bierden* zeiten der *Bras* zu *Stromberg* erlicher *verwirretun*; *halben* in die *acht* zeiten, ist diese seine *Braschaft* dem *stift* *Münster* zuverfemt worden. Item memorat *L. 10. c. 21. p. 319. b.* ultimum nomen fuisse *Barchardo* & filiam *Abbatissam*.)

§. xii. Succedit *symbolum* Domini *Borculo* seu *Borckeloh*, quod est area *ru-* bea ornata *tribus vitellis* seu *132* *intinis* *rumis* *aureis*. De hoc in *Limburgo-Styrumio* etiam actum est clypeo. *L. 2. c. 53.* Habuit illud suos *Domnos*, quorum ultimus *Gerhardus* circa 1383. generum habuit *Bronchorstium* *Comitem*: ex his 1406. *Obertus Bronchorstius* illud *voluntarie* Episcopo & *Duce* *Monasteriensis* feudo obtulit, & *inve*nitur.

fibi conferri pallus est, ut releveret ab Episcopo & Diocesi Monasterien. Quae eadem demum continuata est investitura, quoad mascula progenies dicitur in choristorum; Ubi vero horum linea in *soloco* seu *Iusto* 1553. detecta, non illa, sed in nemem Diepholtinum & Limburgum de successione lites orta sunt: sed *Episcopus Monasteriensis* ut teudum vacuum dynastiam sibi asseruit, & in Camera Imperialis presentavit, demum possessionem etiam occupavit. *Hamelmann. de fam. enri. I. pag. 10.* ita de ea re. *Ab Episcopo Bernardo Rasfeldico convocati barchinari abbas & ceteros Monasteriensis, quando quoque de Domino Borchlo dissentirent Comes Limburgus Georgius de Limburg & Comes Rudolphus Diepholticus, concluserunt tandem, ut iudicaretur Episcopo & Ecclesie Monasteriensi hoc Dominium. Interim uterque pro sua Comes retinet sibi in titulis nomen hujus Domini, & uterque Comes hactenus cum illis assentientibus ratione hujus Domini certavit jure in Camera Imperiali.* Interventum curia Geldrica, & superioritatem Domini suo Ducatu adferens coram teudum dicari causam urit. Restitit Episcopus, nec eos iudices agnoscere voluit, teudum per procuratorem causam egit. Unde tandem utraque pars renunciavit uterioribus productionibus causam ut sententia diceretur conclusit. Pronunciatum itaque est 1613. contra Episcopum, qui querelam initio ad Ordines generales detulit, inde mandatis Camerae Spontensis, ubi causam agi postulabat, adversam partem ad omittendam in curia Geldrica actionem urit: cum nemo amplius ipsius causa ageret, processu contumaciae instituto 1615. Episcopus damnatur ad restitutionem Domini, damnorum & impensarum, quae summa 1622. taxata est 523995. floren. A hujus sententiae 1616. immittus est in Dominium occupatum *Limburgus* Comes. Inde varia acta, & cum transactiones propositae locum non inventissimae, non desiere Geldrici Episcopus urgere, ut etiam 1642. jura & praetensiones Monasterienses hactenus subjecerentur. Demum Episcopus Christophorus Bernardus non solum perterriti Comites *Limburgus* ob contumaciam agere, & eos mandatis Camerae urgere, ut Dominium per formam attentatus occupatum restituerent, & a sententia Geldricae curiae tanquam ab incompetenti iudice lata desisterent. Ordines vero Comites vertabant, ne morem gererent, & datis ad Cameraam literis causae seriem exponerent. Demum Episcopus in Hollandos moturus hanc etiam hujus Domini causam literis ad Ordines 15. Sept. 1665. scriptis istis verbis inseruit: *Und dann unsere Herrschafft Borcheloh/ so sie anno 1616. durch ihre waffen unrechtmässig occupirt/ saunt andern uns zuständige orten/ immerher mit gewalt und unrecht durch ihre macht vorenthalten bleibt. und über das/ nachdem ihnen nicht genug gewesen/ obgemeldt gewalttharige invasion uns anzuhim/ zu continuation unsers feindlichen gemüths uns mit execution der erwan anno 1613. 1615. und 1616. incompetenten & nulliter in obgemeldt Borchelohischer zu Evener vor unsren süss rechtlich decidirter sachen außgebrochener Unrechtmischer urtheilen/ gar auß eine manßbrümgliche große summa gelds von 100000. gülden de dato Graffenhag den 17. Jun. 1664. schriftlich zu bedrauen.* Responderunt ad hoc ordines, sed mox armis actum, & ab Episcopo castrum *Borcheloh* oblidione captum. Demum 1666. mente April. *Clavis* conclusa pace sancita est Domini restitutio, sed ut ratione juris directi vel utilis Domini res in eo statu maneret, quo ante bellum fuerat: Episcopus vero cum capitulo, juri superioritatis (nullo tamen Imperii juri facto praesudicio) renunciaret.

Fundamenta Episcopi in causa Borchelohensi. §. XIII. Dignum porro est, ut qui alibi *Limburgio-Styrumorum* & *Geldrica* curiae rationes allegavimus, hic etiam Episcopi & Dioceseos fundamenta cum exceptionibus aliquibus ad verse partis adducamus: quae illa reperit:

1. *Fudalis natura* introducta oblatione Gisberti II. & quidem in investitura Gisberti III. 1477. diserte dicitur *veri feudi masculini.*

Exc. 1. Monasteriensis teuda ad utrumque sexum deferuntur; etiam vulgari regula de *feudis* Episcopus alibi hoc confirmant.

2. Privilegium teudorum Monasteriensium diserte habet ea verba *Si in dact nine sone/ sollen wir die gueder/ die man hat van unser kercken in manuet/ oder dienstmans guet laten versallen/ vermiddels erster folgung ov de doct/ ter als op de sone.* *Cont. Frid. Sand. de Feud. Geldr. Tract. I. tit. 3. c. 1. §. 7.*

3. Conditio Gisberti III. investitura adjecta nequit præjudicium asserere hereditibus Gisberti primi acquiritoris, unde investitura Friderici 1490. *Toe misen und misen stultes rechten man leu/en tho al sülken rechten / als de von uns und misen Kerken to Wümmen to leben gaend, und sine vordahren van uns und misen vorherren die toe leben outsanquen hadden.*

II. *Fedum apertum morte Justo Comitiss, qui improbis deceffit 1533. rediit ad dominum. Unde jam consolidatum utile cum directo Domino.*

Except. Non defecit tota Gisberti II. linea, superstitite *Irmgarda Limburgica.*

III. Unde 1579. post Mariæ Horentis viduæ Julu, quæ utrumque habuerat, mortem Monasterienses, qui hactenus *in petitorio* agebant in Camera Spirensi, dominium cum præfectura Liechtenvorde ut suo jure *os. apertum* coacti sunt, & illis *hominium* prælitum est.

Except. 1. Femina hæres omni remota tam Domini quam agnatorum contradictione in possessione omnium bonorum debet immitti, & in ea defendi, donec alio jure remedio evincatur. Tanto magis cum jus Domini non est liquidum. Agnoverant autem Monasterienses Irmgardam esse in possessione, eo ipso quod egerunt in petitorio, quæ his pendebat in Camera.

2. Mox post hoc Irmgarda & dem successores à Monasteriensibus redintegrationem possessionis petere, ut violenti erepta amica transactione redderentur. Cum nihil ita nec literis commendatus variorum proneretur, litem Monasteriensibus intentavit Justus, coram curia provinciali Geldricæ, ubi etiam loco citati Episcopi procurator cum sufficienti potestate comparuit; unde ibidem pronunciatum est contra Episcopatum.

IV. *Autoritas Camera Imperialis*, ad cujus sententiam provocat Episcopus in literis §. præced. allegatis.

Exc. Causam Geldricæ curiæ subjectam in ea agi oportuit.

V. *Perpetua juris conservatio*, cum & Episcopus sententiam Geldricam ab incompetenti giudice latam adeoque nullius valoris agnosceret recusatet, & Camera Spirensis frequentibus mandatis adversus Limburgum ageret.

Except. Geldricæ curiæ debebatur cognitio, & sententia in rem judicatam abiit. Unde ad literas Episcopi ita Ordines 15. Sept. 1665. Nicht incompetentes & nulliter als ungültige personen / sondern welche die parthenen beiderseits zum richter erkann / in der sache litem committet / und vermög der rechten cum renunciatione ulterioris productionis beschlessen hätten.

§. xiv. Superest media palmula *aurea* cum *tritus unciis utraque hamatis rubris*. Quæ tessera gentilis est familiaris equitibus & episcopalis. (cont. *Salmach. Wapenb.* P. 1. pag. 191.) *de Galen*. Cujus stirpis ramum esse puto, eorum qui sub nomine *de Galen* in Rhenana nobilitate gerunt in rubeo scuto tres uncas similes sed argenteos: (*Wapenb.* P. 1. p. 126. quæ mutatio colorum diterniculi species est.

Galen.

Galen
Rhenaniz

Galez.

§. xv. Hæc scuti dispositio *Christophoro Bernardo Galeno* propria fuit. Huic imponebantur galeæ coronatæ quatuor, nonnunquam quinque, mitra Episcopali superposita alia casside. Ceterum hæc mitra medium occupat locum tuis consuetis ornamentis conspicua: ad dextram ei assiluit *Galenæ* galea, quæ aliquando repræsentatur cum ala vel complicato alarum jugo uncas gentiles repræsentante, aliquando inter duas alas medium sustinens scutulum integrum Galemum: *extrema* ad dextram, prius antequam *Corveia* accederet, erat ala cum *Strombergenti* typo, inde vidi tria pedes, quæ abbatum sunt, ex corona galeæ protensa, haud quævis pro *Corveia*: proxima mediæ ad sinistram est *Monasteriensis*, nam Episcopale scutulum comparat inter duo cornua: extrema repræsentabat in ala *Borevidensibus* globos vel vitellos: inde vidi duas alas, quarum alteri *Strombergium* alteri *Borevidensibus* symbolum inscriptum erat. Alarum, & inscriptatum figuratum nec non lacinarum tincturam ex clypeo facile colligi autumo.

§. xvi. Huic scuto subiciebantur hinc *pedum Episcopale*, isthinc *Gladus*, Ecclesiæ & politiciæ potestatis indicio Episcopis similati. Memorat vero *Moxus in catal. Episc. Monasl.* primum fuisse *Hermannum* ex Comitibus Cazenelebohgis Episcopum, qui Imperatorem in Italiam secutus ab eo obtinuerit, ut ipse & successores

Pedim.
Gladus

Princi-

Principes appellarentur, ac potestate gladii secularis uterentur. Porro titulus Episcopi qui huius insignibus respondebat, erat: Episcopus Monasterii, Administrator Curia, *Erzgericus in Stronberg, S.R. Imp. Princeps & Dominus in Borekeloh.*

§. XVII. Episcopo Christophoro Bernardo 1678. vivis eximio fuerit tri-
dem Coadjutor Reverendissimus *Erduandus B. a Furstenberg* Episcopus Paderbornus,
Princeps literarum & pacis amore inclutus, quæ Episcopi propria elogia, communi-
bus triumphis potiora habenda sunt. Hic cum prius scuto quadrilatero ex *Paderbornensis*
Piermonti simbolo uti iussit, nunc duabus transversis & totidem per-
pendicularibus lineis scutum in novem areolas distinguit: ita tamen ut mediana co-
la tanquam peculiaris incubet, quæ est *Furstenbergia*, Episcopo gentilis. *Paderbornensis*
tellera occupat in capite & pede scuti mediam regionem: eam stipat in ter-
ma serie à dextris, in inferiori à sinistris talcia *Monasteriensis*: *Stronbergi* simbolo
alterum latus semper occupante. Gentili medix peltæ assunt, hinc crux *Franconiana*,
isthinc *Borekelocensis* vitæ seu numi.

§. XVIII. *Paderbornensis* tellera est in rubea area crux anvea. Rationem huius
telleræ ita enarrat *Gobelinus Persona* vetus scriptor sub Arnolpho Cæsare, cit. *Hag. de*
jur. infign. c. 6. P. 1. n. 65. p. 240. *He locus vris, omni nobilitate generis animique sem-*
per insignibus abun- dabit, ut non esset dubium, quin patria civibus & civis patriæ con-
gruenti, & suis utrinque vestissimis ornamento forent. Hic centum locus est, in quo saxo de
sive Marpeja cantus ab extremo eo deducto, serro percussio fidei Christianæ sententiæ
profluit, quæ ad aures sub armis verbi flatu excitata, in tantum exarsit incendium,
quod non solum omnes Saxonum verum etiam plures Vandalarum seu Slavorum ab-
itarumque gentium longe sepositarum regiones ipsius non consumens sed illum inas flamma
pervasit, non immerito per novum Apostolum, lingua serrea rebellium sanguine tincta fi-
dem Christi fortiter predicantem, signum triumphale, quo non solum terrena, imo &
aerea potestates arcentur, eructis videlicet rubentis effigies eidem loco insignium armo-
rum præsumitur esse detectum.

§. XIX. Hic Episcopus inter Brunsvicensem ducatum, Waldeccium, Marca-
num & Lippiensem Comitatum tere conclusus, fundatorem habuit peltæ Saxonæ
domitorum *Cyrolum Magnum* circa 794. Primus vero ejus Episcopus fuit *Hadumarius* vel
Herimarus, qui 804. mortuus est. Huic Episcopatu idem Augustus pro more eorum
temporum Advocatum constituit *Witkinum Com. Svalenbergum & Waldeccium*,
cujus posteri Advocatum eam semper tenuere, usque ad alium *Witkindum* Comi-
tem, qui 1137. cum *Friderico Barbarossa* Palestinam petiturus, cum ad sumus confi-
ciendos egeret pecunia, eam Episcopo acceptis 300. maris argenti remissis perhi-
betur. Quod enim initio beneficium fuerat Episcopis, spirituali tantum curæ in-
tentis, ut penes alios cura protectionis & politicorum negotiorum esset, illud eo
seculo jam ceperat oneri esse vitis imperandi cupidis, & qui curas seculi jam non ab-
ominabatur. Porro ad hanc diæcesin etiam spectat Dominium seu Comitatus
Wardburg vel ut scribit *Hamelmann de famil. emort. L. 1. p. 81. Wardenburg.* Cæterum
ita hic d. l. de eo narrat: *Crux ita in distione Padenbornensi fuit, olim proprius Comitatus,*
quem mortuo ultimo ejus Comite Dedicone ab Imp. Henrico II. imperat. Meinweres X.
Episcopus Padenbornensis, sed cum haberet adversarium sibi (proximum Dedicone)
Bernardum, ipsum pecunia, bonis & donis placavit, & illum ex Baronibus credito jure de
Wardburg in Saxon. vide etiam Cran. L. 4. M. trop. c. 4. Meinweres ille Com. Geldrus
à Desterbant cognatus Augusti fuit, unde quequid voluit ab hoc impetravit. Idem
Imperator Ecclesiæ Paderbornenti incendio afflictæ concessit 1011. comitatum

Habolt morte ultimi Comitatus vacuatum: quem Episcopus *Bernardo Comiti*
Wippra dedit. Porro Comitibus de *Stoppelberg* extinctis circa 1320. Paderbornensis Li-
ppia & Lippia Comites inter se ditiones partiti sunt. vid. *Paderb. Chron. l. 1. p.*

§. XX. Comitatus *Pirmontanus* designatur area argentea, cui crux anchorata
vel saltem repandis extremitatibus pelta & anchorate similibus rubea interitur. Hunc
Comitatum a castro *Pirmont*, quod à se conditum & a Petri nomine *Petrimont* seu
Piermont appellatum *Philippus Archiepiscopus Colonienis* *Witkindo C. Svalenbergi*
seu pseudo concesserat, dictum possedit *Inea Svalenbergi* *Waldecciorum*, a qua cum
extincta esset cum accepere *Spiegelbergi*. Quid deinceps de eo factum, audiamus

Hammann.

Hamelmann. de famil. emort. L. 3. p. 169. Qui ita: Huic (sc. Philippo ultimo ex Spiegelbergii Pirmontu Comiti) successit Hermannus Simon C. Lupinus, qui ducta Virgula sorsore Philippini uxorem sit possessor istius Comitatus, sed rousit ab hoc Comitatu exclusus Rembertus Episcopus Paderbornensis, qui hunc Comitatum ut suum feudum post demortuum ultimum masculum heredem ad se & suam diacelsin transferre voluit: sed mortuo illo successor Ioannes Com. Hoyoensis & subtrahit Hermannus Simonis Paderbornensis praesul (qui erat etiam Episcopus Monasteriensis & Usurbus gentis) petecit, ut consentiente capitulo majoris Ecclesie in unum aratur Hermannus Simon isto beneficio vel Comitatu, & fieret Ecclesie Paderbornensis & Vallis. P. p. cum recentuilet, Philippum filium Hermannii Simonis item 1583. improlem mortuum esse, & matris nomine Gleichios Comites ut veros heredes Comitatum occupasse, addit: Et licet eam arcem & Comitatum, ut suum feudum repeteret praedictus Princeps Paderbornensis praesul Henricus Dux Saxoniae & cum illo Cathedralis Ecclesie capitulares, ac milite congerent ac eum Pirmont, copioso tamen auxilio illustrissimi Brunsvicensium Princes Ducus Philippi de Gubenberg & nobilium fratrum de Saldero inprimis Henrici & Eusebardi retinuerunt arcem, & re infecta Paderbornenses ad ebisione arcis deservierunt. Inde ad Gleichios delata est successio: his extinctis Waldeccen eam adire. Nec vero sibi detuere Paderbornenses, sed Episcopus (qui idem Archiepiscopus erat Coloniensis) 1629. vi rem aggressus est. Variavit fortuna pro fortuna partium in imperio. Post varia acla 1668. omnino transactum est, Comitatu penes Waldeccios manente, Episcopatu autem asserta successione in casum deficientium masculorum. De qua re in e. de insign. P. Valdeccis.

§. xxi. Gentilis parvula Fürstenbergia est aurea inductis faseris duabus rubcis. Fürsten-
 conf. Wap. P. 2. p. 107. Familia hæc à Comitibus Sveciæ, qui simili nomine gaudent, brig-
 de qua superius c. 19. actum est, diversa, creditur, ipso scuto aliquo indicio, ex Olden- Familie
 burgiis comitibus descendisse, ut autoritate Collecti Paderbornæ. testatur Th. Huping. origo.
 de jur. insign. c. 13. n. 44. Idem perhibet Celebert. G. Buedlin. Germ. P. 5. p. 86. & in-
 tegrat Genealogiam stirpis necit à Reinhardo Nob. Domino de Fürstenberg, qui prae-
 lio ad J. Velsisholz 1115. interfuerit. Cujus filius Fridericus calamitati Henrici Leonis
 quem sequebatur involutus est, à Philippo Archiepiscopo Coloniensi exciso castro
 Fürstenberg, unde Vaterlappam inter Werle & Nehen in Fürstenbergæ vicinia ædi-
 ficavit. Hujus demum filius Hermannus Fürstenbergum beneficio Archiepiscopi En-
 gelberti instauratam recuperavit, pater Friderici & Vinemari, atque adeo duarum li-
 nearum, ex quibus hæc 1596. defecit. In illa Friderici nepos Vinemarus iterum VVe-
 neinarum, Friderici atque Ludosum genuit, a quorum hoc Fürstenbergi in Helling-
 hofen descendunt, ab illo Fürstenbergum Livonia: iste vero Fridericus) abnepotem
 habuit Fridericum, quatuor Electorum Coloniensium Consiliarium, qui tibi & suis per Dedu-
 contractum antichresteos acquisivit Bilsien & Waldenbur: Lo nati Theodorus Episco-
 pus Paderbornensis, electus 1585. & mortuus 1618. atque Caspar, quinque Electorum Co-
 loniensium & Moguntin. Consiliarius intimus & Westphaliæ Archiatrapa: hujus ex
 filio Friderico nepotes sunt Vilhelmus Chorepiscopus Trevirensis, Ferdinandus Episco-
 pus Paderbornensis, cujus hic lustramus scutum, atque illis maior, qui stemmatis
 propagator est, sed 1662. obiit, Fridericus, his titulis inclutus S. R. Imp. Liber Baro, Sa-
 trapa in Fredeburg, Advocatus hereditarius in Grafschafft, Dynasta in Bilsien, Walden-
 burg & Obernkirchen, &c.

§. xxii. Huic scuto Episcopus imponit galeas septem. Ex quibus medix pul- Galeæ
 vino imponit Episcopalem mitram suis instructam ornamentis: proxima ei ad dex- Episcopi
 tram iterum pulvinari imponit crucem erectam trabe ima oblongiori; qua apex est
 Paderbornus; ei iterum proxima est coronata, ex qua ala Szrombergensi simbolo pi-
 sta expanditur: prima ad dextram denuo coronata duobus ornatur erectis totius ob-
 longis aureis cocco tinctis: qui apex est Fürstenbergus. Wapenb. P. 2. pag. 107.
 Ex sinistro latere proxima est medix Episcopali titatæ galea Monasteriensis coronata,
 cui inter duo cornua incumbit scutulum Monasteriale. Hinc proxima iterum est
 coronata cum Pirmontino cimelio, hoc est, pileo orientali oblongo vel columna ex
 auto, impositis pennis pavonis, quæ summitatem exornent; pileum autem vel
 columnam

columnam transfadigit trabs crucis ancorate: Ultima galea coronata alam cum *Bar- culoculsi* testera sustinet.

Titulus

§. xxiii. Titulus demum ille est: *Episcopus Paderborne & Monsperii, Fur- gravus in Stronberg, S. R. Imperii Princeps, Comes in Pyrmont, Dominus in Berckewitz, Baro de Fürstenberg.*

CAPUT XXVI.

Com. & Principes Nassovii, & Principes Aransion.

ARGUMENTUM.

1. *Familia. Nasua, Theodosius, Philippus Solmensumfator, Ramus Gendricus, Successio. Insignis Geldrica.*
2. *Continuatio familiae, Henricus dives.*
3. *Ramus Idemius, Adolphus Imperator. Linea. Wehadensis, Sarapontana, Burgundica.*
4. *Dillenburgus Ramus, Fielstancensis Linea, Aransionensis, Dillenburgica.*
5. *Scutum lineae Sarapontanae, Accessiones, Nassovia testera, Geldrica, Plinthidei, Arx Nassovia, Comitatus Burgundica.*
6. *Alvers seu Alers.*
7. *Sarverdensis Com, Coniunctio cum Marsia, Huius successio. Ipse Comitatus Sarverd, Successio. Liscum Leungius & D. Lotharingia.*
8. *Sarapontanus Com, Familia, Continuata per Nompelcardenses, Linea de Comerey, Successio ad Nassovios, De Sarebruche in Anglia.*
9. *Labr & Malberg, A Geroldseccis ad Sarverdanos, Nassovios.*
10. *Galea, Nassovia, Leo coronatus, Sarverdo- Marsia, Sarapontana.*
11. *Scutum auctius, Weihau, Mehrenberg, Galea plures.*
12. *Tituli, Dynastia ad hanc familiam spectantes.*
13. *Ramus Catmelhocensis scutum, Nassovius, Catmelhocum, Franca, Diez.*
14. *Galea, Nassovia, Catmelhocensis, Diezensis.*
15. *Scutum Princ. Aransionensis.*
16. *Lam Caballonia seu Chalton, Linea de Arlay, Successio ad Nassovios.*
17. *Arjus aliquod in Comitatum Chaltonum?*
18. *Princ. Aransionis, Guichm. Courtes, 1. 2. u. In Aransionera jus Imperii, Ankina an singula cornua?*
19. *Com. Genevensis, Familia, Successio ad Tharros, Ad Sabaudos, Pretensio Cabillonorum.*
20. *Galea.*
21. *Scutum Mauritii Principis, Moderni, Berseha, Vera, Bura.*
22. *Tituli.*
23. *Moderni, Linga, Tomerra, Pentheuria, Charny Com. Bura, Leerdam, Saumartensdyck, Helsen.*
24. *March, P'ers & P'istinga, Ex Boyceus, Ad Burgundos, Aransionenses.*
25. *Anrcepia Burgogav, P'uccom, P'escotinus, Arlatum, Nofereich, Chasseaubelin, Ar p'uzil, Chasseaugyon.*
26. *Breda, Polanen, Dieft, Grimberg, S. P'it, Doestury, Gravna, Curok, Willem, Sant.*
27. *Pretensio in quadam jurafuturaci.*
28. *Scuta linearum Stgenensia, Diez, Burgua, Hadamaria.*
29. *Ex Stgenensibus Principi, W'ul'elm' Mauriti.*
30. *Ex Dillenburgicis lineae Schlaumburgia.*
31. *Linea Diezensis.*
32. *Conjectura de aliis familiis ex Nassovia, Saynensi, Gorua, Homburgia, Kirchbergia.*

§. I.

Familia

Nasua.

Theodo-
sius.Philippus
Solmen-
sumfator.

Nulli præcipuarum Imperii nostri familiarum Illustrissima Nassoviorum gens (quam *Ioh. Textor* in chronico, & *Andr. Christianus* in oratione parentali Com Joannis lenioris tuisius describitur) splendore vel antiquitate cedit, multas haud dubie vincit. Eam, si etiam ad Nasuam Ducem Svevorum, qui cum fratre Cimberio, quem Cimbrorum seu Zimmericum Comitum aliqui fingant autorem, in Gallias excurrerunt (Unde *Frischlunus*: *At Nassovium venit a thine decus surgens Adolfo Casio & ultimo à Nissia, qui olim scentus Te fuit Arizotte Trento apud Casium*) recurrere nolumus (vid. *Christoph. Broxver. antiq. & annal. Toxar. L. 1. p. 113.*) uti à *Theodosio*, cui uxor *Nassoviana* Comitatum seculo Christiano septimo attulerit, deducere amant, integram hoc loco enumerare nostri non est instituti. Quosdam tamen proceres huius & amplissimi arboris ramos notare necesse erit. *Eberhardo Nassovio*, qui seculo nono vixit, & parentem habuit alium *Eberhardum* cognomento *petentem*, tres alligant quatuor. Ex his *Philippus Solmensumfator* atque ad cognominem suum in-

Illustriss-

Illustriſſima & Solmenſis stirpis, cujus insignia L. 2. c. 89. consideravimus, fator. *Ioannes*, *Fridericus* & *Arnoldus* reliquis avitas ditiones retere. *Arnoldo* latus est *Waldmundus*, cujus abnepos fuit *Waldramus* sub *Ottone M. belli Dux*, cui emortualem annum scribunt fuisse, qui et *Christianus* post millenarium vigesimus numerabatur. *Waldramo* liberti fuerunt *Otto* & *Waldramus*, quorum ille à prima uxore *Adelheide* *Wichardi* filia *Geldrici*, à secunda *Sophia* *Wichmanni Zuephani*, am natus est, & investituram *Horum Comitatum* accepit, anno 1079. Inter eius ex *Adelheide* posteror, trinepotis filius *Rainoldus Rufus Geldrici* à *Ludovico Barato Imperatore* axioma *Ducale* impetravit 1129. & duos reliquit filios *Rainaldum Crasium* atque *Florardum*. Hi partiticialibus bellis inter se diu conflictati sunt, ille *Heckerſtorum*, hic *Bronchorſtorum* factionibus adjutus: *Victor* *Edvardus* fratrem toto decennio captivum detinuit ad mortem usque suam. Demum fratri superstes *Rainaldus* e carcere dimissus paucos menses ditiones rexit, & decedens dubiam reliquit ſucceſſionem. *Heckerſi* factio fovit forem natu majorem *Margaretam*, qua *Colofſi* *Comitis Laxensis*, dein *Joannis Comitis Clrenſis*, ultimo *Johannis Caſſilioni Comitis Aſeſis* uxor fuerat. Sed *Bronchorſtorum* ope, *Maria* alterius foreris filius *Willelmus Lux Jalacenſis* ſucceſſit, & huic frater *Rainaldus*. Cum uterque prole careret, foror *Jorana* *Johannis Arculet* uxor (cui frater mortens Geldricum tradiderat) ſucceſſionem ad generum ex *Maria* filia *Joannem Egmondium* & eius filium *Arnoldum* tranſiit: cum eandem agnati *Rainaldi* in Juliaco ſucceſſores *Duces Bergenſis* ſibi auferere conarentur. Verum armis *Arnoldus* jus avie vindicavit; demum à filio *Adolpho* in carcere detentus, & à *Carolo D. Burgundie* liberatus, hunc ſcripſit heredem. Succellit tamen *Adolphi* filius *Carolus Egmondianus* victoribus multis clauſimus, qui cum *Burgundica* domo tranſegit, ut ſi ſobolem non ſuſciperet, ad *Carolum Imperatorem* omnes ditiones devoverentur: ſed antequam moreretur, ipſo conſentiente *Willelmus Dux Juliaci*, *Cliviae* & *Montium* 1558. ad *Ducatum* capellendum evocatus, verum cum quadriennio nequiquam potentiori obſectatus eſſet, *Carolo V. Auguſto* ditionem cedere coactus eſt. Ex quo tempore *Geldria* cum reliquis provinciis *Belgicis* in *Hiſpanica* poteſtate permanſit, niſi quantum eius *Ordinum Federatorum Republicæ* acceſſit, & primam inter ſeptem federatas provincias conſtituit. Porro refert *Textor* *Chiton*. *Naffov.* p. 60. *Geldria* antiquum *deſignat* taſſe in feuto aureo tres rubentes meſſile flores, inde verò mutatum & *Naffovicum leonem* ſubſtitutum eſſe. In eo autem memoria labitur, quod leonem argento tingi perhibet, qui tamen ut *Naffovicus* auro fulget. Deinceps à *Willelmo Juliacenſi* & *Geldrico Duce*, *Ducatus* ſui unitis duo leones obverſo ſitu juncti ſunt, ut nimirum *Geldricus* ſeu *Naffovicus* *Juliacenſem* in altera feuti parte aurea nigrum reſpiceret, qui *Ducatus* etiam diviſis retenti inſignia *Geldrica* conſtituerunt, & nunc quoque conſtituunt. v. d. *Text.* p. 7. conf. de hiis etiam L. 1. c. 21. n. 13. & c. 38. n. 62. 69.

§. 11. *Waldramus*, qui *Otonis Geldrici* frater, ex *Roberto* nepos fuit *Waldramus*. *Contra-* *Conradi II. Imperatoris* miles, *Roberti*, qui in *Palatina* *Friderici Barbaroſſe* auſpicio exercitum duxit, & *Henrici* pater. Hoc natus eſt *Otto*, *Ottone* *Henricus* cognomento *drives*, omnium, qui nunc ex hac gente ſuperant, communis pater. Porro hi- *Henricus* *hos* habuit *Henricus* duos *Waldramum* & *Ottomem*: qui 1156. ita inter te partiti ſunt, ut *Waldramo* *Idſteinenſis* & *Weilburgenſis*, *Ottomem* *Dillenburgenſis* & *Beſtleimius* *Comitatus Rheni*, *Erbovigte* deſi *Nhemis* nuncupantur (*Anſt. Chriſtiani* orat. de ortu, vita & obitu *Joan. Sen. C. Naffov. B. 2. b.*) Ab hiis duæ lineæ *Idſteinenſis* ſeu *Velburgica* & *Catmelibocenſis* ſeu *Dillenburgica*.

§. 111. *Idſteinenſis* ſeu *Velburgica* lineæ (quæ dein à nova hereditate *Sarapontana* etiam dicta eſt,) autor *Waldramus* ſub *Rudolpho I. Imperatore* pratorio fuit præceſtus, & præter *Duternum* *Archiepiſcopum Trevirenſem* atque *Waldramum*, *Philippi* & *Emiconis* patrem, genuit *Adolphum*, qui *Auguſta* dignitate 1292. ornari meruit. neque niſi cum vita, prælio 1298. ceſſus, eam amiſit. Heredes non quidem axiomatis *Imperator* *Imperialis* ſed avitarum ditionum habuit, *Rupertum*, *Bohemiz Regis* generum, & *Gerlacum*; hic (pater etiam *Gerlaci* *Archiepiſcopi Moguntini*) *Adolphum* & *Joannem*: *Adolphus* duorum *Archiepiſcoporum Moguntinorum* *Adolphi* & *Joannis* pater ex

alio filio *Gerlaco Adolphum* genuit, iterum alius Archiepiscopi Moguntini *Albri. & Joannis* patrem. Ex *Joanne* reliqua pars lineæ (à *Vobaden & Pflum* ceptæ) propagata est, ad *Johannem Ludovicum* usque, qui 1605. vivis excessit, hereditas in partibus ex altera nempe *Wetliurgica* lineæ. Quam a successione, tanquam legata, capta & ad Dominum revoluta essent, *Moguntinus* excludere nequequam laboravit. Hæc in *Joanne Adolphi* fratre *Gerlaci* filio cepit, & a *Joanni Comitis Sarapontani* nupta novis diuionibus in Austria aucta est. *Joannis* filius *Philippus, Joannes & Christophum* genuit, ab illo *Sarapontani* alii, filius & nepotes. Tum *Joannes* ab uxore *Anna Joannæ f. Joannis C. Loenæ & Hemsberg* v, quæ 1450. obiit, successione *Hemsbergæ* obtinuerat, sed filia *Elisabetha* eandem marito *Wilhelmo D. Julaci & Mentium* attulit. *Philippi* progenies nunc quoque durat; Ejus enim abnepos *Ludovicus*, qui agnato in *Wetliurgica* ditione successit, ex tribus filiis trium iterum linearum agnatorum est. *Wilhelmus Ludovicus Sarapontum* nactus tres filios Comites Illustrissimos *Joannem Ludovicum, Gustavum Adolphum, & Valrabum* reliquit, quorum hic & ille, & alii, bello nupero caecivida atque filii, nunc quoque ditiones moderantur, & seles habent *Oetzle, Sarapont, & Sjonge*; alter *Joannes Idsteinæ* habitabat, & Illustrissimus *Georgium Angulium Saxealem* filium reliquit: *Ernestus Saxeus* *Wetliurgum* fortitus filium habuit *Federicum*, 1675. extinctum, qui filios genuit, qui nunc superant Illustrissimum Comites.

§. IV. Quod *Dilleburgicam* seu *Catmelibocensem* concernit lineam: in ea *Ottovius* filius *Henricus Dilleburgi* genuit & *Henricum*: quorum hic sator *Beiffcentorunt* ait, qui hoc seculo defecere. *Otto* *Standam* nactus est, & filium *Joannem* habuit, qui ab uxore *Margarita Marcana* præfensionem in *Marcam* genti intulit: Illa de eo *Textor* allegat ex tapete veteri acui pietæ verba: *Interea de Marcha juris nonnil prætendebat. Quo verus usus est nunquam: is tandem adjutus præfidis Joannis Com. de Cleris pro jure XIX. M. aureorum accepit.* Hujus filii *Alolphus* ab uxore *Gurtha Diezensi* Comitatum, *Engelbertus* à *Joanni* amplissimas in Belgis ditiones adepti sunt. *Engelbertus* filium habuit *Joannem*, hic *Engelbertum & Johannem, Henrici & Wilhelmi* patrem, ille *Renati* primi ex *Joannis Aransonensis* Principis pater fuit; hic inter alios genuit *Wilhelmum & Johannem*; isti patruelis *Aransonensis* principatum transcripsit; & ab eo, qui nunc etiam Princeps est, descendit pronepos Serenissimus *Wilhelmus Henricus, Joanni* autem, à quibus novæ lineæ, quatuor huc filii, namque à *Joanne Saxonensis*, à *Georgio Dillenburgia*, ab *Ernesto Catimro Diezensi* & à *Joanne Ludovico Hildovici* descendunt. His vero omnibus commune *Principum* nomen gratia imperiali accessit.

§. V. Ex his apparet, duos nunc etiam stirpis hujus superesse capitales ramos *Sarapontinum & Catmelibocensem*. Horum verò insignia differunt. Quod *Sarapontinum* tantum, qui prior est, concernit, non semper eadem scuti servata est dispositio. Primum unica areola contenti *leonem aureum* (sed corona destitutum) gestabant, *Nassovici* simbolo (de quo mox.) Inde leo *Sarapontanus* adiectus est (de quo §. 8.) ita ut uterque leo bis repeteret, scuto quadratariam secto. Nova accessio facta est, Dominio *Mehrenburg* (vide §. 11.) parmula alii, quæ quadrantibus incumberet, inscripto. Hinc 1572. *Mehrenburgico* simbolo expuncto, ista dispositio sumta est, quæ conspicitur apud *Sibmsh. Waverib.* P. 2. p. 14. & jam a nobis explicanda est. Porro scutum hoc quadrupertitum est, imposita toti alia parmula superita. Area prima *caerulea* *leonem* continet *aureum, lingua & falcis rubris*, circa *leonem plinthibus* hastulas *Hæpingius* nuncupat, & nos de eorum significatione bellica differentem adduximus *Gelenum* P. 1. L. 5. f. 1. m. 2. §. 41.) *auris* spartalis. Hæc primaria & ipsius familie *Weyz* est, unde solum in omnibus *Nassovici* scutis videre illud licet. Et quædam in familia antiquitus hoc insigne in usu fuisse, argumento est, quod idem datur *Geldica*, cont. *Clustler*. Eq. A. V. n. 58.) solum sicut leonis obverso & adiecta corona, atque omniis plinthibus, sed i primum discernitur accidentariam esse, si tumutato, ut respiciat alterum leonem Juliacentem, cont. *supr.* §. 1. 2. Secunda differentia videtur accessisse, cum *Ducalis* dignitas addita esset. 3. Quæ d *plinthibus* attingit, si conjecturis agendum foret, crediderim *Ottoneum*, à quo *Geldicus* ramus, primogenitum fuisse, adeoque pro seculi morte, solum sine mutatione scutum gentium

gentilitium retinuisse, *Walrum* autem discerniculi causa plinthidibus sparsibile suum. Quod si ita habeat, *Geldrie* linea extincta plinthides has omitti mos exigebat: verum retenta sunt, ut aliis exemplis idem contigisse observavimus. P. 1. cap. 8. sed hodie primum usum non amplius obtinent, cum arce Nassovica nunc sint necessaria figura. Quod idem in lueleo, sed in vetis coloribus, etiam Solmenfes comites notet, L. 2. c. 89. vidimus. Ceterum uti familiae hoc emblemata precipuum est, ita ipse Comitatus Nassovius illo etiam designatur, nomen fortissimè à civitate & arce *Nissan*. Arx Nassovia. Quam arcem sub *Walrabo*, qui 942. vivit, conditam perhibet *Frider. V. Leberus pastor Mosbac. in MS. Geneal. Niss.* Prætereaque memorat circa 1125. Canonicos Wormatienses Dominis de proprietate montis, in qua arx edificata, controversiam movisse. Unde demum Nassovi coacti sunt circa 1138. ab Illino Archiepiscopo Treventensi, cui illius permutatione cederant, arcem monteique feudo accipere. De quo vid. *Brouwer. annal. Trevir. L. 14. num. 118. p. 64.* Porro in *Nissovia* utriusque lineæ adhuc commune jus servatur. Ceterum cum eadem plane insignia sint *Comitatus Burgundie*, inde fides aliqua fieri posset veteri (apud *Textor. Chron. Niss. p. 32.*) traditioni, de duobus fratribus, Comitibus *Lebaris*, quos Julius Cæsar ex Italia secum adduxerit, & alterum *Burgundie* Comitem, alterum prædictum districtus circa Confluentiam constituerit: nisi nimis multa essent, quæ prohibent, quo minus historię mediocriter peritus autem commento illi præbere posset. Ut jam non dicam, illud *Burgundie* Comitatu 877. primum fuisse. (conf. *G. Hot. par. f. set. des arm. voce Armes. p. 42.*) Id tamen crediderim, hanc insignium *Burgundicorum* & *Nassovicorum* convenientiam auctori occasionem commenti subministrasse.

§. vi. Alreta area non est nigra, inducta fascia aurea, uti *Sibmacherus* loc. cit. pingit: sed (ut rectius P. 2. p. 19.) aurea, inducta fascia nigra. Denotatur ista comitatus *Mersius* seu *Mersicus*, qui dein *Sarv* erdano conjunctus est. Unde quæ circa hunc dicenda, ad proximum numerum referimus.

§. vii. Tertius quadrans niger continet aquilam bicapitem argenteam, rostro & Sarv erdano denis C. *cruribus aureis.* (in *Wapenb. P. 2. pag. 13.* pingitur aquila simplex.) Notatur Comitatus *Sarv erdensis* in Austrasia. Porro ad *Ludovicum Comitem Sarv erdensis*, qui circa 1246. floruisse legitur, familiam hanc referunt, ex qua *Fridericus Archiepiscopatum Coloniensem* ab anno 1370. tenuit, & tres ordine Augustos consecravit. *Catharina* vel *Walpurgis* heres Comitatus *Friderico Comiti Marfilia* nuptiis perhibetur, eique Comitatum attulisse 1408. à quo tempore *Sarv* erdanum & *Mertium* symbola conjuncta sunt. *Friderico* præter *Theodoricum* Archiepiscopum *Coloniensem* (qui *Albertum* & *Fridericum III.* Imperatores coronavit,) *Hornicum* & *Walrabum* Episcopos *Monasterienses*, dantur filii duo *Fridericus* & *Lannes*, quibus Comitatus suos distribuisse pater legitur. In illius progenie *Aicusius*, in hujus *Sarv erdani* Comitatus inprimis hæsit. *Friderico* tamen etiam *Sarv* erdentem comitatum adversus *Rudolphum* Episcopum *Metensem* & *Carolum* *Lotharingæ Ducem* ope *Friderici Archiepiscopi Colonienfis* proavunculi retinuit. *Friderico* natus est *Vincentius* *Mertise* Comes, qui ex *Anna* *Palatina* *Fridericum* genuerat, sed cum hic ante patrem mortuus, filius vero ipsius *Bernardus* in Gallia pro *Carolo* *Egmondano Geldrie* Duce obfessus esset, Comitatum 1433. genero, ex filia vel nepte *Margareta*, *Wilhelmo Comiti* *Wiedano* tradidit. *Bernardus* tamen ex Gallia redux non *Wiedanos* sed agnates *Sarv erdenses* successores declaravit, adeoque *Vincentio* 1370. mortuo ad hos successio delata est: sed inter hos etiam 1310. *Isaac* ultimo detum. to hereditatem crevit *Anna* *Wiedensis* *Wilhelmo* & *Margareta* *Mortenti* nata, *Wilhelm* *C. Nuenati* conjux. (confer de hoc *T. Schenck. annal. Jul. Cl. & Mort. P. 2. p. 345.*) Hi genere *Hermannum* & *Antonia* *Walpurgis*. Ille 158. mortuus 1270. Hæc primum *Philippi* *Montmorencii* Com. *Hornani*, quem *Dux Albanus* capite truncavit 1368. dein agnati *Adolphi* *Nuenati* uxore tandem prole cauit. It quod ex *Thuan. L. 12.4. p. 686.* disce, 1600. mortua heredem habuit, quem testamento instituerat, *Mauritium* *Nassovium*, qui adveñsus *Coloniensem* *Septemvirum*, seu potius sicut *Mertian. Niderl. Krieger. L. 20. p. 104.* memorat.) *Ducem* *Juliao* *Clivum*, qui tanquam teudis *Dominus*, ad te illud jam se prætereptendebat (unde *Mertise* fasces denum mentionem in *Palatinis*, *Neoburgicæ* lineæ, insignibus deprehendemus) armata manu hereditatem

ditatem crevit. Quod verò hæc Nassovia linea symbolum non modo Sarw. *et* *Walden* sed & *Morsium* tetra, inde factum arbitror, quoniam cum semel coniuncta fuerint, Sarw. erdana successione ad se delata, quæ jam coaluerant, *et* *Walden* sequi inciperunt. Ipsum *Sarw. Waldensem* Comitatum quod concernit, ille in Joann. *et* *Walden* posteris manit, donec *Johannes Jacobus* 1527. morte sua masculotum ordinem recideret. Ei patruelis fuit *Catharina* Joannis Ludovici C. Nassovii uxor. Hæc genuit *Johannes Ludovicus* & *Joannes*, uterque exilibes & *Walden*, atque *Catharina* *Comitis Lemingii* uxor. Masculi, qui ex Joannis Ludovici utroque conjugio procreati fuerant, extinctis agnati succedere: absque controversia quidem in *Sarapontana* ditione, *Sarw. Waldensem* verò controversiam tedebant *Lemingii* ob dictam *Catharinam*, unde lites ortæ, nec dum iudicio plane terminatæ, sed intervenit *Lotharingus Dux*, qui tanquam feudum *Masculinum* sibi vindicavit Comitatum, & armis detinuit. In pace *Osnabrugensi* & *Monasteriensi* Comitibus Nassovius *Sarapontanus* obtinuit restitui omnes eorum Comitatus, &c. nominatim verò *Comitatus Waldenensis* & *Sarw. Waldensis* integri cum omni causa; ut & *fortalium Homburg* cum terminatis bellis mobilibusque ibi repertis, *salvis* utrinque respectu tam ratione Anno 1529. 7. Jul. per sententiam adjudicatorum in reversio, quam aliis etiam de illis damnis, competentibus juribus, actionibus, exceptionibus & beneficiis juris, juxta leges imperii determinando, nisi partes potius amica transactione rem componant. *Salvo* etiam jure, quod *Comitibus de Lemingii Daxburg* in dicto Comitatu *Sarw. Waldensi* competere possit.

Ipsæ comitatus Sarw. Wald.

Iis cum Leining. & Lotharing

Sarapontanus C.

Familia.

Continuatæ per Mompeliardenses.

Linea de Commercy Successio ad Nassovios.

De Sarbruche in Anglia.

Linc. & Malberg.

§. VIII. Quarta arca cyanea argenteis cruciculis sparsa (jisdem metalli leonum auro coronatish. exserta lingua sanguinea, continet, designando comitatu *Sarapontano* seu *Sarbruchen* (unde per errorem factum credo, quod cum *Hespung. de jur. in sign. c. 6. §. 6. n. 896. p. 373.* pro *Nassovio* accipit.) Ex *Wapenb. P. 2. pag. 13.* videmus cruciculas *brachiatis* pingui, & quod alibi vidi *ispiculatis*. Hic Comitatus Austriacæ *Familia.* *Sarw. Waldensis* contiguus olim suos peculiare habuit Comites; ex quibus *Friedericus* legitur 1126. vixisse, & ejus frater *Albertus Archiepiscopus Moguntinus* & *Cancellarius Lotharii Imperatoris* fuisse. *Friederico* nati *Agnes* *Friderici D. Sveciæ*, ejus filius *Fridericus Barbarossa* Augustus rebus gestis celeberrimus est, uxor, atque *Simon* Comes, ejus filius & nepos idem gessere nomen: Eorum verò filia & soror *Margareta* Comitatum marito *Amedeo Mompeliardensi*, *Domino Montisfalconis*, qui 1148. *Jon-* villanum in itinere ultramarino comitatus est, attulit. His parentibus editus est *Walden* 11. isto *Joannes I.* hoc *Joannes II.* & *Simon*. Ille 1366. *Pincerna* *Francie* baro & *Sarapontanus* Comes, pater *Joanne*, quæ *Joanni Comiti Nassovio* nupsit: Hæc ex avâ hereditate *Domini de Commercy* nos am emisit hincam, in qua *Robertus Sarw. Waldensis* seu *Sarapontanus* *Joannam* Comitissam *Rocen* (de *Roucy*) & *Branne* uxorem habuit, unde uterque Comitatus hæc stirpi *Sarapontanæ* illatus est: Ejus verò hincæ hereditas demum per tres sorores *Philippam* *Carolo Silho Rupisguidoni* (de *Rechegoni*) *Domino*, *Catharinam* *Antonio Rojen*si dynasta, *Guilelmam* *Robertum Marcano* *D. Balhonio* nuptas, in hæc familia transfusa est. Porro quod *Lotharingum* heredi *Sarapontanus* concernit, quæ *Joanni Nassovio* *W. eilburgensi*, *Adolphi Augusti* nepoti nupsit, mater ex eo fuit *Philippi*, qui *W. eilburgum* & *Sarapontem* simul iterum tenuit, sed in hujus filii *Joannes* hunc, *Philippus* illum Comitatum nactus est: Illius verò extincta posteritate mascula, hujus nepotes succedere. Iterum *Philippus* alterius *Philippi* filius & *Alberti* frater *Sarapontem* tenuit, sed cum prole mascula careret, pater *Ludovicus* successit: in hujus liberis *W. eilburgum* *Sarapontanæ* ditones obtinere, & in ejus filii nunc quoque lupertant. Porro apud *Geliot. indic. armor.* voce *Seim* mentio italicique Angliæ familia de *Sarbruche*, ejus insignie gentilitium sit in arca *Regule* cruciculis *brachiatis* atque *ispiculatis* aureis consita leo argenteus aurea corona insignis, quod nullo mutato, nisi cruciculatum metallo, comitum *Sarapontanorum* vidimus fuisse symbolum; an exinde colligemus, ex secundogenitis veteri stirpi quandam in Angliam pervenisse, & isti familia dedisse originem? comestum in juvarent multa exempla.

§. IX. Quod toti imponitur scutulum linea perpendiculari iterum secatur, & quidem *Sibmaclerus* anteriorem partem auro tingit, inducitur *fascia argentea*; alteram iterum

iterum auream describit eum leone nigro. Verum illud regule Heraldicæ non permittunt: nec reclusi albi arcuolum mure, faciam argento tingunt, quo *Leopoldus* designari perperam credunt: unde aliis fidem adhibere malis, qui laterculum *auro, fasciam non argento sed mure* tingunt, qua ratione etiam illustissima familia in leonibus eum pingitur: ut tamen *Malbergensis* leo dextram, *Lohrana* tatera lavam occupet, sicut quæ apud *Sibmacherum* est invertis. His duobus symbolis *Lohran* & *Malbergam* notari constat. Unde in Serenissimorum *Marchionum Badenorum* leuto eadem vidimus areas. L. 2. cap. 4. Porro accipio, *Malbergum* in suos peculiare olim habuisse Comites, quos absque heredibus masculis extinctos dynastæ *Geroldsecken*, aut ut agnati proximi, aut obento alius modis leudo, aut matrimonio *Malbergicæ* Comitissæ & *Walteri* Dn. de *Hohen-Geroldseck* (qui *Monasterii Lore* fundator vivis excessit 1277.) exceperunt. Unde, quæ *Lohræ*, tatera rubra auream percurrens parmam, *Geroldseckenorum* etiam gentile signum est: Imo a Domino Domino demum inditum fuisse credibile est. A *Geroldseckenis* (in quibus post divisionem, qua 1277. inter fratres *Walterum* & duos *Henricos* instituta, *Waltero* & alteri *Henrico* *Lohranum* & *Malbergense* Dominia assignata sunt, peculiarem tulle lineam Dominorum de *Geroldseck* & *Lohra* refert, & eam in turpe tertiam confluit *Bernh. Herz. Chron. Allat. L. 5. p. 113. 120.*) ad *Sarwerdianos* devoluta est successio, quod inde factum autumo, quia *Henrici Geroldsecken* filia *Alheidis Joanni Com. Sarwerdensi* & *Marstis* nupsit leono decimoquinto. Inde jus etiam horum dominorum ad *Nalloviam* gentem eadem ratione atque *Sarwerdiana* reliqua successio delatum est. vid. §. 7.

A Geroldsecken
et 115 ad
Sarwerdensios.

Nallovios

§. x. Scuto huic impostæ cernuntur tres deauratæ galeæ: Prima sustinet *leone* *Galeæ* *nem aureum coronatum* inter duo *caruleæ cornua*, *plinthidibus aureis confersa*. Hunc apicem adscribunt dono *Ruperti senioris Electoris Palatini*, qui matre *Nallovii* ipse *Nallovio* editus confanguineis *Adolfo* & *Joanni Gerlaci* nris *Palatino* leonem argumento singularis affectus donaverit. Vid. *Hayng. de Jur. infan. c. 6. §. 894. p. 373. & c. 8. §. 3. n. 268.* ubi ait leudo datum esse. Hæc ratio est, quod *Catunehobencensis* linea, quæ ab istis non descendit, apice hoc neutquam utitur. Leonis coronam, linguam & tal- *Leo cor* *tonatus.* culas sanguine tingi perhibent, notandæ Imperatoris *Adolphi* cruentæ coronæ. Ita *Frid. Weber. in Msc. Geneal. Von wegen dieser blutigen medertag König Adolphen sithen inter den Nassauischen Grafen allem diese Grafen / so von seiner hinc hero geböhren/in ihrem waren schild (in hoc etratle videtur) einen gecrönten güldenem Löwen mit emer rothen cron/rothen zungen und rothen klauen an den poosten/die andere Grafen aber ohne eme cron. Antequam vero hoc leone uterentur *Nallovii*, galeam gentilitiam cuiusda *coeneæ*, cui tertium rosarum impostum esset, contegere solebant. *Melhi* galea coronata sustinet cum collo caput aureum *lupi* (veluti *Chifflet. Eq. A. V. n. 25.* in descriptione insignium *Frid. Valerani C. Martii E. A. V.* vocat, *vertant*) nullo turvo, limbo, spiculis & annulis argenteis; quo insigni *Sarwerdiano-Marstis* Comitatus notatur. Extrema galea *Sarwerdiana* est (conf. *Sibmach. Wapenb. P. 2. pag. 13.*) superbiens *jugo alarum*, *Sarwerdiana.* quarum superiora argento candent, interior pars nigricat. Hoc jugum alarum ante *Sarwerdensem* successionem galeæ *Nallovicæ* solebant addere, sed quia spatium ita permittebat expansum. Addidere deinceps tertiam galeam *Mehrenbergicam*, de qua n. seq. quæ tamen aliquandiu *Sarwerdensi* locum tacere jussit est. *Valer. Galearum* primæ tinguntur auro & cyano, secundæ eodem metallo & nigro colore, tertiæ argento & atto colore.*

Sarwerdiana
Martia,
Sarwerdiana.

§. xi. Hæc *Sarwerdianæ* lineæ parma assignatur à *Sibmachero*: & usurpatur à tota illa, usque ad annum 1656. quo nonnullæ iterum areas insertæ sunt, & quæ eadem illa dispositione, quæ nunc communiter retinetur, in duæ transverse lineæ in tres partes illud distinguant. Caput ites areas continet *Sarwerdianam, Sarwerdensem* & *Marstis*: Pes scuti duas, *Malbergensem* & *Lohranam*. In media regione principem parvulam *Nallovii* leone & plinthidibus insignem stipant, hinc a dextris in laterculum aureo duo pardi vel leones gradientes rubet, ut hinc in quadra *Ardis decussis aureis*, quem duodecim cruceculæ aureæ, angulis ternæ adscriptæ, comitantur. Leones memorati hieroglyphicon sunt Comitatus *Teutnau*, conf. *Wapenb. P. 2. pag. 7.* *Wolffius.* de quo

de quo tamen non constat mihi, quando familia illam acquisiverit. Deo f. 1. crucibus denotat Dominium *Mehrenbergi*. De hoc notandum ex *Textor. Chron.* p. 88. Joannis Comitis Nassovii Weilburgensis, qui Joannam Sarapontanensem in secundo thalamo habuit, primam conjugem heredem Dominii *Mehrenbergi & Gleiberg* fuisse. Nomen veroprius & familiae Textor nescit. Sed *annal. Trevir.* L. 17. n. 152. p. 224. in tabulis publicis non loannem solum sed *Gerlacum* eologium *Mehrenbergi* tribui perhibet. Scuto n. aucto, numerus, galea, dem auctus est: ut nunc quidem septem illi insistant. Medium locum *Nassovii* galea obtinet: hanc supant a dextris illa, quae jugum alarum, quas superius argenteum, inferius ater color tingit, complicatum sustinet, notando comitatus *Sarapontani* aureo orbe duorum pardorum imagine, qua d. ceor respici comitatum *Sarapontani*. Sarapontanae galeae proxima est *Alersia*, & hinc atque adeo à dextro latere *Mehrenbergica*, quae diademate tortili ex cocco & auro tecta sustinet quadrangularem decussim & cruciulis insignem, ejus extrema pennae ornant. A dextro veniens calidi adstat *Labrana*, hermam juvenilem sustinens rubro indutum, & ad rubeo orientali pileo tectum, ut tamen vestis collare & pilei ora redacta auro splendat. Quae brachia debellant, cornua prodeunt aurea. Ultima a laevis est galea *Mehrenbergensis*, sustinens tabulam auream leone nigro insignem, & undique nigris plumis decoratam. Quae circumvolitant *phalerae*, utroque metallo, cyano, cocco & nigro colore tinguntur.

§. xiii. Titulus huic lineae peculiaris ille est, *Comites Nassovia, Sarapontani & Saverda, Domini Labra, Wisbada, Alseim, &c.* Verum non modo illorum Dominiorum non omnium in scuto comparent symbola, sed plures in Familiae Illustratione potestate superant Dynastiae, quas scutum hoc non complectitur. 1. Comitatus *Homburgus*. 2. Dominium *Wisbadi* & 3. *Alseim*. Quae ex antiquo patrimonio gentis fuisse exitimo. 4. Dominium *Gleiberg*, quod cum *Mehrenbergico* allatum num. praecedenti vidimus. 5. Dominium *Wichea*. 6. Dominium *Burgschwalbach*. 7. Dominium *Sarapontani*. 8. Dominium *Kirchheim*. 9. Dominium *Stauff*. 10. Dominium *Homburg*. 11. Dominium *Ottweiler*. 12. Praefectura *Herzheim*. Quae posteriora Sarapontanae & Sarwardensis successione debentur: de prioribus quae dicam non habeo.

§. xiiii. Quod ad *Catimelbocensem* attinet iamque, qui ejus fuere Comites & nunc sunt Principes, itidem qua. Imperito utuntur scuto: in ejus prima quidem *Nassovius* leo cum plinthidibus conspicitur, de quo jam §. 6. diximus: nam illum in latereculum gentilem, haec linea cum priori communem habet. Secunda quadrata aurea continet *pardum* pedibus in praedam expantis *rubrum* cum *corona carulea*, & *linguam falcularum* & *linguae* exterae color est. Hic notat *Catimelbocensem* seu *Catimelbocum* comitatum: cujus jus familiae allatum est, cum *Henrici Landgravi* ex *herede Catimelbocensi* filia *Elisabetha* *Joanni C. Nassovio* nupsisset. Ince controversia inter *Hassos*, qui Henrici filio *Wilhelmo* in maternis aequae ac parentis bonis succedere volebant, atque *Chros* & *Nassovios*, qui ab uxoris *Catimelbocensis* ditiones sibi vindicabant, agitata est: in qua 1548. pro *Nassovii* (his vero *Chros* tantum jus etiam cesserant) pronunciatum apud *Sledan*. L. 21. pag. 642. Sed in *Passaviensi* transactione (*Sledan*. L. 24. p. 784.) recognitio caute decreta: atque demum iterum *Francis* ad *Mannum* Principum arbitrorum prudentia res composita est. vid. *Thuan.* L. 19. p. 863.) Inde tituli & insignia *Halls* & *Nassovii* communia. *Catimelbocensis* penes *Hillos*, qui propter eum 600000. aureor. *Nassovii* sibi erunt, *Dietzenii* comitatus penes *Nassovios* remanentibus. Conf. quae supra §. 23. de *Halls* tenentur. n. 4. & §. notavimus, & *Textor. Chron. Nassov.* p. 109. 110. Porro in *Silesiorum* *Comitatus* legi 1462. *Georgio Podiebrado R. Bohemiae* & filius à *Frederico III. Imperatore* auxilio fuerant, expectativam in comitatum *Catimelbocensem* datam esse. Nec tamen ex eo jus persequutus legi. Tertius latereculus *coccineus* *argenteam fusciam* continet, & *Wandensium* *Lucenburgii* comitatum significat. Hunc cum *Dynastis* *Wandensium* & *Diesbergae* 1347. obtinuit familia matrimonio *Ottone Com. Nassovii* & *Anna* *Gisberti C. Wandensis* filia. Quartus autem *rubrus* retinet duos *leones* (vel *pardos*) *aureos*, *linguis* & *talculis caruleis*. Notari hoc latereculo *Dietzenii* comitatum,

dubio

dubio vacat. Qua vero ratione ad domum Nassovicam comitatus delatus sit, ista apud *Ioh. Textor. Chron. Nassov. p. 97.* lego: Nimirum Ottonis Comitis Nassovii ex Adelhaidi Viandensis nepotem *Alulfum* duxisse *Iutam* seu *Gutram* *Gerhardi Comitis Diezii* filiam & heredem: ex hac vero non suscepisse masculinam prolem, sed filiam duntaxat matris cognominem, quae *Godfredo Baroni Epfheimensi* nupsit: Adolpho extincto, inter fratrem *Engelbertum* & generum *Godotieum* diceptatum esse de hereditate comitatus Diezii, quem ille (*Engelbertus*) titulo oppugnationis & immulsionis à fratre ad se delapsum esse contenderit. Inde item dicuntur ab Ottone Archiepiscopo Trevirensi 1120. & utrumque ad successorem simultaneam vocatos esse. Unde etiam nepoti *Godofredo Epfheimensi* titulum Comitis Diezii adscriptum lego. In transactione, qua controversia Catimelbocensis terminata est, conditio hæc etiam fuit, ut Comitatus ille Diezius (alibi tantum quartam eius partem ex parte vidi) Nassovius redderetur. Sed de his etiam plurius actum in teuto Histrico. c. 23. num. 6.

§. xiv. Huic scuto insunt tres galeæ auratæ, quarum primæ imponitur jugum complicatum alarum nigrarum, inscripto baltheo diagonali argenteo, quinque foliola aurea complectente; hæc *Nijozeman Viandensem* dicam, non habeo. Malum vero istud. Media galea sustinet jugum expansum alarum nigrarum, in quarum utraque comparet parvis rubeus *Catimelbocensis* in sphæra aurea: Demum ultima castidi aliud jugum alarum complicatum imponitur, eique inscripti visunt parvi *Diezenses* aurei in rubeo circulo. Laciniæ circumvolant galeam primam cæruleæ & aureæ (quod indicio servit, illam Nassoviam esse) mediam rubeæ & aureæ, tertiam argenteæ & coccineæ. Aliam vero galeam Nassovio *Engelberto* tribuit *Chifflet. Insign. Eq. A. V. n. 77.* quæ aureo virgatum tepimento coronetur, & cî apex impositus conspiciatur, binæ alæ pinnis commalle nigro & argento oblique dextrorsus sectæ. Num. 363 scuto Joannis Comitis Nassovii galea additur coronata auro, & apex alæ geminæ nigre obversa, singulæ virge tepimento aureo in medio præcinctæ. Tum *Sammarthani. L'etat. de L. Europ. T. 2. pag. 159.* quatuor describit galeas: quarum prima alam nigram simplicem, reliquæ iningle jugum expansum sit, tum quod in circulis peculiaribus *Cizenlebozium, Viandense, Diezense* & *Arzum* alas exornent. An ita nunc gerant, certo asseverare nequeo: nec tamen exitumo.

§. xv. Hæc insignia fuere ex *Sibmachero*: quando vero lineæ *Catimelbocensis* ramii plures sunt, singularum clypeis exhibere necessum est. Ex illis prima est Principum *Auracorum* seu *Arafsonensium*, qui eodem plane scuto cum reliquis gentilibus utuntur, nempe quod quadripartitum *Nassoviam, Catimelbocensem, Viandensem* & *Diezensem* (neque enim audiendus est *M. Gib. de Varen. R. d'arm. P. 1. pag. 148.* qui *Diezius* illos leones *Brusvicenses* interpretatur) symbola continet. Toti vero scuto, qua coeunt quadrantes, *Arafsonem* parvulam superimponunt: hæc iterum perpendiculariter & transversim secta quatuor laterculos continet, incubante his etiam quadrantibus novo scutulo.

§. xvi. Area parvula Nassovio clypeo impositæ primæ & quartæ *coccineæ*, baltheum defert *aureum*. Hoc insigne est familie *Cabillonensis* seu *de Challon. Stephanus Comes Burgundia*, qui ex ramo *Maisillonensis* veterum *Burgundia* Comitatum ortus erat, & 1237. vivis excessit, ab uxore *Beatrice Guilelmi III. Comitis Cabillonensis* seu *Challoni* filia hunc comitatum dotalem accepit, sed eundem ille & filius *Joannes Hugoni Duci Burgundia* concesserunt, alia compensatione accepta & servato titulo. Joannes iste tres, quorum posteritas aliquandiu duravit, filios habuit, *Hugonem Comitem Palatinum Burgundia*, cujus neptis hereditatem *Philippo Longo R. Franciæ* marito attulit, *Joannem Cabillonensem Dominum Rupisfortis* (*Rochefort*) & ab uxore *Comitem Atisiodori* seu *Auxerre* atque *Joannem Cabillonensem Dn. Arlaum* seu *Arli* (*de Arlay*) *Joannes Rupisfortis* posteris accepit etiam Comitatus *Tonneræ*: ultima hujus *Margareta Cabillonensis Orliveri de Hufon* cubiculari *Caroli VII. R. Franciæ* uxor fuit, & ejus filius *Joannes Comitatum Tonneræ*, quem *Margareta* soror *Joanna Ludovico Principi Arafsonensi* vendiderat, 1455. redemit, atque ad posterum transfudit. Cum vero *Joannis* neptis *Luisa S. Antiani Domina* nupierit *Claudio* vel *Emérico de Beau-*

de Beauvilliers, cuius posteritas hodie etiam durat: hac ex causa Cabillonensis nunc quoque in scuto Ducis de S. Aignan conspicitur, quod vidimus L. 1. c. 1. Quod vero Ioannem Du. Arlani seu Arlanum concernit, huius abnepos Ioannes de Arlanius Du. Arlani uxorem habuit *Rymundi Bauvis* seu Balzi (de Bauis) Principis Araufionensis filiam & heredem, à qua 1388. in possessionem Principatus venit: ab eo descendit Joanne, *Domini de Cuières, Viteau* atque de *Brignon, & Comites de L...* orti; Sed natus major *Ludovicus* cognomine *Bonus*, pater *Guilelmi*, & ab eo Princeps Araufionensis fuit. Hoc geniti sunt *Philibertus Princeps* & *Henricus Com. Nassovii* uxor. Ille copiarum Caroli V. ad Florentiam Dux, in eadem tem oppetit; instituit herede filio fororis *Renato* Nassovio Comite, qui inde *Princeps Araufionensis* factus est, ea conditione, ut *nomen & arma Cabillonensis* seu *Chalonia* assumeret; Hic cum 1544. in Landresiana oblidione occumberet impolis, necrum heredem instituit patruelium *Vilhelmum Nassovium*, à quo admodum Serenissimum *Vilhelmum Henricum* Wilhelmonepotem, Principatus successorem continuam delapsus est. Observat vero *Tistor Chron. Nass. pag. 288.* cum *Philippus Vilhelmus Princeps Araufionis* Eleonoram Borboniam Condeam duceret, Regem Galliarum in asinus honorem *Principatum Araufionis* restituisse, cum renunciatione omnis juris, quod Francia in illum pretendere possit. Thuanus vero L. 136. pag. 192. hoc tantum memorat: gratiam ei tactam, ut in antiquum *Araufionensis Principatus possessionem*, à qua per hæc bella iudicatus fuerat, restitueretur.

Successio ad Nassovios.

An jus aliquod in Comitatu Chalonensi?

§. xviii. Observandum verò, Cabillonense hoc *δᾶγμα* à *Philiberto* Araufionis Principe & maioribus usurpatum, & ad Nassovios translatum, non ob jus quod preterenderent in ipsum *Cabillonensem Comitatum*, sed ut indicium esset familie. Nam *Johannes Comes Burgundie* 1377. *Comitatus Cabillonensem*, quem à matre habebat, & *Naxonensem* permutavit, uti §. precedenti observavimus, cum *Hugone Duce Burgundie*, accipiens ea, quæ Duci ultra *Atarim* in *Burgundie Comitatu* à *Lacerando Duce Brancionis* obtigerant. *Conf. Sammarthani. General. Franc. L. 38. c. 9. Andr. du Chêne. Histor. Burg. & in antiqu. des Villes. L. 6. c. 9. Lud. Collut. mem. de la Fr. conte.* Servatus tamen est titulus, vel potius in cognomen familie mutatus est. Unde quod in *Mercurio imperi suo* Carolo V. *Princeps Cabillonensis* (scriptura variat, cum imperii scribitur vel typhothetæ vitium accessisse videatur, *Calm, Colm, Colin*, recte *Chalon*) legitur in Rhenano circulo (conf. *Linn. Jur. publ. 1. 73. 30.*) non intelligendus est ipse Comitatus vel Principatus Cabillonensis, in quem *Philbertus* & majores nihil prætenferunt (uti quidem exinde vir quidam celeberrimus & de literis atque imperiis omnique finibus optime meritus, Imperio jus aliquod in eo adhuc asserit.) sed vel *Principatus Araufionis*, vel alie in Burgundia possessiones, quas Cabillonensis tamen, unde ille, tenuit, intelliguntur, principe eorum in matriculam relato. Sed enim vidimus in *actis Madrid. 1. 37.* quibus in favorem *Philberti Cabillonensis Principis Araufionensis* quædam disponuntur, quæque ei adempta erant, restitui jubentur Cabillonis nullam fieri mentionem; & diserte non Comes seu Princeps Cabillonis, Princeps de *Chalon*, sed *Philibert de Chalon, Princeps d'Orange, Philibertus Cabillonis Princeps Araufionis*, appellatur, ut vel sic appareat, nomen Cabillonis gentile habitum, nullo ad jus aliquod in Comitatu olim alienatum respectu.

Fr. Aragonia.

Guilelm. Courtois.

§. xviiii. Secundum & tertium locum occupat *area aurea* (*Sibmach. argenteam facit*) *duo cornua venatoria cerulea*, *leguminibus & ornatu rubentibus*, continens. Hæc area designant ipsum Principatum *Araufionensem* seu *Auracum* ad *Rhodanum*, *Ayemonensem Comitatu* & *Vivaresio* inclusum. Origo insignium ex æquæ vocatione & quidem ineptâ fati (adeoque ad illud genus referenda, de quo *P. 1. c. 1. diximus*) sic credimus *Notis idamo Histor. Provene. P. 2. p. 166.* qui ita: *Il faut paroitre, qu'il y avoit du temps de Charles Martel un Guillaume au Courtois, lequel avoit été d'Orange tenuë & occupée des Sarasins, auquel sont venus les Princes d'Orange, qui par le surnom du Courtois portent en leurs armes le cornet. Seire oportet, qu'à tempore Caroli Magni fuerit quidam Guilelmus Cortis Nasti, qui civitatem Aragonensem à Saracenoꝝ potestate eripuit; ab eo Principes Araufionensis descenderunt, qui ob agnomen Curtialis cornu insignibus gestant. Porro qui Guilelmi illius, quem Regis Arelatensis & Principis Araufionensis elogium sibi vindicant, fuerint successores,*

efflores, non legi. Id certum est, ab anno 1240. *Baufen* seu *Balzus* (de Baulx) Principatum parvum, sed jure Chentelari a *Provincia Comitibus*. Successionem Principum videre licet apud *Thuan. L. 3. p. 143.* Porro ultima ex hac gente inter Arafionenses (nam in Italia duobus adhuc superfuere, & *Maria hia Raymond* attulit hereditatem marito *Joanni Cabillonio Arleo* : De cuius posteris, & quomodo ad Nassovios delapsa sit successio, præcæ §. vidimus. Porro ex eodem *Thuan* discere licet, in fide Impetii olim hunc Principatum fuisse: unde *Celebert. Contin. de fin. Imper. Germ. c. 25. p. 622. seq.* pluribus inter, quod ne nunc quidem ius in eum Imperio penent. In Arau-
tionem ius
Imperii.

Habetur tamen Principatus, qui soli *Deo* obnoxius ut, & aliorum omnium legibus solutus: quod idem *Contingius* loco citato examinat. Cæterum quæ hæc in singulis Anbinan
lingula
cornua?

laterculis bina pinguntur cornua, alio non nisi ungula video exprimi; quod & malleum, cum videam in id consentire Gallos (vid. post alios *Brantome jeu d'arm. p. 55.* & *Sammarthan. L'ait. de l'Europ. T. 2. p. 156.*) & Italos, ex quibus *Compvile del'arm.* in faml. Balz. p. 145. 147. prodit ea cornua *cerulea* vel *viridia* tuisse, & ab illis etiam esse gestata Balzus, qui Arafionem non tenebant. Ipsi vero Balzu suæ familie symbolon his cornibus addebant, in patina *coccinea stellam sexdecim radiorum argenteam.*

§. XIX. Huic item seculo medio (*sur le tout au tout*) incumbit alia parmula *novem tessellis ex auro* (quo quinque tinguntur) & *crano* interpunctæ. Galli dicunt, *cing points d'or equispollez a quatre d'azur.* Notatur isto emblemate Comitatus *Genevensis*. Hujus Comitum *Robertum* lego vixisse 890. Ab eo continua serie descendunt reliqui Comes usque ad *Amedæum III.* qui quidem plurium filiorum (*Amonis III. Amedæi IV. Joannis, Petri & Roberti*, qui *Papale* solium sub nomine *Clementis VII.* tenuit, & 1394. mortuus est) patet extitit, sed in his terminata est mascula progenies *Genevensium*. Fuerunt etiam *Amedæo* filie plures, sed ex illis *Maria Johanni Cabillonio Arleo*, & dem *Humberto VII. Domino Innoce* nupta filium genuit *Humbertum VIII.* qui avunculo *Papæ* solus successit: Altera (ut de reliquis nihil dicamus) *Joanna Raymond* Balero *Principi Arafionensi* nupsit, unde hujus gener *Joannes Cabillonensis* etiam præten dit Comitatum, sed prævalentibus *Thorais*, nam *Wenceslaus Imp. Humberto VIII.* investituram contulit, carut præten sio successu. Dein ab *Humberto patris Odo* nactus est Comitatum, & *Sabaudie Comiti* 1401. 5. Augusti vendidit. Servatum tamen à *Cabillonis* hoc præten sionis symbolum in scuto gentilitio, atque ita simul ad *Nassovios* translatum adhuc servatur. De aliis huc spectantibus vide in scuto *Sabaudico L. 1. c. 82. n. 11. 12.*

C. Gene-
vensis.
familia.
Successio
ad Tho-
reos.
Ad Sabau-
dos.
Præten sio
Cabillon-
orum.

§. XX. Huic scuto Arafionenses, tres galeas imponunt, quatum *prior* diademate tortili tecta sustinet jugum alarum coloribus *Cabillonensibus* antetertatum: phaleræ dependentes pinguntur *coccineæ* & *argenteæ*, cum analogia alterum metal- lum posceret. Ex *media* galea coronata sursum porriguntur *cornua ceruina aurea*, *Principatus Arafionensis* nota. Laciniæ huc etiam dantur *argenteæ* & *miniatæ*. *Vltimum* denuo tegit diadema tortile, sustinens jugum alarum *aureatum*, in quibus intra circulum *rubeum* duo *Diezenses leones*. Laciniæ sunt *aureæ* & *caruleæ*.

Galeæ.

§. XXI. Aliam vidi dispositionem, qua *Mauritius Nassovius Princeps Arafionensis* uti solebat. Scutum enim quadrupertitum erat, & singuli quadrantes retium Maurii quadrupertiti. Primus & quartus ex *Cabillonis, Arafionensibus* & in medio seculo *Genevensibus* emblematis: Secundus & tertius ex *Nassovii, Cui. melibocis, Viandensibus, Diezensibus*. Toti impostum erat scutulum, quod faciem & sertum tutacem *Saxonum* complectebatur, quod more *Belgico* ob matrem suam *Annam Mariam Mauritii Flectoris* & *Ducis Saxoniæ* niam, assumpsit; hæc dubie ut ita se a fratribus distingueret. Qui fratri successit *Princeps Henricus Fridericus*, hujus filius, & qui nunc superest nepos, quam superius explicavimus, dispositionem servavit, auctam tamen duabus parmulis, quatum altera supra *Cabillonio-Arafionense* scutum lineæ, quæ *Nassovium* & *Catimelboecem* laterculum distinguit, altera intra illud lineæ, quæ *Viandencie* & *Diezente* *bozua* & separat, incumbit. *Prior* continet *faciem simplicem*, altera *faciem alterius principis utriusque aperiens*: prout in sigillo observari: Ex eo conjicio priorem faciem *argento*, parmam *atro colore* tingendam, quæ nota est *bozua*, & ex eo *Fera*. De quo titulo §. seq. dicam. Inferiorem parmulam in initio faciei *argento* *Bozua*
Vera.

- Bura.** tinctam velim, ut ita Comitatus *Buranus* designetur, cujus illud est signum apud *Chifflet*. Eq. A. V. n. 120. De titulo vero mox §. seq. & 23. agendum erit.
- Tituli.** §. xxii. Arausionensium illum titulum, cujus tamen pleraque in inscriptis expressa non sunt, legi: *Princeps Arausionensis, Comes Nassoie, Catimelboci, Diez, Marchio Vira & Vellingae, Burgravius Antverpie, Vicecomes Viscontium Brada, Diez, Grimberga, Arla seu Arlati, Nozeret, Dominus Castellum, etc.* *Philippus* helmus Princeps Arausionis à Textore vocitatur. Princeps Mauritii aliam in *Arausio* *Princeps Arausionis, Comes Nassoie, Catimelboci, Flandre, Diez, Marchio Vira & Vellingae, Dominus S. Viti, Doesburgi, erit. Grava & ditionis Cuyck.* Accellit demum etiam titulus *Com. Arsisia* (de jure vide supra §. 7.)
- Moderni.** §. xxiii. Moderni Principis titulos multo prolixiores enarrat *Clebert Petrus Sammarthianus* *L'Etat de L'Europ.* T. 2. p. 154. *Prince d'Orange, Comte de Nassau, Cazenoboghen, Flandre, Diez, Lingon, Mours, de Tonnerre, Pontzeure, Charly, Borden, Leerdam, Arquis de la Vere & de Flessingues, Seigneur & Baron de Brada, de la Ville de Grava, & Pays de Cuyck, Diez, Grimberges, Herstal, Gravendonek, Tarnousten, Aris, Nofroy, Arqueil, Chasseaubelin, Chasseauguyon, Orbe, Grignon, Montfaucon, Reuvenant, les Baux, S. Vit, Doesbourg, Polanen, Villenstid, Nierwaert, Ysselstein, S. Martin, Geertruydenberg, Chasseaurenard, les hautes & basses Sevalves, Naeldyck, Graveland, Burgrave ou Viconte hereditaire d'Anvers, & de Besincon, Mariscal hereditaire de Hollande, premier noble de Seelande, &c.* Horum omnium rationem non plane assequor, multorum tamen: de quibus aliqua subnectam, illis omittis quæ in prioribus exposita sunt. De *Linga* comitatu *Westphalie* sequentia notare convenit. In *Tecklenburgicorum* Comitum potestate fuit, usque ad 1546. quo *Carolus V.* *Conrado* Comiti, quod contra se feudi Dominum militasset, *Linga* cum tota ditione ademit. Deinceps amicus ad *Fæderatos Ordines* devenit: hi 1597. memorantur *Thuan.* L. 119. p. 462. ut gratum animum erga bene meritam de se familiam testentur. ad faciendum tot ab ea acceptis jacturas compensationis potus titulo quam benefici loco in *Mauritium* contulerunt. Inde in pace *Hispano-Belgica* ann. 1648. ita constitutum est n. 50. *Resignat & renunciat pariter prefatus Dominus Rex omnibus & singulis juribus & præstationibus, tam proprietatis, cessionum, quam aliis, quas aliquo modo possidet præterinde super civitatem, Comitatum & Dominium Linga, super quatuor parvas, aliæque jure spectantia, quemadmodum etiam super civitates & dominia Ercogernam & Cloppenburgum aliisque præensiones, in & contra quemcumque demum esse possent, ut reciter & de facto in perpetuum queant permanere apud dictum Dominum Principem Arisacum, ejus heredes & successores aut actionem hærentes, in omnino proprietatis jure, secundum licitas donationis & investituræ *Caroli V. Imp. de die 3. Nov. 1546. & imitam postea transactionem inter Comitem Buranum & C. Tecklenburgicorum de die 15. Mart. 1548. & novissime juxta cessionem ea super factam mense Novemb. 1578. quam prædictus Dominus Rex, in quantum ipsum posset concernere, confirmavit & confirmat per præsentem tractatum.* Porro si vera narrat *Zeller. de X. circ. Imper. Germ.* p. 794. hæc *Linga* 1649. vel 1650. *Monasteriensi* Episcopo vendita fuerit. Quod *Tonneræ* seu *Tornodori* Comitatum in *Gallia* concernit: hic in familiam *Cabillonensem* delatus est, cum *Guillemus Cabillonius Comes Auxerræ* 1292. à matertera *Agnareta* *Burgundica*, que in matrimonio *Caroli I. Regis Sicilia* vixerat, illum obtineret. Abneptris *Guillemi Joannæ Johannis de la Baume* uxor 1440. jus suum in *Tonneræ* Comitatum *Ludovico Principi Arausionis* vendidit: sed ab hæc redemptum *Joannes de Hain.* *Joannæ* ex sorore nepos, suæ familiæ intulit, & ad posteros transmisit. *Pentheure* seu *Pentheure* Comitatum in *Britannia*, ab uxore *Catharina Richardi Britannici Comitis* *Stampentis* filia 1438. ducta accepit *Guillemus Cabillonius Arausionensis Princeps*: unde in *Madridensibus* factis ann. 1526. num. 37. bono *Philiberti Cabillonii* sanctior, *Luxemburg* *Lambale, Moncontour, les ports & haeres de Cronon & Entrenon & autres terres & droits en dependans, ainsi qu'il les possedoit avant la dite guerre.* Ejusdem *Guillemi* filio, *Philiberti* patri, *Joanni Principi Arausionensi* uxor secunda, ex qua *Philbertus*, filia *Antonii Lucenburgici*, Comitatum de *Charny*, quem à matre *Antonia de Beauffremont* habebat, attulit. Verum eundem deinceps à Principe *Antonia* *Philippo Chabotto**

Chabotio donatum lego: in cuius posteris haecenus haet. *Burani* Comitatus in Ba. ^{Bura.}
 ravia ab *Elisabetha f. Joannis Burani C. Hochstratenis* allatus est marito *Gerharo Comiti Culenburgo*; hujus filia *Aleida* eundem, nec non *Leerdamsensem*, intulit in *Egmondianam* ^{Leerdam.}
familiam, nupta *Viderico Egmondiano*: Hujus nepos fuit *Maximilianus Egmondianus Burani*, cuius satis celebrenomen est; Porro cum maucula is prole careret, ab *Anna* ejus filia uxore sua *Wilhelmo Nassovius Princeps Aravisionensis*, *Burani*, ^{Sanmar-}
Leerdam, *Isselein* & *Sammertinsdyck* obtinuit. Ex his *Leerdam* nec non *Sammertinsdyck* eadem via ad *Egmondianos* venerat. *Isseleina* autem teculo decimo quarto matrimonio *Ioannis Egmondiani* atq; *Guidae Amelise Isseleinae* Dominae hunc genti obigerat. (conf. *Burana* & *Isseleina* insignia *Egmondianis* juncta apud *Christel*. Eq. A. V. n. 120. & supra L. 1. c. 21. n. 8.) Porro patre *Wilhelmo* adhuc vivo filius ex *Anna Egmondiana Philippus Wilhelmus Burani* Comitis gessit titulum.

§. xxiv. De *Vera* & *Vlissingae* Marchionatu nunc dicam. *Vera* seu *Campoveri* ^{March.}
Valacrie in *Scandia* urbs, vetus familia *Borsfelis* unde hujus ^{Vera &}
Borsfelis unde hujus ^{Vlissing.}
Borsfelis unde hujus ^{Marchionatu}
 ditum, imo etiam ut in *Lud. Guicciardi de ser. Belg. p. 357.* videre est, istius urbis scutum inter duas ex mari surgentes turrets, ex quibus singuli viri clavigeri prospectant, refert parvulam *Borsfeliorum*, patrimonium, & ab ea circa 1358. maxime cineta est. Accessit dein *Maximilianus Imperator* tempore *Marchionatus* axioma: praeter varia ad mercaturam in primis facientia privilegia. In eadem etiam olim sedes *Archiepiscopalis* & *Consiliarium Admiraltatis* totius *Belgii*, atque in hunc finem 1364. ad asservandas machinas bellicas & reliquam elasticum apparatus ibi armamentarium ab *Hispanis* constructum est. Porro per *Annam Volsardi Borsfelii* 1486. extincti filiam, & *Philippi Burgundi Dn. de Beures* uxorem, ad hanc familiam possessio & *Vera* & *Vlissingae*, quae isti priori jungi solet, delata est. Demum cum *Philippi* & *Annae* nepos *Maximilianus Verae Marchio* extinctus esset, contentu *Zelandiae* ordinum *Marchionatum* hunc una cum *Vlissinga* emit *Princeps Aravisionensis Wilhelmus* 146000. floren. & 1581. inauguratus est, teste *Joh. de Laet. Resp. Belg. confeder. p. 127. 128. 129.* Postea apud *Thuan. L. 89. p. 400.* legitur *Marchionatus* hic praemium virtutis 1588. in *Mauritium* collatus, eius ad rei memoriam argenteo numo, in cuius antica parte inscripta *Nassovius & Verensis familiarum calata erant inter se colligata, cum inscriptione: Nodus indissolubilis.* Verum non ita priorem titulum, quo ad *Nassovios* devenerat, extinctum exitimo, sed ab *Ordinibus* confirmatum. In primis vero hanc hereditatis portionem pater *Wilhelmus* *Mauritio* peculiarem esse testamento voluit. Porro ob hunc *Marchionatum* titulus ascriptum cetero illi, *Premier noble de Seelande.* Quod ab illo *Lud. Guicciardi de ser. Belg. p. 358.* creditur est: *Vera Marchio* ex antiquo quodam statuto ea gaudet prerogativa, ut solus ac sine ullo competitorum in conventibus *Ordinum terrae*, suffragium ferat pro *Zelandica* omni nobilitate.

§. xxv. *Burggravium Antverpiae* ab *Engelberto* *Comite Nassovia* familiae ^{Antverpiae}
 illam perhibet *Textor. p. 102.* & per mutationis titulo a *Wilhelmo D. Juliacensi* ac ^{Burggrav.}
 quisitum, una cum *Diestra, Schemo* & *Scelhemio*. Quod *Viccomitatum Vefontinum* ^{Vicce Ve-}
 concernit, ille pars est *successionis Aravisionensis*. Huc spectant illa *Joh. Jac. Christel. fonsinus.*
Resont. P. 1. c. 60. p. 235. *Hugo & Joannes de Cabilone Dominus de Arlati* anno 1297. graviter inter se dissentunt pro *Viccomitatu* & *Majoria*, *juribus* in *curiis* *Bifontina*, quae male praefecturam urbanam civitatis *Bifontinae* vocant *Nicol. Vignierus in Chron. Burgundionum*; cum sint jura quaedam particularia, a quibus (sicut etiam a *Regalia*) *curies Bifontinae*, dum libet, lites suas ad *Gubernatorum* *sententia* deducunt, & *supremum* *eorum* *judicium* *postulant*. Illi *Viccomitatus* & *Majoria* *jura* *dictus Joannes de Cabilone* *accepterat* ab *Odone Domino Monti-ferandi*, & ab *Humberto Domino Claretanis in montibus*. Ab hoc *Joanne Cabilonensi Arlati* seu *Arli* *Donno* descendit *Philibertus Princeps Aravisionensis*, a quo *totali* *successio* ad *Nassovios* *transmissa* est, quod §. 16. vidimus: in ea ergo simul hunc *Viccomitatum* *Vefontinum* *contineri* non dubito. Eodem referimus *titulum* *Dominii Arlati* seu *Arly*, quem a *Joanne Cabilonensi* ^{Arlatum,}
 jam gestatum vidimus: imò nomen erat, quo a reliquis tractibus *Joannes* *distinguebatur*, & *lineam* *novam* *ortus* *est*. Itaque hoc etiam *Donnum* ad *Philbertum* *devolutum*, non ambigo. De *Noserecho* quod peculiariter *monetem*, non observavi, ad *Noserechi*, eandem tamen *successionem* *spectat*, ut & *Cystrabellinum*. Hujus mentionem reperio ^{in Ca-}

- in Cabillonenti familia, quod praefatorum Iugonis & Joannis Cabillonentium frater *Petrus* seu *Perrinus* Dynasta fuerit *Castriboni* seu de *Chastellu-Belin*. Quia vero hinc, quod liberis caretet, successit frater germanus *Johannes C. Koffiofortis*, & titulus in hujus quoque posteris legitur, ignoro, qua ratione ad Arausionenses hinc transiit. Id veto constat, ex induens inter Hispanos & Ordines 1609. conclusus, nam quia *Chastellu-Beloniensi* processum sub vitam *Wilhelmi* Princ. Arausionensis inter praemium concilium Mechilauente fuisse intentatum contra procuratorem Reg. Hispaniae. Et quidem in illo articulo promissum, intra annum terminandum cum verum id factum non esset, in artic. pacis *Hispano-Belgicae* anni 1648. num. 28. constituitur, ut si scus desistat ab omnibus & singulis bonis in praedicta causa postulatis: renunciet etiam omnibus actionibus & praetensionibus, quas praedictus situs in illa bona habere posset: ut resisteri atque de facto possint occupari inque liberam & plenum eam possessionem a Principe Arausionensi. Non minus ad successiorem Cabillonensem spectant *Arqueil*, cujus titulum gestavit *Henricus* Cabillonensis Joannis, qui Arausionensem heredem duxit, frater 1397. extinctus, nec non *Chastellanguon*, a quo denominari solitus est *Hugo* Cabillonius, *Ludovici* Boni Principis Arausionensis ex secundo matrimonio filius: cum enim *Henricus* & *Hugo* mascula prole caruerint, hereditatem apud Cabillonios mansisse existimo. Forte ex aliis enumeratis nonnulla pariter ad eandem Cabillonensem successiorem spectant, de quibus tamen certi aliquid asserere nequeo.
- §. xxvi. Quod *Bredam* attinet, Baroniam Brabantiae, hanc a Duce *Brabantiae* Joanne 1351. *Joannes Polanus* emit: Ejus vero neptis *Ioanna*, cum *Engelberto C. Nissoviae* 1404. nupsisset, hanc successiorem domui intulit. Eodem spectant credo titulum *Polanen*, quia illius familia Joannam heredem *Bredae* fuisse legi. Addunt alii ad eandem allata *Diest*, *Grimberg* & *Marchion. Antwerpae* (forte Burggravatum dicere volebant) sed *Antverpiae* & *Diest* titulum (auctore *Textore*) aliunde arcessivimus.
- Grimberg*, *S. Vit.*, *Loesburg*, *Gravia*, *Cuyk*. *Grimbergii* Domini partem *Naliovis* allatam ab *Adelheide* *Vandenti* (de qua §. 13) iterum perhibet *Textor*. Eidem debentur *Domina S. Viti & Doestburgi* seu *Duestbergae*. De *Gravia* & ditinencia *Cuyk* illa scienda sunt. Quod *Maximilianus Egonolanius Burae Comes* opidum *Graviam* cum territorio *Cuykano* a Duce *Brabantiae*, *Ordinibus* non invitis, pignori accepit, cum magnam pecuniam vni Duci mutuum dedisset. Per ejus filium ad *Arausionensem* Principem jus hoc delapsum est. Qua ratione tandem proprietatem *Naliovis* acceperit, artic. 49. pacis *Hispano-Belgicae* exprimitur istis verbis: *Dicitus Dominus Rex* (sc. *Hispaniae*) *resignat & renunciat omnibus praetensionibus de redimendo aut revindicando aliis que civitate Graviam, ditinencia de Cuyk, illius appartenentis aut depend. atis, antiquo Baronatu Brabantiae ante hac imperio reventis a defuncto Domino Principe Aurtico, cujus oppugnationis redemptio essita est, atque in proprietatem conversi, translatumque in utilitatem defuncti Domini Principis Maurimense Decembris 1611. per Dominos Ordines Generales uniti Belgii, tanquam supremam jurisdictionem habentes in jam antedictam civitatem Graviam, ditinencia de Cuyk, juxta & secundum formam litterarum patentium ea super expeditarum, virtute ejus conversionis & cessionis dictus Dominus Princeps Aurticus in praesenti, heredes & successores ejus aut actionem habentes, in perpetuum gaudebunt plena & integra proprietate dictae civitatis & ditinencia Cuyk cum omnibus appartenentis & depend. atis. Et illustud condidit & a suo nomine dicitur Princeps Arausionensis 1583. & tum opidum insule, in qua situm est, dominum anno seq. ab Ordinibus *Brabantiae* accepit.*
- §. xxvii. Admonent loca illa Arausionensium Principum titulis expressant praetensionem mentionem faciam, quam *Maria Lena Hunspergia* Joannis Comitis *Naliovi* in *Dillenburg* uxor genti suae intulit. Oo hanc enim *Naliovi* praetendunt quartam partem proventuum *Juliacensium*, doren. *Philippus* *Juliacensis* *Gedofredo C. Lanenti* seu *Losio* nuptae, quae *Mariae* avi fuit, & partem quartam praeterea pro *Geldria* accepit. Cautam hanc egit *Magnus* ille *Hugo Grotius*, cujus extat consilium pro *Naliovis* Arausionensibus in causa *Juliacensis*. Exhibebimus vero sine tunda-
mentis:

I. Dos *Philippæ*. Wilhelmi March. Juliacentis Godofredo Comiti Lænensi nuptæ assignata fuit 2200. floren. dein ob non solutas pensiones aucta ad 2250. Hanc cum ultris petere possunt Nassovii ob *Mariam Læensem Philippæ* neptem Joanni Nassovio nuptam, a qua illi descendunt.

II. Adolphi Dax Montanus cum Joanne Com. Lænensi, filio Godofredi & Philippæ Juliacentis, quia *Reginaldus* agnatus Dax Juliacentis liberis carebat, cui gradu proprior erat, licet per famellas, quarum jus non eo tempore spectebatur, ac præterea latis in provincia potens, Joannes, adeoq. in potunda ditione ipsè hujus amicitia egebat, 1420. pactum inivit, quo Adolpho ita successio agnati desinebatur, ut solus quidem de Principatu investiretur, sed Joanni & heredibus quadrantem ditionum eorumque utilitatem concederet. Conditio impleta 1423. mortuo *Reinaldo*, ac Joannes quadrantem acceptum ad posteros *Wilhelmum Blancoheimum*, cum quo pactum fædus 1437. repetitum ac sacramento firmatum, Gerhardum & Wilhelmum II. transmisit: unde hi sæpe *Duces* aut *Domini in Lænico* appellati. Cum vero ultimus 1467. sine liberis mortuus esset, proamitæ *Philippæ Vidensis* (æpiscopi) & *Mariæ Johannis C. Nassovii* uxor hereditatem potuit, & in hac dictum quadrantem. Juliacentes, quod proles mascula & heres feudalis defecisset, negant, & ab Imperatore hujus etiam quartæ partis investituram 1468. filio tamen jure cuiuslibet alterius obtinent. Sed Imperator 1470. referbit, ne investitura facta eis fraudi esset. Et postea 1476. vi facti formula id confirmat: insuper si quod jus *Wilhelmi Blancoheimi* morte ad Imperium delapsium esset, id dono addens, atque Gerharδο factam concessionem revocans.

III. Cum post *Reinaldi* mortem *Gelbium* invasisset Arnoldus Egmondanus, ad quam etiam jus *Juliacentis* ac *Læensis* habebant: tandem Gerhardus Juliacentis jus suum 1473. Carolo D. Burgundie vendidit 80000. aureis Electoralibus, cujus summa quarta pars ex superiori conventionione Læenibus atque per hos Nassovios debetur.

Objectiones, quæ prætensioni opponuntur, illæ fere sunt:

1. Præscriptio.

Except. Bona fides defuit; sed & sæpe interpellati hæredes, ut jus Nassoviorum non ignorarent. Eadem interrupta 1471. & 1474. citatione, etiam si litis non sit secuta contestatio, culpa Juliacentium. Semel autem interrupta præscriptio sec. Jus Canonicum non iterum inchoari potest. Jure civili autem requiruntur 40. anni, qui à 1476. ad 1542. si demas Engelberti captivitatem, Henrici minoris nitatem, & bella, ac Renati absentiam, numerari nequeunt. 1544. ipsi Juliacentes respondendo ad libellum Nassov. item sunt contestati. Postea quoque, si veniantur quæ demi possunt, non remanebunt anni, qui sufficiant præscriptioni.

2. Pactum inter Adolphum & Joannem illicitum, quia de hereditate viventis fuerit.

Exc. Lex illa Jutis Civilis sola nitens præsumptione, non semper obligat, unde plura exempla inter illustres Germaniæ. Sed & postea cum Blancoheimis ea cessa sint, ex postfacto saltem coaluisset: adde etiam novum Gerharði & Wilhelmi fædus.

3. Transactio fieri debet de jure dubio, hic vero jus Adolphi certum ante Joannem, ob femininam lineam non idoneum.

Except. Additiones illas sæpe, a terminis quod petebatur, jus validum fuit. Præterea fædus fuit, ut verba sonant, pacis publicæ & tuendorum civium ergo.

4. De divisione Ducatum, nisi Cæsar probaverit, invalidæ sunt pactiones.

Except. Sæpe in Germania Principatus diviti sunt. Nec hic agitur de divisione domini, sed jurisdictionis, administrationis & proventuum. Tum Cæsaris Frederici confirmatio supplet consensus vicem. Et Blancoheimi possessione 50. annorum præscripsere.

5. Pacifices fuisse Adolphum & Joannem cum filiis, filiarum nulla mentione: quæ alia quoque à feudis jure arcetur.

Except. Cum patre descendentibus omnibus jus natum: filii testimonio tantum adhibiti. Nec jus percipiendorum fructuum feudum est.

6. Ab Imper. Friderico obtinuit consolidatoriam concessionem quartæ hujus partis Gethardus: & merito quarta pars reliquis accretescere debebat.

Except. Excepti Imperator saluum cujuscunque alterius jus: & deinde quoque concessionem revocavit.

7. Alii Willhelmi Blancoheimii propiores fuere heredes.

Except. Negando: & si tulerent, eorum silentio jus aliis suum non perit.

8. Multa interim acta inter Juliacenses & Nassovios, nec tamen tacta hujusmodi mentio.

Except. Eanegotia cum hoc nihil habuere commune. Alibi Nassovii testati, quodanimum repetendi non abjecerunt.

Hæc fundamenta sunt. Porro initio Imperator 1471. 1472. Carolum Burgundum suo nomine cognoscere jussit, sed adversus hunc Juliacenses excepere, quod Nassovius ejus sit vassallus. 1474. ad se revocavit causam, & Trevirenti tradidit. Inde 1497. factus factum, ut amica transactione non forensi disceptatione res ageretur. 1502. & 1513. J. Cui Stoeheimii & Aquisgram frustra ob hoc convenire. 1507. ad alium convertum non comparuere Juliacenses. 1519. apud hos egere Carolus legatione controversia finiretur. 1543. *Renatus Nassovius*, ut cauta juxta promissum pacis legibus expediretur, non obtinet, sed Dux ad transactionem monetur: Unde res Bruxellas, dein 1544. Spiram transfertur. Inde alis incommodis Nassovii à persequendo jure detenti. Mauritius etiam 1611. adhuc quietere maluit. quam sua præsentione amicorum Principum causam gravare. Postea tamen proposuit. Porro ob hanc præsentionem non vidi quicquam ex Lanenti scuto assumtum vel gentili clypeo insertum esse.

§. xxviii. Ista de scuto Arausionensi: Cum vero supra n. 4. diximus, *Joanne* Willhelmi Principis Arausionensis fratre quatuor esse lineas, *Sigenensem, Dillenburghensem, Dieziam, Hadamariam.* Ex illa prima, secunda & quarta linea eodem jure utuntur scuto quadripartito ex Nassovio, Catimeliboensis, Viandensibus, & Dieziis symbolis, nulla quæ nisi quidem innotuerit accellione.

§. xxix. Ex Sigenensi ramo tamen prodit *Serenissimus Willhelmus Mauritius*, Henrici, à cujus fratre majori Joanne reliqua Sigenensis linea descendit, filius. Hic eodem scuto quod modo diximus quadripartito utitur, sed toti imponit novum scutum quadripartitum, ex leone coronato rubeo in solo argenteo, argenteo coronato in rubeo, duobus pardis seu leonibus gradientibus rubeis in auro, & tribus vitellis seu murmis Byzantinis aureis in cocco. Hic clypeus est Limburgio-Styrumum nam leo prior *Limburgiam* gentem, argenteus leo *Bronchorstiam*, duo pardis *Vidiam*, tres vitelli (quos alii rubeos fingunt, solumque aureum) *Borelocensem* dyabulum notant. Vide L. 2. c. 51. num. 9. & seq. Jus vero horum laterculorum est à *Cecilia Willhelmi Mauritii* matre *Maria Magdalena* Georgii Ernesti C. Limburgio-Styrumii filia, Henrico Nassovio 1646. nupta & 1653. extincta: quæ hereditatem paternam ad filium transmisit. Galeæ quoque clypeo imponuntur sex: prima *Nassovia*, secunda *Catimeliboensis*, tertia *Diezia*, quas in antecedentibus vidimus: sed adduntur deinceps ex *Limburgis* totidem galeæ novæ coronatæ (vid. L. 2. c. 51. n. 9.) videlicet ipsa *Limburgia*, ex qua ante caudam pavoninam exurgit leo rubeus: *Vitellia* cuius apex conitat duobus pedibus equinis rubeo & aurato sursum protentis: & *Bronchorstia*, quæ distinet duos pedes utinos (vel leoninos) argenteos, qui singulos globos stringunt argenteos. Lacinia sunt hinc caruleæ & aureæ, isthinc argenteæ & rubræ. Scuto subjicitur crux Joannitica argentea, & dependet ex fascia nigra, crux nigra argenteo limbo ambita. Titulus est: *Princeps Nassovia, Comes Catimeliboct, Viande, Diezia, Limburgi & Bronchorstii. Dominus in Beilstein, Styrum, Vitsch, Borekelohe, Liechtenord & Videnburg, Hereditarius vexillifer (Erbaner-Herr) Ducatus Gera & Zutphania, Equestrum Ordinum Joannitici & Teutonici eques, Commendator in Grounberg & Schooten, Chibarcha legionis pedestris, & præfectus turmæ Helveticæ prætoriana militaria Ordinum federati Belgii.*

§. xxx. Ex Dillenburgo *Schaumburgis* ramus prodit, autere *Adolpho* Ludovici Ientici filio, qui *Elsabetham Carolam*, Celebratissimi bello Ducis *Petri Christiani* filiam uxorem habuit, & ex ea non nisi trinita prole relicta proximis annis decedit.

Scuta lineamentis
generis.
Dillenburgh.
Hadamariz.
Ex Sigenensibus
Principis
Willhelmi
Mauritii.

Ex Dillenburghis
lineæ
Schaumburgicæ.

decessit. Hic scuto Dillenburgio consiveto impostum parmulam *Holzspeltam*, quæ describitur *Fursi. Wapenb. P. 4. p. 7.* Ea vero quadrivertita in primo & quarto laterculo *rubeo leonem* (vel argenteum, ut est in *Fursio*, vel teste pictura transmissa) *aureum*, representat, quæ signonem militaris imperii, vel ut est in *Fursio* clavum, falcu- listenet: in secundo & tertio *argenteo grypsium rubeum*, ungubus dextri pedis glo- bum caruleum vel potius pomum aureum prætendentem ostendit: toti iterum im- ponitur scutulum caruleum, in quo duos ramos mali sylvestris suo colore pictos & pomis ternis auratis ornatos, imposita corona conjungit ex meliore metallo. Ga- leas scuto huic imponi solitas non vidi. Credo tamen, quod Nailovis tribus consivctis tres etiam *Holzspeltæ* coronatæ jungantur: quarum primæ inter duas alas rubeas leo laterculi primi cum scipione insitit: secunda inter jugum alarum carulearum expansum sustinet ramum mali sylvestris, totus & pomis auratis exornatum: Super tertia iterum inter alas argenteas grypsus secundi alveoli visitur. Porro *Schaumburg*, unde, utpote ab habitatione, sineâ in vulgari ulu nomen, a *Wetterburgiis* Leiningiis emta est.

§. xxxi. Rami quoque *Diezensis* non vidi plena insignia, suis expressa colori- bus, sed tantum viduæ Principis scutum, quo propria Arantionenti medietati ex la- tere dextro marini symbolum pro more iungit, vasculum impressum. Erat vero illud femel ad perpendicularum, his transverse lectum. Arcolas primas quatuor conficie- bant tessera *Nassovii, Catimelboensis, Vranovis, Diezæ*: In quinta gradibus conspiciebatur *ceruus*: sextam permeabat *jasari*. Toti vero *cruce* insignita parmula incumbebat. Crucem nescio cui origini tribuam, nisi sit indicium Commende ali- cujus Joannicæ. Nec de fatæra quequam dicere possum, cum tinctura ignota sit. Cervum quod atinet, eum *Spiegelbergium*, adeoque naturali colore representan- dum, laterculum autem argenteo pingendum esse (vid. *Wapenb. P. 2. pag. 15.*) non dubito. Porro habitus Comitatus Spiegelbergii, tuos peculiare Comites ab anti- quo, ex quibus Joannidatur uxor Ursula filia Henrici Comitis de Pyrmont, quæ ei istam artulule dicitur hereditatem. Tota maulca progemes autem defecit 1557. cum Philippus pialo ad Quintim sanum excedisset. Inde ad *Glauchensis* successio de- lata est, Walpurgi Spiegelbergia natos. Vide supra L. 2. c. 32. n. 3. Cum vero hos et- iam finivisset 1630. mors Joannis Ludovici Comitis, teudum Comitatus Spiegelber- gii feudi jure relapsum est ad *Brunsvicenses*. Sed audiamus de eo *Zeiler*. ita. *Gerin. P. 2. p. 25.* in matricula imperii de *Spiegelbergis* ita loquentem. *Spiegelberg*. Anno 1612. von den Grafen von Oelrichen vertreten worden. Dana ob wol nach deß letzten Grafen von Spiegelberg und Pyrmont teet 1583. sich solcher Graf schafften als wegen Pyrmont mit Daderborn und wegen Spiegelberg und dem stecken Coppenbrück / mit Herzog Erich von Braunschweig mürhen er- hoben / so haben doch Graf Ditsch Ernt und Graf Hans Ludwiga von Oelrichen / die beyde noch 1607. g. lebet / als von Frauen Walpurgin Grafen zu Spie- gelberg und Pyrmont (im Westphälischen Cränse) abgehren / solche güter be- kommen / auch folgender zeit den anschlag erstattet. *Behse* Joh. *Lezæctum* in der *Düsselschen* *Chronie. L. 5. cap. 78.* *Hameimann* in der *Oldenburg. Chronie. P. 3f. 437.* und *Laur. Peccentlem* in *Theatr. Sax. c. 16.* Quod hic tradit *Zeiler* de ultimi Spiegelbergii morte, quæ 1583. contigerit, non accipiendum de extracta maulca proge- nie, quæ iam 157. in Philippo defecerat: sed illo an. 1583. mortuus est *Philippus Comes Lippæ, Spiegelberge & Pyrmontis*, qui avunculo Philipo successerat. Ut ipse *Zeiler* alibi de X. circul. Imp. pag. 877. de eate paulo tutius agit. *Coppenbrügge* ein schloß / hat vor jahren zur Grafschaft Spiegelberg an das Fürstenthum Calberg stößend gehort / und ist mit Pyrmont zum Westphälischen Cränse gerechnet worden: daberumb der fluß Lema / die Städte Eike, Erdaquim / Hameln und Münden / so alle Braunschweigisch sind. Als anno 157. den 10. Augusti Philippus der letzte Graf zu Spiegelberg und Pyrmont in der schlacht vor E. Quam erdrosen worden / und anno 1583. auch Graf Ditsch zur Wap- pel Spiegelberg und Pyrmont gestorben / hat Herzog Erich der jüngere von Braunschweig dieses hauss mid stecken Coppenbrück das vornehmste in der gemeldten Grafschaft Spiegelberg alsobalden als Braunschweigisch lehen

emgenommen/ und nachmals den jüngern Grafen von Gleichen (des nachst-
 verstorbenen Graf Philippi) mütter schwester Sohn Hannu belehnet. Die sel-
 gends der letzte Graf zu Gleichen/ Piemont und Epiegelberg vor a. 1515
 Ludwig den 17. Jan. 1633. (debebat legi 1630.) auch verchieden/ ut mit einer
 Grafenschaft Herz Heinrich zuu Herzogen zu Braunschweig und Lunenburg
 Endam Herz Graf Ernst Cambr zu Nassau, &c. belehnet werden. Die a. 1600
 Herz Wilhelm Friederich Graf zu Nassau/ Stadthalter und Capitain v. em. al.
 in Westfriesland, &c. mit allen Rechten und Herrlichkeiten durch die beleh-
 nung von Herz Herzog Georg Wilhelm, &c. als requierenden Herrn des Kurfür-
 stenthums Calenberg, &c. beschriben/ hat. Galeas quas familiaribus addat hac linea
 nusquam vidi.

§. xxxii. Sunt & alia familia, quibus ortum suum in Nassovia quaerunt. Ita
 Conjectu- *Syngesim* deducere abiquamant à Friderico Friderici C. Nassovii filio Eberhardi m-
 ta de alio- *tre*, Philippi autem conditoris *Solmensium* patris magno: qui *Syngam* condidit. In
 familia et *Nassovia*, *Sayonibus* hoc tantum observo, Sayonibus leonem vel potius pardum eicetum re-
 Sayonibus, *presentanti*, sed aureum in scuto coccineo. (vide peculiari capite de Sayn.) In eodem
 Goritia, *Philippi Solmentium* auctoris frater *Arnoldus* inter alios genuisse dicitur *Ottomem*,
 qui militiam secutus *Comitis Palatini Carinthiae* filiam duxit uxorem, & *Goritia* Co-
 mites proferevit. Scutum *Comitum Goritia* (*Warrenb.* P. 2. p. 20. cont. L. 1. c. 9. n. 67.
 in insign. Austr.) nonnihil istam sententiam confirmare videtur, id enim ex sinistro
 angulo diagonalter sectum, in posteriori quidem parte argentea duos tubos, bal-
 theos complectitur, in priori vero caerulea leonem aureum: quod symbolum est
 Nassovicum. Ante hos quidam *Arnoldus Nassovius*, *Walrami* filius & frater, *Luo-
 vicum* genuisse perhibetur, à quo *Comites Hombergenses* in Austria descendunt. Ho-
 rum vero scutum vidisse non memini. De *Kirchbergis* aliqua conjectura allata est L. 1.
 c. 46. num. 2.

CAPUT XXVII.

Domus Palatino-Bavarica.

ARGUMENTUM.

1. *Familia origo. Ex Wittelsbachis. Otto Dux Bavarie.*
2. *Ludovicus Comitatus Palatini. Ludovicus Severus. Linea Palatina in Bavarica.*
3. *Linea Rudolphi. Eichelolalis. Simmerensis. Bipontina. Veldentina. Neoburgica. Spanheimia.*
4. *Scuta varia utriusque lineae.*
5. *Scutum Friderici II. Elect. Scuta colligata. Aevi veterum.*
6. *Leo Palatinus. De origine. Leo in scuto visallorum Palatinorum.*
7. *Palatinatus. Amplitudo. Jura.*
8. *Fassuli.*
9. *Palatinatus per plures familias vagatus. Leo ab Ardennatibus.*
10. *Rhomens Bavarica. Orig. Numerus.*
11. *Bavaria Ducatus in pluribus famis.*
12. *Scutulum vacuum. Pomum Imperiale. Ordo persiculus.*
13. *Galea. Apex. Telamones.*
14. *Tituli.*
15. *Scutum lineae Simmerensis. Spanheimus Comitatus.*
16. *Jus Palatinum in Com. Spanheimio. Ex donatione. Ex hereditate Veldentina.*
17. *Apex. Titulus.*
18. *Neoburgica linea. Bavarica. Principatus Neoburgicus.*
19. *Ducatus Juliaci. Clivia. Montium.*
20. *Jus Neoburgicum in Ducatus ipsi.*
21. *Veldentinus Comitatus.*
22. *Com. Marcianus & Ravenberg.*
23. *G. Mars. Mauritius. Titulus. Titulus in-stitutus. Jus Clivionum.*
24. *Leo Palatinus. Titulus.*
25. *Galea.*
26. *Linea Bipontina in scuto veteriore.*
27. *Scutum modernum Bipontinum.*
28. *Jus Bipontinum in Juliaci - Clivionum successione.*
29. *Scutum linea Spanheimia.*
30. *Duces Christiani II.*
31. *Rappolstein. Hohenack. Regium feudum. Ferckheim.*
32. *Galea.*
33. *Titulus.*
34. *Ducis Joannis Caroli.*
34. *Abbatissa Quedinturgia.*
36. *Scutum linea Veldentina.*
37. *Linea Ludoviciana. Scutum Ludoviciana Bavarica. Leo Palatinus an avare veteriore Bavarico? Titulus.*
38. *Pomum Imperiale. Orig. Cognitio ad-heratus ad Bavaros.*

- | | |
|--|--|
| 39. Galea. | 44. Comes de Wartenberg. |
| 40. Maximilianus Ducis cheus. | 45. Insignia, I scut. |
| 41. Coloniensis Electoris. I p. capi Frisingensis & Ratisponensis. | 46. Wilhelmus D. Bavaria, C. Hollandia seu-tura. |
| 42. Episcopus Frisingensis. Comit. Werdenfels. | 47. Selvenium sentent. Eecard. Hutteg Bundschuch. Wirtsch. Altinger. |
| 43. Episcop. Ratisponensis. Officiales. | 48. De Scharenjuni sentia conjectura. |

§. I.

Quam ab Augustissimo Carolo Marno vulgaris traditio, *Audrea Presb. Ratisponensis, Ioh. Trithemii, Sebajt. Münsteri, Hub. Thoma Leodii, Elia Keszleri, Marq. Freheri, Christoph. Geroveldi* & aliorum suffragis munita, derivat, *Setenissima domus Palatina* nulli alii Imperii nostri stirpe lecynda, non semel *Imperialis diademate* (quod est ubi recusat it oblatum) & *regis coronis*, qua nunc quidem caret, præfulgida, à *Palatii* Imperatorum nomen sortita & multis integribus prærogativis & privilegijs pluribus seculis incluta, ex *Scheirensibus* & *Witelyschus* Comitibus intermedium originem duxit. In his cum per injuriam temporum & scriptorum incuniam aliquo tempore stirps intermorta videretur, resoruit virtute *Otonis*. Hic quintus eo nomine, *major* dictus, *Fridrico Barbarosse* Imperatori a pugione & aquila fuit, & post plura obsequia & egregia officia præstita *Henrico Leone* proscripto iusto, illius beneficio *Bavaria Ducatum* nactus, avitum patrimonium hac ratione in familiam quasi postliminio rediit.

Familia
origo.
Witelyschus
Otro Dux
Bavaria.

§. II. Filius *Ludovicus* cognomento *probus*, beatas illas *Palatinorum ad Rhenum* tertas, favore Imperatoris *Fridrici* huius nominis *secundi*, cui ipsum porcarum & familiarum fuisse, apparet ex ipsius Augusti quadam super ejus obitu epistola ad filium ejus *Otonem* scripta, anno 1215. nactus est, à quo etiam omne genus *metalli*, tam in *Palatinis*, *Comitatibus* *Palatinis* & *Ducibus Bavariae* &c. scribere. *Ludovicus* filium reliquit *Otonem* illustrem, hic *Ludovicum Severum*, commune omnium, qui hodie quoque accepta, *Rudolphum C. Habsburgicum* ad solum *Augustum* exivit. Ut adeo *Domus Austriaca* *Palatinæ* debeat incrementorum reliquorum prima fundamenta. Ex ejus filiis, *Rudolfus* ejus, que *Bohemis Palatina*, *Ludovicus Augusti* à dignitate clarus, alterius, que *Bavaria* nuncupatur, linearam autores exsunt.

§. III. Inter *Rudolfi* posteros *Rupertus* ejus pronepos *Imperiale solum* consecendit, & ex filio *Ludovico Barbaso* *Electores Palatinos* levit, qui superiori seculo in *Otonic Henrico* ultimo ex hac linea *lectore* 1559. defecere; alter filius *Stephanus, Fredericus* & *Ludovicum* nigrum genuit. Ille *Simmerensium* ramum, hic *Bipontinum* emisit. *Ad Simmeranum* deinceps devolutus est, priori linea extincta, *Electoralis*, in quo ut per multa adhuc secula in seros nepotes dicit, supremus rerum omnium arbiter fuit. *Bipontinum* iterum patitur suas divisiones; Cum *Ludovicus* migri filius *Alexander* patet fuerit *Ludovici* & *Rupertis*: Hic *Feldentium* lineam ortus est, illius filius *Wolfgangus* ex filio *Philippo Ludovico, Neoburgicus* & *Sulzbacenses*, *Johanne Bipontino* & *Svevicis, Carolo Spauheimio* seu *Bircenseldio* levit.

Linea Rudolphi
Electoralis
Fridricus
Simmerensium
Bipontina
Veldentium
Neoburgica
Spanheimia

§. IV. Inde mirum non est, gente in tot lineas divisa, insignium etiam dispositionem fuisse & esse non unam: ita considerabimus in *Rudolfina* domo 1. *Electoralis* insignia. 2. *Simmerensium* Principis, qui ex *Electoralis* domo proxime ortus erat. 3. *Scutum Neoburgicum*, quod *Sulzbacensis* linea etiam servat. 4. *Bipontinorum* & *Svevicæ* lineæ. 5. *Bircenseldio* seu *Spauheimio*. 6. *Feldentium* clypeum. In domo *Ludoviciana* solum succurrit scutum *Electoralis* & *Ducalis*, tum *Coloniensis* *Electoris*, de quo jam c. 8. actum est, nec non *Episcopi Frisingensis* & *Ratisponensis*.

Scuta varia
utriusque
lineæ.

§. V. Si ab *Electoralis Palatino* emblemate ordiamur. Exhibet equidem *Chifflet*, in insign. Eq. A. V. n. 127. scutum *Fridrici II. Electoris* hunc in modum: *qua tripartitum. Primus & quartus quadrans* pulvis *leone coronato aureo, linguis & falcibus cæcæneis impressis. Secundus & tertius uno supra signati rhombis argenteis & caruleis, oblique dextrorsum dispositis exaratus. Impositum quadrantibus scutulum coccineum sphaera mundi*

Scutum
Fridrici II
Elect.

mundi aurea impressum. Quantum tamen alibi videre licuit, solenne fere est, *Leones* fuit, (cujus vetustissimum exemplum est in *Ruperto Praejuniori* 1399.) tria leonum *colligata*: (*escutis*) De quo aliquid dixi P. 1. c. 3. n. 77. Qui mos nunc quoque observatur. conf. *Wapenb.* P. 1. p. 3 & P. 3. p. 4. Scuti vero quadripartiti, quae *Coste* tius describit, vix reperietur exemplum, quo aliquis usus esset, excepto *Luceo* 2. *Ruperti Praejunioris* filio, cuius dispositio placuit. Vetustiores ante *Rupertum* esse insignia minus tuere curiosi, unde saepius *Palatinos* Electores oblitvare licet eque insignidentes, dextraque nudum gladium vibrantes, in anteriori parte *chlamydis* sive vel etiam equi, leonem *Palatinum*, nonnunquam etiam castidi ipsorum insidentem *Leonem*, *Rhombos* vero *Barbaricos* tergo equi insperatos repraesentantes. Quo etiam insigni *Fridericus I. Victoriosus* quandoque usus est. Minores nam ex hac familia antiquitus nonnunquam etiam in triangulari scuto solum *leones*, neglectis rhombis *barbaricis* in insignibus exhibuisse repetiuntur.

§. VI. Quod ergo modetate detentissimi Electoris attinet insignia, constantia tribus *scutis* colligatis. *Primum* nigrum est & *leone* exhibet *aureum*, *sub* *lingua* *ro-* *rona*, *lingua* & *scutis*: quod ex *Chillettio* modo auditurus, nisi quod hic *oro* *in* *minio* tingere oblitus est. *Cauda* etiam simplex est, sed cum nodo in medio. *Observavit* vero *Leodius* in insignibus *Henrici C. Palatini Rheni & Da. in Læw.* qui *Da.* vixit, leonem sine corona cum duplici cauda. Notatur hoc *leone Palatino* *Leodii* *Hapting. de iure insign.* c. 6. P. 5. §. 2. pag. 338. (Quo & *Marq. Freherus* inclinatur, mox *leone* derivat, quia descendant ex *Palatinis* veteribus *Francorum*; Gentes autem & familias à *Francis* ortas, plerasque fuisse *leones*, originis docende gratia. Sed alibi c. 2. §. 10. n. 1018. *leone* derivaverat ab insigni *Herculis XI. Germanorum Rheni* *primi-* *que Bojorum* auctoris. *Ultam* derivationem amplectaris, vercor, ut ostendi possit, tam veterem gentiliorum *deyudatov* fuisse ulum. De quo P. 1. c. 2. dictum est. Cur non arbitrium veterum, quibus fere præ aliis generose habitæ imago placuit, unicam & hujus *Palatini* leonis, & quoties in aliorum *parmis* similis figura occurrit, eadem

agnoscere malimus, quam ad incertas & tabulis fere missas recurrere antiquitates? *Ob* hanc causam vero non raro amantur *Palatini* mansuetos alere *leones*, quorum *deyudatov* scutum exornabat. Quando vero *Palatina* histore alioquin insignis decus *Marq. Frecherus orig. Palat. P. 1. c. 13.* ex hoc *leone* colligit, *Nalovios*, *Solmenes*, *Say-* *nenfes*, *Wigensteimios*, *Leonsteimios* in clientela *Palatina* esse, collectione sua *inve-* *stis* perhibeat, firmitatem desiderarim. Sunt enim famule illustres hanc *Domina* *feudi* vinculo obstrictæ, in quorum *elypeis* nullus *leo* salt: & multi hanc *etiam* *in* *elypeis* ostentant, in quos nihil *juris* *Palatinati*. Nec tamen distinet licet, etiam *in* *beneficio* tributum insignium partem. Ita adhuc extant in archivo *Archib. & Comiti* *Comitum Nassavorum* literæ revertales de an. 1353. quibus continentur: *Das* *ihnen* *von* *Pfalzgraf Ruprecht dem ältern zu rechttem leben verheben worden / wren* *hörner* *von* *der* *von* *Nassau waren auff dem helm zu führen / und darvmben* *einen* *guldnen* *löwen*, *und* *solten* *iederzeit* *die* *zween* *ältesten* *söhne* *von* *selbigem* *stamm* *solchen* *helm* *von* *der* *Pfalz* *wegen* *führen.* Sic etiam *Philippus* *Electo* *Palatinus Ludovico* *Comiti* *in* *Larvenstein* insignia *Comitibus* *Læw* *entiments* *an-* *no* *1488.* concessit.

§. VII. *Palatinatus* hoc symbolo designatus, distinctus est, amoenissimis & fertillissimis, *Rheno* & *Nicro*, præter alios, fluvius irriguus, vigore multorum præcipuorum *jurium*, *regalium* & *privilegorum* à *Rom.* Imperatoribus & *Regibus* *Comitibus* *Palatinis* ad conservandam ipsorum dignitatem & officium a multis seculis concelsorum, tum etiam ratione plurimum insignium feudorum, quorum vinculo *maxie* *Principum* & *Comitum* *familie* *hunc* *Comitatu* obstrictæ sunt, per *Frincenim*, *Se-* *viam*, *Alsatiam*, *Hassiam*, *Atogantium*, *Treverensem* & *Coloniensem* *Electo* *vini* *et* *Ducatum* *Sulcastensem* latissime te diffundens, nullisque certis limitibus & *modis* *de-* *terminatus.* Quod autem præcipua hujus *Serenissimæ* *familie* *privilegia*, *ma* & *dignitates* *sublimes* attinet, ut jam de notissimo illo *jure* *FFrid. Augustus*, de quo *Wilo* & *pilo* ante paucos annos acriter pugnatum est. Item de *jure* *religionis*, *quos* *vi-* *gore* *Domina* & *loca* *Imperi* à *Christibus* oppignorata *revere* & *redimere* *liberet*, item de *singulari* *illo* *privilegio*, *deß* *Keßlerhandwercks* / quod te per *Allianam* *Franco-*

Franconiam, Sveviam & vicinia territoria longe lateque extendit, quodque in districtu Franconico Nobiles de *Zobel*, in Altiatico Nobiles de *Raisamhingen* subieci loco ab Electoribus Palatinis recognoscunt, & alius quam plurimus taceam; Quantum est, quod Serenissima hæc Domus inter Electores seculares, post Bohemice Regem principem locum semper tenuit, & *Archid. ipse* atque alii quos prætulit? Quantum est, quod ipsi Imperatores, non alius quam hi ipsi *Iudices* constituti? Quantum est, quod defuncto vel absente Imperatore *ab. Imperatio Imperii* ad ipsos devolvatur, quæ omnia ipsis ratione hujus *Comitatus Palatini* competunt?

§. VIII. Quam longe lateque autem primi *Palatini Comites* jam olim impera-
verint, argumento sunt, tum plurimæ Ecclesiarum & Monasteriorum in Trevirensi & Colonienſi diœcesi ab ipsis institutæ fundationes eorumque donationes, tum veteris hujus familiæ proptia & patrimonialia bona, quæ patrum ipsi adhuc possident, partim aliis Principibus, Comitibus & regulis beneficiario jure concesserunt: nam quicquid fere est inter *Confluentes & Andernacum*, Comitatus de *Vinckenberg*, de *Wied*, de *Sayn*, de *Manderscheid* & potissima Ducatus *Inhacensis* pars ab ipsis feudali jure dependet. Quibus aliis Principes & Comites, pari fidelitatis jure ipsi obstricti accedunt, cum Serenissimi hi Comites nihil præclatius duxerint, quam tot tantorumque Illustrium clientum & vasallorum subditis se saltos & stupatos videre. Horum vero illum catalogum accipi: Ex *Principum* ordine agnati *Palatini* lineæ Neoburgicæ, Bipontinæ, Svevicæ (Princ. Adol. Joann. sed res controversa est,) Spanheimicæ, utraque domus Hassiacæ, utraque Badensis, Nallovio Sigentensis. Ex *Comitibus* Castellani, Cronbergi, Erpacentes, I Janovii, Henburgi, Læwensteini, Leiningenses Hartenburgici & Westerbürgici, Nallovii Sarapontani, Octingenſes, Rhingravii (Controverſia hæc est, nec dum illum etiam *Saynensis & Wittgenſteini*, *Sinzendorfii*, *Solmenſes*, *Wiedani*, *Raugravii*, tum ratione Principatus *Simmerentis*, *Schœmbergi*, *Falkenſteini*, *Crauzi* *Schauenſteini*. Ex *Baronum & Dominorum* numero *Bræmſer*, *Waldenburg*, *Limpurg*, *Metternich*, *Sickingen*. Cum *Dahlberg* & *Hoheneck* controverſia intercedit, & teuda pro aperta habentur.

§. IX. *Palatinatus* hic nono seculo in potestate tuit familiæ alicujus *Austrasicæ* Palatina-
seu *Mosellanicæ*. Ex hac *Hofmannus* primum constituit *Sigundfridum Electorem Pa-* tus per
latinum Rheni, *D. Lotharingicæ & Mosellanicæ*. Eundem alii *Ernsfridum* nominant (in plures
MSer. Biblioth. Palat.) ipsamque *Conradi* Svevicæ & Lotharingicæ Ducis ex filio *Otto-* familias
ne nepotem faciunt. Juxta alios ille *Sigundfridus* vel *Sigfridus* filius fuit *Godfridi*, ne- vagatus.
pos *Ricconi* Comitum *Ardenne*, agnatus *Godfridi & Giselonis*, tum *Ottonis*, *Frideric-*
corum duorum & *Theodoricæ* Ducum *Lotharingicæ superioris* & Comitum *Barti*, qui in his-
toria celebres fuere. Ipsum *Sigfridum* ab Abbate S. Maximini *Lucenburgicum* cas-
trum accepisse, & inde Comitum titulum geitasse lego. Quæ præter *Cunzundam Au-*
gustam *Henrici II.* conjugem, tum *Fridericum*, a quo dem tota *Limburgicæ & Lucen-*
burgicæ familia, & alios fratres, natus est *Henricus*, quem affinis Imperator 1002. *Bavaria*
Ducatu donavit: hujus vel filius vel ex fratre nepos fuit *Henricus II. Dux Bavaria*
& Comes *Palatinus & Dominus in Lacu*, qui anno 1093. Monasterium in Lacu prope
Andernacum in Trevirensi diœcesi de bonis suis patrimonialibus fundavit. Uxor
ipsius nomen *Adelherdis*. Et quidem hic, ut literæ fundationis docent, *frater* fuit. Et
suceffit (vid. Leod. & Frier.) *Sigfridus*, cujus stirps in *Herimanno*, qui 1148. vixit, de-
fecit: Ex ea leguntur *Cuno*, *Fridericus*, *Godfridus* *Palatini*, & æmortalis designantur
his anni 1050. 1078. 1126. *Godfrido* filius datur dictus ille lineæ ultimus *Hermannus C.*
Palat. Rheni. Hoc etiam tempore vixit alius *Henricus Comes Palatinus Rheni*, & *Stal-*
ecce supra *Bacharachum* suam sedem habuit, testibus literis oppignorationis anno
1147. quibus ad implendum peregrinationis sue propositum Comitibus de *Spanheim*
Henrico, *Alberto* & *Godfrido* pro certa marcarum summa aliquas villas pignoris
loco dedit. Eiusdem mentio fit in literis 1156. quibus *Fridericus I.* Marchionatum
Austriæ in Ducatum convertit, & a *Bavaria* separavit. Hinc *Conradum* *Fridericæ* Imp.
fratrem suceffit, ejusque uxor *Irmenegar di* nomen fuisse varia documenta Archivi
Electoralis *Palatini* de annis 1155. 1161. 1163. docent. Ex quibus etiam docetur, jam tum
temporis *Conradum* hunc Comitum *Palatinum Rheni* fuisse, & non demum, quod alias
credidit 1170. ei Comitatum *Palatinum* feudo concessum fuisse. Uxorem ejus alii

Elisabetham vocant filiam Cunonis, qui Franconie Dux ab Irmgardii Henrici Palatini filia Principatum istum tenuit. Filius *Conradi* hujus Svevi *Conradus Palatinus*, qui *Bacharae* vel imposito castello *Stalcke* habitavit, 1198. fatis concessit, relictus a filiis aliis perhibent sorore vel potius ut in literis est 1189. filia *Agnete* seu *Clementia* nupsit *Henrico Saxoni* Henrici Leonis Celebrissimi & Potentissimi Germanie Palatini filio, qui *Palatinum* nactus 1196. & 1213. extinctus atque *Schenaugie* sepultus est. Iste Henricus advocatiam Ecclesie & civitatis *Treverenfis*, quam hactenus *Conradus Palatinus* ad Rhenum gesserat, Archiepiscopo 1198. resignavit. Hujus filia *Anna* nupsit *Gertrudi Ottoni Wittelsbachio* Bavarie Duci nupsit. Nec tamen ab ea *Palatinum* familiae illatus est, sed jam 1215. *Ludovicus* Ottonis patens de Principatu investitus, qui se *Comitem Palatinum Rheni* scripsit, nec non ab Imperatore eo titulo mactatus est, quod metalla *Palatinatus* ipsi tanquam *Comiti Palatino* 1219. ab Imperatore in feudum concessa, & 1225. *Heidelbergi* cum castris ab Episcopo *Vormatensi* in feudum ipsi data, unde ibidem sedem fixit, eodemque anno monasterio *Schenaugensi* exemptionem a telonio & Umgeld in *Heidelberg* concessit. Ex eo tempore, quoniam unam gentem pervagatus erat, in hac acquievit *Palatinatus*, & in ea ad ultimum perseverare avert. Porro variis titulis ditiones *Palatinae* crevere, quorum symbolis, ad modum quidem aliarum stirpium, ista clypeum suum ornate neglexit. Ex praedictis vero, si quis ab origine *deriva* gentilitia arcescere velit, videtur, non rectius arcesse *Leonem*, quam ab *Ardeumensis*, quibus *Leones* fuisse, *Brabantiorum*, *Lucenburgensium*, *Limburgensium* Principum, qui primorum *Palatinorum* agnati fuisse creduntur, exempla satis probant. Certe haec conjectura, quam *Heringii* paulo ante rejecta, probabilior esset, si quis cavere vellet.

Leo ab Ardeumensis.

Rhombi Bavarici.

Origo.

§. x. Altera parva rhombis argenteis & caruleis oblique dextrorsum dispositis exornatur (Lozengé d'argent & d'azur de 21. pieces mises en bande) alii scutum *rhombatum*, *virgatum* alii, nonnulli *staccos Bavaricos*, item *reticulatos* & *decussatos* rhombos vocitant. Nostri *Wecfel*. Originem quidam derivant à vetustis *Bavaris*, qui tempore gestarint 24. panes (*Wecfen*) in memoriam ejus, quod *Pfammetychus* *Aegyptius* (apud *Herod. Eut.*) cum pueri absque humana voce quam audirentisus eunti clamaret *becha*, *Seythis* & *Phrygiis* *panem* otiginis adscripserit, quia in eorum lingua vox ista panem notet: honori autem participare voluisse *Rojos*. Ita quidem *Wolfgangus Lazius*, sed vix Poëtis digna est fabula. Et si hujus generis coniectura certandum esset, forte *Hepingius* audiendus fuerit, qui de *Jur. insign.* cap. 6. P. 5. §. 2. p. 339. colorum varietates *Lacoba* describi posse exultimaret ex *Gen. 35. 38. 39.* *Welfero Bocarum* antiqui scriptore diligentissimo L. 2. p. 15. *Treherus* a *figulis* *coloratis* (*ισθωα* & *αλωβια* vocant.) Gallorum derivat, qui Romam cepere, in quibus *Boetium* Ducem *Chrixum Silius* L. 4. recenset: quadris modice in rhombos compunctis. Observat *Welferus* loco cit. quod *virgata sagula*, quae sunt apud *Virgil.* laeve explicant *Grammaticus* *Interpres Servius*. Addens illa: *Persecoloria* appellaverit *Ticinus* 2. *Hist. flor. & Sidonius* L. 4. ep. 20. *Barbarus inferioris aevi scriptor* (*Sangallensis de vita Caeli M. sub finem L. 1.*) *Gallus* illis ad *Caroli* aetatem usque usos esse ostendit. Ex *Diodoro* L. 8. c. 9. *paret, fuisse in tessellatam prope speciem interstructa & coloribus variegata, ut si quem retium plagas & n. aculas pictis tabellis explere & solidare delectet, juniculi decussati virgarum vice sint, sic futurarum vice in segmentatis vestimentis istis, quas si auratae lineae adornatum clauderent, omne enim Gallicum nomen auro apprime delectabatur, vestes auro virgatae dicitur, quod de *Chrixo Silius* scripsit. Confer *Haping. de Jur. un. n. c. 6. P. 5. n. 680.* Ast de illo genere laterculorum, quod in rhombos areolas compunctum, merito dubitat *Phil. Cluver. Germ. antiq. c. 16. pag. 138.* eo quod non videntur hoc fuisse texturae, nisi sagum ex segmentis confutum fuerit: quod etiam *Welferus* invenit. De numero tessellarum idem *Welferus* p. 16. *Rhombos* plerique *ter sesquos* esse servaverit, alii aliter construere. In causas ejus numeri, uti colorum utidem naturam & praesentiam, atque inde significatum subtilius inquirere, vereor frustra fieri, etiam si antiqua est numerorum superstitio, & benigni otiosus hac omni ad differendum materia. Certe non adeo accurate ille numerus observatur, ut non aliquando novendecim, tredecim, plures paucioresve pingantur.*

Numerus.

§. xi. Rhombisibus *Bavariam* Austria, Salisburgenti Archiepiscopatu, Tirolenti Comitatu, Svevia, Franconia, Bohemia inclutam notari, dubio vacat: & quidem *Vilfridus I. e.* vetustissimam Boicorum insignium partem hanc agnoscit: atque memorat, militem *Theracomachum* in præico de *rebus belicis* libro (qui *notitia utriusque Imperii* subijunctus) hujus generis virgato sagulo ornatum viti. Et quidem *Bavaria*, vel si antiquum præplaceat nomen *Bojovra* a *Bois* & *Avaribus* composita voce.) *Vindelicis* & *Noticiantiqui* partem non exiguam complectitur: veteribus tamen quam nunc amphior fuit. Veteres Principes & Reges, qui domi vel toris celebres fuerunt, apud *Vitellium* & *Joannem Aventinum* videre est. Nobis non vacat, illos prolixius recensere. Sufficiat dixisse, quod *regnum Bojartorum Theophono*, quod contra te conspiraret, in monasterium detructo terminaverit, & ubi subiecit *Carolus M.* In hunc posteris *Bojaria* permansit ad *Ludovicum* usque *Arnoldi* Imp. filium. Inde Ducatum gessit *Arnolfus* cognomento *malus*, *Luipoldi* seu *Leopoldi* filius, quem tamen a *Ludovico Augusto* fratrem faciunt, & ejus in historia *Conradi I.* & *Henrici I.* quibus cum non semel ei res & bella, satis frequens mentio. *Arnoldum* excepit *Ottomus* Imp. gratia frater *Bertholdus*, qui 948. sine liberis decedit. Inde quod *Arnoldi* filii inconsulto seque *Bojariam* usurparent, illis rejectis eam concecit nati *Henrico* *Otto M.* *Augustus*, iste filio reliquit, hic iterum suo, quibus cum patre & avo idem nomen. Tertius ad Imperatorem evectus, & demum in *torum* albo adscriptus est *Henricus II.* Hujus beneficio affinis *Henricus ex Mosellanicis* de quo §. 9. Ducatum nactus est, & post hunc *Henricus* *Conradi II.* *Augusti* filius, deimpe Imperatoris. Hic *Henricus* decessoris filio *Henrico* Principatum reliquit, & dein eundem ex necessu ipsius genero *Conrado I.* *Canonis D. I. Vormatia & Charintia*, sed dein ob res non optime ab hoc administratas, eo excludo, filio suo *Henrico*, qui inter Imperatores dein quarti agnomen gessit. Hic matri *Agneta*, dein *Ottomum Saxoni* provinciam regendam dedit, atque demum cum ille Imperatori se opponere non semel ausus esset, *Vitellio* *Electentis* *Marchionis* filio. In hujus familia *Bojaria* diutius mansit, & idem primus ad posteros eam transmittendæ facultatem obtinuisse videtur, unde successere sibi *Vilfridus* & *Henricus* cognomento *niger*, huic iterum filius *Henricus superbus*, *Conradi III.* hostis, ac tandem ab eo ejectus *Bavaria*. Dignitatem huic ablatam suscepit *Leopoldus* *Austriæ* *Marchio*, & ad filium *Henricum* transtulit: uterque tamen armis *Vitelli III.* & *Henrici*, qui *Leo* agnominatus est, ob eam exercitii: Donec tandem *Fridericus Barbarossæ* lite in ira dirimeret, 1156. ut alteri *Orientali* partem, que *Austria* nomen gerit, concederet, alteri *Henrico* *Leoni* *Occidentalem*, que *Bojaria* appellari pertexit, traderet. Sed idem hic *Leo* sæpe Imperatori rebellis, tanquam actionibus exutus est omnibus. Inter has *Bojariam* seu *Bavariam* (quod jam §. i. dixi.) 1180. idem Imperator contulit *Ottomum Vitellifacho* ex *Scherrensibus*, tanquam legitimo & proximo veterum *Ducum* heredi. *Ottomus* filius fuit *Ludovicus*, qui plures dynastias avitis possessionibus adhecit, & quod §. 9. vidimus *Palatinatus* *Rhemæ* & *Principatum* primus ab Imperatore *Friderico II.* nactus est, pater *Ottomus*, cui etiam filia *Henrici* *Palatini* nuptierat; Ex his omnes qui deinceps fuerunt *Palatini* & *Bavariæ* *Duces* orti sunt.

§. xii. Tertia parmula, que imo loco inter duas interjacet, absque figura tantum rubet. Hoc veteris in ista domo moris fuit, antequam 1544. *Fridericus II. Carolus V.* autore ei pomum imperiale aureum intereret; cont. *Dan. Varr. Histor. Palat. p. 271.* Insigne hoc fuit dignitatis, qua *Archidux Imperii* *Electores* audiebat, eo vero *Electo* ratu ad domum *Bavariam* translato, & alio sub *Archiducis* *Juanis* *Arri* titulo *pace* *Ojibrugensi* erecto, præicum illud scutulum vacuum resumere, quam nova figura uti præplacuit. Videtur quidem aliquando coronam, qua Imperator coronari solet, parmula inseriptam, e a forma, qua Illustrissimi Comites *Sinzendorfii*, thesaurarii sub *Palatino* hereditarii, nunc utuntur, vid. *Wapent. P. 5. pag. 3.* verum ipsius *Serenissimi* *Electoris* usus in moneta & sigillo aliud, illud videlicet quod jam occupavi dicere, me docuit, videlicet coronam nunquam atctam esse. Hicce scutus *Serenissimus*, qui nunc est, *Ordope* *Octovir penselcheldem* circumdat *Ordinis* *Anghæmi* (de quo *P. 1. c. 7.*) insignis, cum inscriptione solita: *Hony soit qui mal y pense.*

§. xiii. Scutus his unica imponitur *galea*, eique ad versa fronte insidens *leo senarius*, vid. *Wapent. P. 3. pag. 4.* Quæ circumduunt *galeam* & *scutula* contingunt *lacinia*,

Bavariæ
Ducatus
in pluri. us
tanquam

Scutulum
vacuum.

Pomum
Imperialis

Ordope
scutidus.

laciniæ, rubeo & atro colore tinguntur. Præter morem artis hoc fit, quod sine metallo sint *phaleræ*: sed rationem nullo autore adhuc didici. Telamones addi solent duo leones, vel ita ad verso situ *leopardos* dicere necesse fit.

Tituli. §. xiv. Respondet his insignibus titulus salemnis, qui ille est: Comes Palatinus Rhem (Pfalzgraf bey Rhein) S. Romani Imperii Elector & Archiduchatus, Dux Bavarie.

Secutum lineæ Simmerensis. §. xv. *Simmerensium* lineam proximam esse dixi Electorali, utpote ex Frederici V. fratre Ludovico Philippo ortam, nunc vero extinctam. Imo ipsa Electoralis moderna linea ea est, quæ *Simmerana* olim dicebatur. Hujus autor *Friedrichus* anno 1448. & 1455. quadripartito usus est scuto, ut primum & extremum quadrantem *leopardis* Palatinis, reliquos duos *rhombi Bavarici* implerent, toti nova impota partimula cum tessellis *Spanheimis*. Galeæ etiam imposuit leonem cum pavonis pennis inter duo cornua absque rhombis Bavaricis adversa fronte residentem; quæ ante vero pavoninæ pennæ, quæ ex Spanheimio apice ascendunt, omittuntur. Ex posteris Richardus iterum quadripartito usus est clypeo sed sine tessellis Spanheimi, qui etiam loco integri leonis capite tantum leonis sine corona pro apice usus est. Reliqui *Simmerenses* & nuper adhuc *Serenissimus Ludovicus Hærvicus* tria scuta ad modum Electoralis scuti colligata exhibuerunt. Quorum primum *Palatinum leonem*, alterum *Bavaricos rhombos*, tertium seu medium, ima tamen sede locatum, *tessellis* referebat, ex anno 1710. Symbolum hoc est *Spanheimi* comitatus, & quidem anterioris. Porro de Spanheimis Comitibus aliqua diximus L. 2. c. 4. in historia insignium Badensium.

Jus Palatinum in Comitatu Spanheimi. §. xvi. Quod jus Palatinum in Comitatu *Spanheimi* atinet, illud partim ex donatione est, partim ex hereditate. *Rupertus* Ruperti præjunioris postea Regis Romanorum filius anno 1392. in uxorem duxit *Simonis* & *Mariæ* Comitum *Spanheimii* & Viandæ unicam filiam *Elisabetham*, hac conditione, ut *Simone* & *Maria* parentibus defunctis, *Rupertus* cum conjuge in Comitatu *Spanheimi* & *Frandæ* eorumque appertinentias succederet. Sed cum hic *Rupertus* circa annum 1397. nulla tenore prole è vivis excessisset, res effectû caruit. Relicta vero vidua *Elisabetha*, consentiente patre *Simone*, propter favorem & officia ipsi à *Ruperto* Romanorum Rege præstita, quintam partem anterioris Comitatus *Spanheimi*, in qua *Cruzenacum* civitas sita, eidem anno 1435. donavit. Hanc donationem postea defuncto patre *Simone*, *Ludovico* prædicti *Ruperti* filio anno 1416. de novo confirmavit, eique possessionem hujus quintæ partis tradidit, atque hac ratione hæc quinta pars lineæ Electorali obvenit. Quamvis erga alibi proditum invenitur, quod *Elisabetha* *Palatina* *Simonis* junctis C. *Spanheimii*, qui 1414. decessit, vidua, quam maritus *fr. Joannes*, ab isto prius expulsus, omnino ditionibus eicere tentabat, *Ludovicum* Palatinum invocaverit tutorem, atque ei partem Comitatus *Spanheimi* deinceps condonaverit, hanc *Elisabetham* non fuisse viduam sed filiam *Simonis* Com. *Spanheimii*. Tum quintam hanc partem non legati, quod nonnulli produnt, sed *donationis* inter vivos titulo domui Electorali obtigisse. Erroneam etiam esse illorum opinionem, qui timore expulsionis hanc donationem factam asserunt, cum hæc ultimæ donationis clarè testentur, hanc donationem fuisse factam cum consensu & beneplacito *Comitis Johannis* tanquam proximi agnati, hæc donationis causa adjuncta, quo nimirum ipsa *Elisabetha* & dictus *Comes Johannes* reliquis suis ditibus, sub tutela & præsidio Palatinorum, eo securus gaudere possent. Quod veto atinet reliquas duas quintas Comitatus, dicta *Elisabetha* anno 1416. defuncta, sæpeditus *Comes Johannes* totum Comitatum *Spanheimii*, excepta quinta Electorali parte, solus possedit. Hæc anno 1415. condito testamento *Bernhardum Marchionem Eadensem* & *Friedricum Comitem Veldentis* tanquam proximosecognatos, nam amita eius *Mechtilidis* *Rudolpho* *Marchioni*, *Loretta* *Henrico* *C. Veldentis* nuptæ fuerat, heredes dicti Comitatus pro equalibus partibus instituit, qui etiam *Johanne* anno 1437. defuncto, dictum Comitatum occuparunt. Hujus *Friedrici* ultimi *Veldenti* *Comites* unicam filiam *Annam* cum *Stephano* *Comite Palat. Rhem*, *Ruperti* Rom. Regis filius secundo genitus in matrimonio haberet, defuncto dicto *Fredrico*, tum Comitatus *Veldentis* tum etiam quicquid *Fredricus* in Comitatu *Spanheimi* possederat, ad ipsam

Ex hereditate Veldentia.

Ex hereditate Veldentia.

Stephanum

Stephanum uxorio jure devoluta sunt, qui anno 1444. condito testamento *Fridericum* filium primogenitum heredem in partibus *Comitatus Spanheimii* & terris *Simmerensibus* scripsit, iussitque ut ipse & heredes gauderent titulo & insignibus *Comitatus Spanheimii*, *Ludovicus* vero secundogenitus *Comitatus Veldentini* cum terris *Bipontinis* possideret, & ea insignia atque titulum possideret. Ex quo tempore linea *Simmerensis*, cujus hic *Fridericus* auctor fuit, his terris cum *Baldensibus* pari jure gaudia est. Donec superiori seculo Electoratu ad hanc lineam devoluto vigore pactorum 1560. *alterior Comitatus Spanheimii* pars Duci *Volfango* ex linea *Bipontina* obvenit. Cujus posteris *Spanheimii* & *Veldentii* titulus conjunctim usi sunt.

§. xvii. Insignibus imponitur galea, leonem *Palatinum* inter duo cornua rhombis *Bavaricis* picta adversa fronte confidentem tuitiens. Obiectavi superiori seculo alterum conuuum thombis *Spanheimii* aureis atque caruleis pictum, coronæ vero leonis pavoninas pennas, quod supra etiam a *Frideric*o tactum vidimus, ex *Spanheimio* apice impositas fuisse. Titulus est: *Comes Palatinus, Dux Bavarie & Com. Spanheimii*, &c. Titulor.

§. xviii. *Neoburgica* linea succeditur secutum, quod *Sulzbacensibus* commune esse jam monui. Idhodie (nam *Volfangus*, cum liberalitate *Ottonis* *Henrici* *Electoris Ducatus Neoburgici* obigit, quadripertito usus est scuto ex symbolis *Palatinis* & *Bavaricis*, media parmula imposita *Veldentiana*: quod imitatus est filius *Philippus Ludovicus*: sed & olim *Philippus* & *Otto Henricus* nondum Elector hac *divisio* usi erant, excepta parmula *Veldentina* qua non utebantur,) ter ad perpendicularum, transversim vero semel secatur. (coupé d'un party de trois) Imposita toti parmula media singulari. Area prima *Bavaricum* symbolum exhibet, & quidem ex *Palatinis* lineis omnibus non nisi hæc aliquid possidet, quod *Bar. area* est. Ita vero *Neoburgica* ditio ex *Bavatica* hereditate ita accessit: Cum *Georgius* dives ex *Landshutana* linea *Dux Bavarie*, generum ex unica filia *Elisabetha* *Rupertum* *Philippi* *Electoris Palatini* filium, omnium ditionum heredem testamento scripsisset, nec agnati ex *Monachensi* linea se excludi patenterent, bellum ortum erat gravissimum, & *Palatina* domui satis damnosum. Demum res composita, Imperator, à quo *Palatini* hac ex causa proscripti, reconciliatus, *Rupertum* autem liberis aliqua avite hereditatis nomine assignata, quæ in *Neoburgica* hujus rami potestate sunt. Ea dein *Otto Henricus*, *Rupertum* filius *Elector* testamento ad *Volfangum* agnatum transtulit, cujus filius *Philippus Ludovicus* in eadem successit. Principatus Neoburgicus.

§. xix. Altera area aurea leonem nigrum teicti, lingua rubra, dentibus & falculis argenteis. Hæc *Sulzbacensem* Ducatum inter *Leodienses*, *Limburgios*, *Treventes*, *Juliaca* *Colonienses* & *Clivios* medium denotat. Qua ratione cum *Bergerum* *Principatu* demum & *Chveni* junctus sit, in *Brandeb.* & *Juliacens.* insign. diximus, L. 1. c. 13. & L. 2. c. 46. neque hic repetere integrum est. Proxima ecclesia titulo argenteo in corde impressa carbunculo radiato aureo, nodato, liliato & smaragdo in medio inscripto in totam aream protenso, ut *Chiffletus* insign. E. A. V. num. 41. verbis loquar, tulget. Nicht lilien ståbe. Ista designatur *Clivia*, *Geldria*, *Juliacentibus*, *Montanis*, *Coloniensibus* & *Westphalia* cincta. Sed de hac etiam, quod iatis esse visum, locis citatis dictum est. Sequitur pro Ducatu *Bergeri* seu *Montano*, *Clivus* atque *Colomenti* & *Monasteriensi* direcessibus circumdato, laterculus quartus argenteus exornatus leone rubro, cujus corona & falcula auro tinguntur, lingua carulea protenditur, cauda autem bifida in decussim transeunt. Sed de *Bergeri* historia non minus allegatis capitibus legere est, quæ huc alias spectarent. Clivia, Montium.

§. xx. Tres istos laterculos, quo jure in sua transtulerint insignia *Palatini*, imprimis veto qui *Neoburgica* domus tuii sint, nunc dupliciendum. Ante omnia ergo sciendum est, *Vilhelmo* Ducatum *Juliaci*, *Clivie* atque *Montium* (quorum huc illeque à matre, iste paternæ successions erat) domino & *Maria* *Austriaca* natos esse, *Carolum* *Fridericum*, *Johannem* *Vilhelmum*, *Mariam* *Eleonoram*, *Annam*, *Margaletham* & *Sibylam*. Primus vivo adhuc patre morte sua spem suorum destituit; alter in fata concessit 1609. masculorum gentis ultimus. Ex tribus primogenita *Adolfo* *Frideric*o *Marchioni* *Brandenburgico* Duci *Borussia* nupit, *Anne* mater, à qua *Serenissima* domus *Brandenburgica* jus suum arcessit. Tertia *Johanni* *Comiti* *Palatino* elocata est, & *Bipontina* familia prætensionem attulit. Quarta ex *Carolo* *St. Burgo* non habuit

Quamvis de antiquissima inter Austrios & Styrios proceres gentis Polheimie origine nihil certi dici possit, eius tamen deductio ultra 600. annos indubia fide demonstrari potest, ab aliquo *Pilgrimo*, cujus nomen 1273. multis alius illustribus prapronitur. *P. Fürst. in Chron. Ungar.* vetustiore aliquem *Ioannem Polheimium* allegat, qui uxorem duxerit *Aleani Godofredi D. Britannie* filiam. *Pilgrini* illius filius *Theodoricus* inter *Ottocari M. Styriae* ministros legitur 1158. *Henrico*, qui eius fratre *Vicario* natus est, 1126. *Ottocarus* Marchio teuam contulit. *Theodoricus III.* interfuit expeditioni *Andree R. Ungariae* & *Leopoldi D. Austriae* in *Palestinam* & *Aegyptum*, nec rediit. *Leopoldus* autem ludis *Equitibus Hieropolitans* 1233. interfuit. Ut jam alios praeteream.

§. II. *Baronum* titulus familiae antiquus, sed dein intermissus, & ob merita *Wolfgangi* renovatus est. Juvat a terribere verba *Maximilian Imp.* ex diplomate dato *Lintii* 22. Febr. 1507. Die Herren von Polheim sind vor diesem schon zu Freyherrn erhebt / gewürdiget / geadelt / gemacht / und in die gemeinshaft der Freyherrn genommen und gesezet worden / und aber durch lauge der jahre oder verkehrung der brieff deshalb anfangen, solcher titul in abuechmen kommen / und sich die bemelde von Polheim nicht gebraucht / haben wir demnach an gesehen / solches obbemeldten *Wolfgangen* ---- und seiner vorältern alt / erbar / adelich herkommen / und ihr annehmung / getreue / vlechtig / willig / täglich und nünliche dienste / seer dem *h. Reich* / und sündelich unseren häusern *Österreich* und *Burgund* mit gute zethere mit darurctung seines leibes / haab und güter ---- gethan hat / und täglich thut und thun mag / ---- und daher ihm und seinen erben obangesezten Frey herlichen titul quädiglich wiedermit verneuert / und von sündern quaden demselben auch auf die häuser *Wartenburg* genannt / ---- desselben ehelichen leibes erben für und für in ewigkeit unsers und des *h. Reichs* Freyherrn und freyen Fränken zu *Polheim* und *Wartenburg* &c.

§. III. Vidi etiam in domesticis monumentis designationem arcium & Dominiorum, quae in potestate *Polheimorum* fuisse & sunt. ex qua de amplitudine eius potestatis judicare liceat. Ita vero enumerantur: *Wartenburg, Scherensein, Serfenburg, Rechberg, Tozenbach, Stenhaus, Rohr, Polheim zu Wels, Polheim zu Leibniz, Puchheim, Laxendorf, Penz, Waldenfels, zum Thurn, Wolfseeck, Luzelbar, Iernharting, Ostenschlag, Aggstein, Wurzen, Koblparz, Hohenberg, Raipach, Felanahl, Stufelbach, Wmdern, Ort zu Traunsee, Tegenbach, Trossenbach, Lichteneck, Pockluff, Teusch-A tenburg, Schfirneck, Manneisforf, Pinnigen.* Quibus accedunt opida & vici toti jus habentes, *Grieskirchez, Schwarzans, Tommelshin, Kennaten.*

§. IV. In varias lineas gens distincta est: omnium pater fuit *Albero III.* Capitaneus Austriae superioris, & *Friderici* Austriae adventus *Belam R. Ungariae* 1236. dux bellieus. Eo nati inter alios *Albero IV., Henricus, Ortholphus, Philippus, Vicarius.*

Primus linea demum in alias filia est *Wartenburgium, Laxendorfiam, Stenhusiam,*

sed terminata 1391. morte *Martini*, qui Abbas fuit in Cremsmünster. Tertio nepotes lineam claufere. *Plum* posteritas in filius terminata est, in quibus *Weicardus* inter Salisburgenfes Epifcopos celebre nomen habuit. *Henricus Rechbergu* tanatatus fuit, in quibus *Weicardus* Epifcopus fuit Pallaviensis, qui Chronicon fuorum tempore scripsit, quod in Bibliotheca Augufta fervatur Viennæ: Eum terminavit 1171. in 1454. A solo *Philippo* (quem alii *Alberonus III.* ex fratre *Henrico* & *Jutha* *Wartenburgia* nepotem confituitur, *Rudolphus I.* autem Confularium & adverfus *Ottocarium* R. Bohemiam ducem bellicum habuit,) progenies durabilis fuit. Eo enim nati *Goatridus* & *Wernerus*, hoc autem *Weicardus* & *Pilgrinus*: inde totidem lineæ à *Goatrido* & *Werneris* feu *Welfenfis* (in *Wels* & in *Pariz*) provinciæ fupra Anatum, à *Weicardo* *Leibnicensis* in *Styria*, à *Pilgrino* *Wartenburgica* in provincia fupra Anafium: quarum inx insignia confiderabimus.

Parzenfis.
Leibniz
Wartenburgia
Lineæ Leibniz.

§. v. Quod attinet lineam *Leibniziam*, quæ iterum defecit, orta ea est, quæ dixi, à *Wecardo*, qui *Catharina* filia *Friderici a Leibniz* ducta atem *Leibniziam* in *Styria* affecutus est, & ad posteros tranfmifit. Hanc inprimis ornavit virtus *Erhardi* qui Imperialis Confiliarius, Camerarius, interioris *Aultrix* regens & *Ferdinandus* 1527. locumtenens, nec non 1530. *Styrix* ad Comitum *Auguftina* legatus fuit, & ex *Catharina* filia *Gaudenti C. a Metfeh* liberos genuit, ac ex illis nepotes, sed in his & nominatim *Gaudenti* lineæ extincta est, herede *Ladislao à Kurring*, qui forte ipfius natus erat, atque *Reinperio* à *Gleuz*.

Scutum.
Polheimia
teffera.

§. vi. Hæc, ut & reliquæ lineæ, initio ufâ est solo *Polheimio* avito fymbolo, quod est palma *ochrotantis rubris* & *argenteis* dexterioris oblique exarata, (cotice. vier rethe und vier weiffe striche oder balcken nach der schrems auff einander.) *Alucubi finiftras* illas tenias vidi pingi, uti alibi notatum est, Germanis antiquis non plurimum illius ficuti difcrimen obfervatum.

Metfehianæ.

§. vii. Inde concessum est ab Imp. *Maximiliano* præfate *Erhardo*, ut cum 1497. mense *Julio* focer ejus mortuus eſſet, ipſe & poſteri bona & titulos ac insignia *Metfehianæ* inſurparent, quæ ſunt tres *alæ caruleæ* in alveolo *argenteo*. conf. *Wapenb. P. 2. pag. 13.* Libeti tamen, ignotum qua caufa, hoc beneficio non ſunt utique bona *Metfehianæ* in ſicem relata. Cæterum illa familia Comitum à *Metfeh* feu *Metſch* feu *Amaffia* vetus fuit, & 1171. aliquis *Laurentius Dominus Amatie* claruit. Inter poſter. modo nomen *Advocati* de *Metfeh*, modo *Dominus*, demum *Comitis* ubi patum. Gentem vero quod dixi clauſit *Gaudentius*. Eadem autem *Metfehianæ* insignia 1613. Imperator *Matthias* *Gundaccaro* ex *Parzenſibus* conceſſit.

Wartenburgia lineæ
Wolfgangus.

§. viii. *Wartenburgia* lineæ à *Pilgrino* deducta, in primis ornata est virtute & meritis *Wolfgangi*, qui Caſarum *Friderici III.* & *Maximiliani* Confiliarius, aule *Mareſcallus* & ſupremus *Capitaneus* inferioris *Aultrix*, *Styrix*, *Carinthiæ* & *Carniole* fuit: inde primus *cubicularius* *Philippi R.* *Hiſpaniæ*. Ejuſdem miniſterio *Annam* *Battannicam* *Maximilianus* ſibi deſpondit, quam poſtea *Carolus VIII.* *Franciæ* Rex ſibi rapuit. Inter *Eq. aurei velleris* etiam lectus est, vid. *Chriſt. inf. Eq. Eq. A. vell. n. 108.* & *Ioſuam f. Wolfardi Baronis Boſſelii* atque *Caroli* *Borboniæ* uxorem meruit, & quod caput est, *Baronum* nomen in gente renovari ab Imperatore impetavit. Filius *Cyriacus* item Imperialis Confiliarius, aule *Magiſter*, *Capitaneus* provinciæ *Aultrix* fupra *Anafum* & locumtenens *Aultrix* fuit, & ex filis *Wecardo*, *Maximiliano*, *Cafimiro* lineas proſeſvit *Wartenburgiam*, *Schoffenſtemiam*, quæ in prima generatione defecit, & *Puehennam*.

Subſtitutiones.

Scutum.

§. ix. Huius lineæ ſcutum repræſentatur *Wap. P. 1. pag. 21.* quadrifidum prima & quarta quadra *Polheimia* tenias deferente, ſecunda & tertia *rubra*, *aquilam coronatam* & ad perpendicularium *auro* & *cyano* diverſim repræſentante. Hanc teſtera *Chifflet*. geii putat pro *Dominio Parz.* quo & *Stomacherus* inclinat: ſed domesticæ gentis documenta, gratia *Perilluſtris Wolfgangi Caroli Polheimii* mihi communicata docuere, aquilam hanc designare *Tozenbach* ſeu *T. zenbach*. Quod ornamentum marito *Wecardo Polheimio Alberti Aultriaci* Confiliario circa 1394. & eundem conceſſione *Alberti* attulit uxor *Dorothea à Tozenbach*. Ab hoc vero *Wecardo* non *Parzianæ* *Wartenburgiæ* domus deſcendit. Verum illi etiam lineæ 1613. Imperator ſus huius teſtera largitus est.

An Parz?
Tozenbach.

§. x. Huic scuto imponuntur duæ galeæ coronatæ, quarum prior jugum alarum ^{Galeæ.} sustinet, iisdem tamen obliquis exaratum, quæ laterculum Polheimium distinxere. Alteri aquila Tozenbachia insitit. Lacinae circumvolant, hanc argenteæ & coccineæ, istam aureæ & cyanæ.

§. xi. A Godfrido linea *Parzensis* sita, ^{Linea Par-} zum *Stemhanis/Parz und Vüsel- burg. In ea in primis claudit *Martinus*, Imperatoris *Contharius* & inter *equites aurei velleris* lectus, de Maximiliano autem in bello Gallie & motibus Belgicis optime meritis. Filius ejus *Sigismundus Ludovicus*, e totidem filius *Andreas, Ludovicus* & *Sigismundo* tres lineas iterum dedit, in *Ottenschlag, Lechteneck*, & *Parz ac Stemhaufs*, quarum hanc tamen *Sigismundi* filius *Georgius Kubertus* 1608. terminavit; primam autem *Andreas* nepos *Civulus* 1626. media vero adhuc superest.*

§. xii. Hæc linea etiam *Polheimis* solum tamen gessit, ^{Scutum} *Chiffletio* teste, cum n. 92. inter *Eq. A.P. Martini* insignia recensuit. Dem ut videre est in *Wapenb. P. 1. p. 21.* palma quadripartitiim divisit uti sunt, ut prima & quarta quadra *Polheimis* contineret tæniolas, secunda & tertia *nigra leonem* contineret *argenteum, rubeam linguam exferentem, auro coronatum aurca catena cello interta* Quod huius significationem attingit, in *Polheimis* documentis memoratur, *Maximilianum II. Imperatorem Paulo Martino Polheimio* *Sigismundi Ludovici* filio & *iratrius* diplomate 15. Dec. 1573. ^{Eckardsau} scripto concessisse insignia *Eckardsavia*, ob matrem *Annam* filiam *Wilhelmi* ultimi *Domini de Eckardsau*, quæ ipsa leone hoc exprimitur. *Gibr. Bucelin. Germ. P. 3. p. 29.* ubi *Eckardsavia* familiam ab *Ottone*, qui *supremus & hereditarius Austriae Camerarius* 1255. claustrit, dedit, scutum gentile adiecit leone coronato insignitum. Sed nullum adest catenæ vestigium. Verum cum non raro illius sculptor aberraverit, in hoc etiam vix adeo certa illi fides fuerit.

§. xiii. *Parmæ* dux insitunt galeæ coronatæ, altera *Polheimia*, altera nisi fallor ^{Galeæ} *Eckardsavia*, sustinens emergentem leonem catenatum. Lacinae dependentes utrinque argenteo pinguntur, addito coloribus hinc rubeo, hinc nigro.

§. xiv. Aucta sunt insignia ex eo tempore, cum *Gua. Accaro Polheimio*, qui ^{Scutum} *Rudolfi II. Matthiæ & Ferdinandi II. Confiliarius, cubicularius, Consili aulici Aulicor, & Cameræ Præfex* fuit, atque *Matthiæ* nomine 37. legationes obivit, *Imperator* 1613. concederet, ut *Tozenbachia* & *Metschna* symbola, ex duabus lineis *Wartenburgica* & *Leibnicia*, suæ etiam *parmæ* intereret. ^{Aliud.}

§. xv. Huc refero insignia *Polheimia* ex *Furft. Wapenb. P. V. pag. 6.* quæ bipertita sunt. Dextra pars iterum quadripartita *Polheimis* tænis & leonem *Eckardsavium* (catenæ vero nullum apparet indicium, quod incutæ sculptoris tribuo) componit. Posterior scuti pars non minus in quatuor laterculos dispescit, quorum primus & quartus aquilam *Tozenbachiam* continet, verum iterum sculptoris vitio omiffa corona.) Secundus *argenteus tria capita* necio quorum animalium *cærulea* defert. Ego vero vix dubito, illa capita in *alio* commutanda esse, & qui in reliquis, ut vidimus, laterculis offeravit, sculptorem non diligentius alas illas inspexisse. Ita fuerint *Metschna* insignia. Tertius laterculus plus habet difficultatis, nam in eo rubeo conspicitur columna coronata argentea, & subter eam figura, quam vix exprellero, nisi quod rhombo perforato similis est. Cujus aræ significationem neutiquam capio. Nisi dixeris illam etiam columnam ad *Metschna* spectare: vidi enim alicubi *Metschnum* scutum, hinc alas, ex dextra autem parte columna illa insigne.

§. xvi. Scuto isti imponuntur quatuor galeæ coronatæ: *Prima* sustinet alam ^{Galeæ} *Polheimis* diagonalibus tænis exaratum: *secunda* *leoni* argentei coronati, & collum millo revincti, qui scipionem vel trabem numeris gestans representatur: *Tertia* insitit aquila *Tozenbachia*: *Quarta* innuitur coronata argentea columna.

CAPUT XXX.

Rex Poloniae & Duces Silesiae.

ARGUMENTUM.

1. Regni origo Primi Principes.
2. Piastæ, Reges, Principes, Iterum reges, Jagello & posteri. Reges deinceps lecti, Moldermus Rex Joannes III.
3. Scutum Sigismundi III.
4. Aquila Polonorum insigne.
5. Ignorantia colorum in Gallia.
6. Lithuana tessera.
7. Lithuanae Principes, Uno cum Polonia.
8. Wasarum scutulum.
9. Suecica insignia conjuncta.
10. Controversia ob Sueciam & bella.
11. Præsentio Polonorum in Sueciam, cum Suecorum responsis. Fundamenta Suecorum adversus Polonos, cum horum responsis.
12. Historia, Bella, Indicia, Pax.
13. Hodiernum scutum ignotum.
14. Corona, Galea, Apex, Telamones.
15. Titulus Joannis Casimiri.
16. M. Ducatus Lithuanae, Russia, Borussia.
17. Mazovia.
18. Samogitia, Kiovia, Polbina, Podolia, Podlachia, Polotia, Estepia.

19. Pomerania.
20. Valachia.
21. Smolensium, Seretia, Cernichoria, Mitha, livia.
22. Livonia, Præsentio Polonorum in Estonia & Livoniam. Responsiones Svecorum.
23. Scutula provinciarum regio elyæ circumdca.
24. Provinciarum, Ducatus & Palatinatum ressera.
25. Silesiarum aquila.
26. Silesia provinciarum tessera.
27. An olim alia tinctura aquila?
28. Scutum Lignicam.
29. Galea.
30. Tituli.
31. Scutum Monstherbergium.
32. Silesia, Lignicia.
33. Glazius Comit.
34. Cursatæ Familia.
35. Monstherberga fuit.
36. Sternberg.
37. Galea.
38. Tituli.

§. I.

Regni ori-
go.

Amplissimas *Sarmatiae* provincias Germania, Livonia, Russia, Tartaria, Moldavia, Valachia, Transsylvania & Hungaria inclusas Polonorum regnum comprehenditur. Originem illud suum ad *Lechum* refert, qui ex *Illyneo* cum *Czechis* *Eoromanorum* autore, circa 550. novam sedem quaesiverit, & in Polonia reperit. Tum ex opere duodecim *Palatinis* seu *Vivivode*, qui uti fere numero ita factis & incedentibus non absumis vetustis Romanorum fuisse decemviris. Inde lectus venit Princeps *Cracus*, tum hujus filii *Cracus*, *Lechus* & eorum soror *Veneta*. Post hanc ad *Polonos* seditum. Inde lectus Princeps *Premislaus* seu *Lesius I.* post hunc *Lesius II.* cuius progenies defecit in *Poprelo* juniore, qui ob patrum necem à mutibus comitibus dicitur. Tum *Piastus* electus est, cujus stirps nuper demum detecit.

Piastæ
Reges.

§. II. Piasti abnepos *Mitisco* seu *Mitiscus* 965. religionem *Christianam* introduxit: ejusque filius *Boleslaus* cognomento *Chrobri* seu acer regum titulum. Quo jure vel cujus beneficio factum illud sit, Poloni & Germani scriptores non idem perhibent: quam litem meam non facio. Cont. Celeb. *Herm. Couring. de finib. Imp. Germ. c. 18.* Ei vero successere filius, nepos, pronepos, *Mitiscus*, *Casimirus*, *Boleslaus* *III.*, qui variis patris flagitiis, & *Stanislao* *Cracovio* Episcopo cæto, à Pontifice dicitur devotus, exul in Hungaria 1081. seu 1082. interit. Ei successit frater *Vladislaus* *Sarmannus*, sed ut regio nomine abstineret, Impetii potius reverentia quam Potestate interdicto. Unde posteri etiam Principes dici maluerunt. *Vladislaus* filius *Boleslaus* *III.* *Novus* seu distortus, cum quinque habuisset filios, provinciam divisit, & plures esse ex opere Principes, ut tamen subinde unus autoritate vel potestate emmeret *Elislaus*. Demum 1295. *Premislaus* regium nomen à duobus seculis intermissum recepit. Quoniam Poloniarum Rex imperavit ex Piastis *Casimirus* cognomento *Magnus*, & 1295. *Lithuanus* successorem habuit sorore sua natum *Ludovicum* ex *Andræ* regem *Poloniarum*. Post hunc regnum delatum est *Hedvigi* ejus filie, datusque maritus *Lesius* *III.* Princeps, qui in baptismo *Vladislaus* nomen sumit. In ejus posteris duo seculi mansit ad *Sigismundum Augustum*, qui 1572. finem vivendæ dicit. Post eum lectus

Principes.

Iterum te-
ges.Jagello &
posteri.

Henr. VI

Henricus Valesius Gallia regis frater, qui tamen illo mortuo, ne fratrum amitteret, acquisitum regnum amittendum maluit. Cum abacatus esset, electus est *Stephanus Bartholæus Transilvaniæ princeps*: & post hunc *Sigismundus Svecus*, post quem filii regnarunt *Flaslaus & Joannes Casimirus*: quorum uterque sine sobole, ille deceffit, hic regno se abdicavit: Unde 1669. lectus est Rex *Michael Thomas Korybut Wisniovicz*, & *Ducibus Wilno wiczis*, qui ex familia Lithvaniæ magnorum Ducum & Jagellonicis pariter descendierunt. Hoc sine liberis extincto, successit est *Iustianus*, qui nunc gloriose regnat, *Sarconsinus Joannes Sobiesky*, pridem regni Marecallus & exercituum Imperator.

Reges
den. ep.
lecti.

Modernus
Rex Jean-
nes III.

§. III. Scutum regis Poloniæ, qui tum *Sigismundus III.* fuit, *Sibmacher*. Ita ex *liber Wapenb.* P. 1. pag. 2. ut *Polonicum* dicitur primam & quartam, reliquas duas *Lithvanicum* occupet: Gentilis tellera constituitur parmulam mediam. Eadem dicitur *Svecus* duorum filiorum fuit, nisi quod æque ac patet nonnunquam *Svecica* symbola suis adjecte.

Scutum Si-
gism. III.

§. IV. *Polonicum* proprium symbolum est in area *rubea aquila argentea, coronata, rostro & cruribus aureis*, alis item ad pectus aureo vinculo colligatis. Ita *Chifflet. Inf. Eq. A. V.* n. 161. Unde errorem esse credo in *Sibmacher*, qui loco illius vinculi literam *S* auream innecit aquilæ. Nisi dixeris, quod haudopinor, *Sigismundam* nominis initiale aquilæ addidisse. Hujus aquilæ rationem ex eo repetunt communiter, quod circa 550. Lechus, cum extrueret *Gnesnam*, quondam Principis, nunc primi antistitis regiam, aquilarum candidarum nidum reperiret, nascentis imperii augurium. *Ab hoc uero ajunt accepisse civitatem nomen, & adjutum regni hoc insigne.* Ita *Thuan. L.* 56. p. 125. *Unde principibus Polonis ab aquila expansis alis insigne etiam hodie manet.*

Aquil. Po-
lonorum
insigne.

§. V. Observat *Cl. Fauchet de l'orig. de Cheval. c. 3. p. 26.* cum in Gallia mandatorum regis Caroli IX. ignes artificiales parentur, la tunc tantandæ gratia ob electionem *Henrici Regis*, arma Polonica *argentea & nigra* colore picta, quod colores regni seuti nescerentur: id vero aliquibus mali prælagi rem esse vitam; patuisse vero fecialium Gallorum ejus temporis impertiam.

Ignorantia
colorum
in Gallia.

§. VI. Area secunda & tertia *Lithvaniam* notat: cujus dicitur est *in initio citaphraçtius eques argenteus strictum ensim dextra tenens, sinistro caruleo Hungarica cruce aurea impressa & cervicibus pendulo: insidens eno item argenteo, caruleis phaleris auro clavatis instructo.* Verba iterum sunt *Chifflet. Inf. E. I. V.* n. 294.

Lithvaniæ
tellera.

§. VII. *Lithvanorum* principes à quodam Italo *Polemone* seu *Polemone* deducere amant: ex cujus posteris *Stendocus* 1232. baptismo suscepto a Pontifice regnum nomen obtinuit, sed postea ad gentilitium relapsus est. Stupet hæc extrinsecta, *Stenes M. Dux Lithvaniæ & Smogitæ* designatus est: quem circa 1332. *Le Lonsus* Itabuli præfectus obruncavit, ejusque viduam duxit, atque principatum suscepit. Hæ septem filios reliquit singulis præfectos provincis. Ex his tertius *Ogrodus* pater *Iug. Montis* fuit, quem solo Polonico impositum §. 2. diximus. Porro inter regni & nuptiarum regiarum condiciones illa fuit, ut *Lithvania* cum annexis circumobis Poloniæ jungeretur, unumque cum ea corpus fieret. Quæ uno etiam cum *Jageilonidum* stirps deficeret, permanit, & nunc quoque durat, ex æqua utraque gente.

Lithvaniæ
principes

Unio cum
Polonia.

§. VIII. Hæc quadris, quæ regibus communes, media parmula imponitur, *Sigismundo* propria: quæ hinc duabus in balthei modum obliq. ductis secatur in tres partes *scaruleam, argenteam, & coccinam*, inscripta *nerotte aurea usrim, coccu ligata.* Quæ tellera gentilitia *Polonorum* est in *Svecia* ex qua familia reges *Sveciæ* & ex his *Sigismundus* ortum traxere. De hoc symbolo a. tum est *L. 2. c. 95.*

Walarum
scutulum.

§. IX. Porro cum *Sigismundus* hic Rex *Sveciæ*, sed et ab Ordinibus renunciatum, ejusque pater *Carolus* in solium evectus fuerit, *Sveciæ* & *Poloniæ* ille & nunc misceere: non uno modo, aliquando etiam *Svevicum* scutum ex *Sveciæ* coronis & *Gothicis* tiaribus, atque leone, media parmula *Walseni*, toti imponere solebant: aliquando ita miscebant, ut prima quadra *Poloniam*, secunda *Sveciam*, tertia *Lithvaniam*, quarta *Gothiam*, media *Walarum* gentem notaret.

Sveciæ
insignia
conjuncta.

§. X. Cum vero *Sigismundo*, qui patri *Joanni* 1502. in regno *Sveciæ* successerat, pridem *Poloniæ* Rex, ob varias causas 1559. *Comitus Stockolmenses* imperium

Contra-
ventia ob
Sveciam
& bella.

abrogatum, & quia frater Joannes subterfugiebat, in *Carolus* patrum translatione fuerit, à quo ad *Gustavum Adolphum* filium, & ab hoc ad *Christianam* filiam, devolutum est, postquam amiratus *Carolus Gustavus Palatinus* successit, moderni proinde in hoc bella inter utramque gentem, Svecis regem suum & libertatem, Polonis tamen propugnantibus. Unde etiam Sveci, ut Poloni regni sui insignia tenerent, & ut ferebant: hi vero cum jure illud etiam juris documentum dimittere volebant.

§. x. l. Locus hic invitat, ut more solito *Polonorum* illorum *Regnum* utaq; præteritio Sveciam prætendebant. & *Sveccorum* vicissim fundamenta, quæ illis opponenda enarrem. Cæterum historiam præcipuam, ex qua ista petenda, legere licet in *Thuan. L. 115. 119. 121. & 131.* Edidit etiam peculiarem relationem *Jac. T. potius* in *Thuan. L. 115. p. 288.* helm. à S. Clemente. Fuere autem istæ rationes *Polonorum*, quibus immutatum Sigismundum, adeoque præteritionis suæ iustitiam probare nitentur.

I. *Desita electione* delitit etiam statuum consuetudo & necessitas regum præteritatem, quod electis fieri consueverit, legibus circumscriptibendi. Unde *Carolus*, *Erico* & *Joanni* nullæ præscriptæ. Ac ita præteritione prior sublata consuetudo.

Respondebant Sveci. 1. Successio nec per se mutat nec mutavit in Svecia regandi conditiones, sed ad hoc opus esse expressio aut tacito consensu populi. *cont. Thuan. L. 115. p. 288.*

2. Lex ea vetus diserte in *hereditaria unione* adhuc vivo *Joanne* 1590. repetita est.

3. Adversus laudabile regnum *Gustavi* & *Ioannis* opus non fuit multis præsidis, quæ arripere forent, si quod illi iecus egissent: *Erici* hoc docet exemplum.

II. Inique adactus *Sigismundus*, quem pridem Sveci *Catholicum* noverant, à *Carolo* & *Ordinibus* ad *leges libertatis successione* suæ *hereditariae contrarias*, & nulli prius regum præscriptas inendas, de nullo præjudicio *Augustanæ* *Constitutioni* tacendo, & diversæ religionis hominibus non adhibendis ad munia.

Resp. Svec. 1. Hoc ipso testamento *Gustavi* *M.* & *hereditaria unione* sancitum fuerat.

2. *Sigismundus* religionem *Pontificiam* professus vi testamenti incapax regnerat: cum vero benigna voluntate Statuum nihilominus admittus sit, hi sibi æque iuxta religionis libertatem servare potuerunt.

3. Jam olim *Ordines*, si quid in rege novo suspectum erat, novis conditionibus præscriptis mature sibi cavere soliti sunt. Quod hic quam maxime locum habet. Nec eadem prius necessitas, cum reges eandem profiterentur fidem.

III. *Ordines in regis jura involarunt*, comitia indicendo, leges conlendo, jurisdictionem sublata ad regem provocatione exercendo. In hoc instituto iniquè habitis interditi perseverarunt, multos regios deecerunt, regique consilis, dictis, tactis, armis oblitere, violatæ fidei rei. *Thuan. L. 115. p. 286.*

Resp. Svec. 1. Rex nulla idonea regni administrandi ordinatione relicta discessit (quam dein è portu misit formulam, multis modis imperfecta, inutilis, vitiosa tui) nullum *Gubernatorem* moribus regni necessarium instituens, *Carolo* *Senatores* æquali potestate adjungens, & *Statibus* adimens jura, quæ semper illis competuerant. *Althob. 5. p. 55. 56.*

2. Itaque necessitate coacti *Ordines* de regis reditu sibi nihil certi promittere potes, *Sudercopiam* indictis comitiis rempublicam ordinarunt, fide regi integra *Carolum* autem pro rege præditem regni esse voluerunt. Hæc *Arbezogovius* comitiis repetita. *Alth. 5. p. 57. Cont. Thuan. L. 115. p. 286. 287. L. 119. p. 469.*

3. *Ordinibus* semper conveniendi libertas integra fuit, nec regis jura imminuit. Exempla etiam in *Germania* & *Polonia* habet.

4. *Novæ* constitutiones à *Carolo* non factæ, sed veteres revocatz in usum.

5. In Svecia præsentè etiam rege illa est *Comitiorum* autoritas, ut decreta eorum non regis nisi tacita sed *Ordinum* autoritate expediantur & promulgentur.

6. Inhibita non relatio sed appellatio ad regem, quoad ille nullo Svecicis consilio instructus in *Polonia* abesset, ne causæ ad peregrinum forum traherentur.

7. Regiis mandatis parendum non fuit, cum in iura non sua involavit, & eatenus nullum habuit imperium. *cont. Grov. I. B. & P. 1, 4, 13.*

IV. *Carolus cum. f. ad Lubinam gessit*, in regni administrationem involavit, exclusis Senatoribus in se solum auctoritatem transferre conatus est, a rege populi animo abalienavit, adhibito imaginario consensu Ordinum, qui non interfuerunt, vel metus aut fraude in partes pertracti. *Thuan. L. 115. pag. 286. L. 119. pag. 468. L. 121. pag. 564.*

Resp. Svec. 1. Calumniose hæc Carolo obijciuntur, non minus ac alia quorum non convictus est. *cont. Thuan. L. 121. p. 565.*

2. Ipse Joannes Rex Carolum per huius absentiam protegem esse testamentum iussit. *Sundercopensia* comita idem ei munus detulere, & ut depositum reciperet 1597. *Arbogensia* impuleret.

3. Si regnandi avidus fuisset, prius delatum sceptrum acceptare poterat, vide *Typot.* apud *Thuan. L. 131. p. 983.*

4. Carolus non prius suscepit regnum, quam Joannes Sigismundi frater, in quem illud transferre ipse studebat, onus à se deprecaretur, & solemnem formulam cederet. *Thuan. L. 131. p. 986.*

V. Rex ubi in Sveciam satellitio è subditis collecto, tum honoris causa, tum ne Caroli injuriis obnoxius esset, munitus venit, tanquam *hegus Calmaris* portu portaque clausis habitus est: & post *Lincopiense* prælium, regis per induciatum specieem repentina irruptione oppressis, infelix ad conditiones iniquas vi coactus, quibus obligari non debuit; Unde Stockholmiam cum iturus esset, tempestate Calmariam reiectus, & alioqui in comitis ludibrio, utpote sine potestate, futurus, non tamen animo regni defendendi, in Poloniam rediit. *Cont. Thuan. L. 121. p. 566, 567.*

Respons. Svec. 1. Satellitio plura peregrinorum militum millia necessaria non fuere.

2. Non negatus regi, si à vi abstineret, suus honor & obedientia. Et omnia tentata media, ut res transigeretur amicè, rege non audiente conditiones.

3. Post victoriam etiam Carolus omni cultu eum profecutus est.

4. *Lincopienfes* conditiones nihil iniqui nec novi habuere.

5. Metus si quis aditit pactis, non injustus fuit. Nec regibus ab his promissis restitutio conceditur.

6. Quæ de animo Caroli & subditorum in se Sigismundus suspicatus est, vana fuere.

7. Discessus causæ frustra tempestas prætextitur, & hoc quoque rege indignum fuit, quod ante Reipublicæ turbatæ constitutionem ex regno inicus proceribus discessit.

VI. In propria causa iudices esse non debuerit Sveci, nec homagio obstricti illo se vinculo liberare.

Resp. Svec. 1. In omni regno, ubi astricta imperantium potestas, iudicium universis Ordinibus debetur: arbitros non semper commoditas vel necessitas permittit.

2. Ipse Sigismundus arbitros, de quibus convenerat, licet sæpe rogatus vocare superfecit.

3. Svecorum homagii, juramento regis & pacto tanquam conditioni innixi, hoc violato obligatio desit.

VII. Saltem *Sigismundi liberi innoxii* præteriti non poterant. Nec iniqua conditione gravari Vladislaus.

Resp. Svec. 1. Succedere liberi parentibus in eo statu, in quo tempore mortis fuere, unde quæ amissa prius, etiam amissa sunt heredibus.

2. Nullibi liberi nisi in patrimonialibus regnis jus proprium habent, sed tantum à parentibus, adeoque post horum facta.

3. Jus feudale huc non trahendum.

4. Waldemaro & Magno regibus abdicatis Sveci jam olim noluerit liberos succedere.

5. Vladislao certa conditione non iniqua, sed nixi à testamento Gustavi, oblata

corona, quam noluit accipere. Unde jure tota progenies Sigismundi exornata in-
copiensibus 1600. exclusa. Joannes autem ultro 1604. & 1606. celsit suo jure *Thuan. l. 131.*
 pag. 986.

Fundamen-
 ta Sveco-
 rum ad-
 versus Po-
 lonos,
 cum ho-
 rum re-
 sponsis.

Fundamenta Svecorum, quibus factum tueretur, apud *Heft. Joh. Mich. de Cen-
 troverf. Sveco-Polon.* in primis illa sunt

I. Nisi reges faciant, quæ ante inaugurationem juramento promiserint, non
 testas ordinibus Sveciæ temperant, vi & armis resistendi & obedientiam sibi præstari
 di: quæ non solum aliarum gentium ratio est, cum non temere credi possit, aliquid
 absoluto imperio ejus se subjecturam fuisse, vel tolerare voluisse, quæ prædicta
 utilitatem vel omnino non vel non præcipue putassent curaturum: verum etiam
 in Svecia exempla suppetunt *Ragvaldi, Severchri, Waldemari, Birgeri, Magnus, Alberti,
 Alberti Megapolitani, Erici Pomerani, Christiani, Johannis & Christiani II. Danonum,
 oppugnantorum, carorum, solio dejectorum, pulforum.* Recens etiam exemplum est
Erici. Nec à Polonorum moribus hæc abluunt.

Resp. Polon. 1. Mutata conditio regni, cum electivum regnum fietet he-
 reditatum.

2. De exemplorum etiam justitia queri potest.

3. Adversus imperantes subditorum vis semper injusta. Confer *Grot. de l. B.*
 P. 1, 4, 1. seq.

II. A Sigismundo, qui diu ante ad Ordines missis literis leges patrias sæpe agno-
 verat, & ad confirmandam obligationem ex *hereditaria unione* 1590. tenebatur, post
 multas tergiversationes ante coronationem *Ordinibus data fides & leges jurata.* cont.
Thuan. l. 109. p. 1407.

Resp. Polon. Ad hoc quoque juramentum cum injuria coactus est Sigismundus,
 quod à decessoribus non exactum fuerat.

III. A Rege adversus hoc juramentum multa designata, cum religioni præjudi-
 cium faceret variis modis (ne plura auderet facultas & occasio tantum Principium re-
 ligionem Pontificiam singulari zelo ardenti detuere. vid. *Michob. l. p. 12. c. 2. §. 5.*
 p. 62. adde de suscepto *A. F. ordine* dicam) Ordines & Carolum ab utriusque
 arcere vellet. vid. *Michob. l. p. 27. 28.* non ordinata republica discederet, ad se omnem
 potestatem traheret, vid. *Michob. 5. p. 64. 65.* Sudercopientia comitia & statuta impu-
 gnaret, ac ita hoc auderet, quod nec hec præfenti regi. Adde vitæ Caroli in duas
 structas, exercitum invadendæ Sveciæ in Finnonia sustentatum, proximos milite-
 re divexatos, & crudeliter habitos, Esthoniæ alienationem tentatam, Meis tradita-
 tam Kexholmiam. conf. *Thuan. l. 115. p. 286. seq. l. 119. p. 468. seq.*

Resp. Polon. Alia calumniose affinguntur Sigismundo, aut suspitionibus vanis
 nituntur, aut jure regio facta sunt, sine vitio.

IV. *Ingressus in regnum hostilis*, 1594. Caroli sectatores proscripti, Finnones &
 Esthones in Sveciam evocati, conditiones rejectæ, Lincopentia pacta, quibus parti-
 ti à conventionem recedenti ut altera resistere posset sancitum, iterum violata, dis-
 scessus fugæ similis, quem Poloni etiam in Henrico Gallæ rege abdicacione ulsi
 sunt. Inde adhuc *Calmarie* relicto præsidium, à quo multa hostilia patrata facinora.
Thuan. l. 121. p. 566. 567.

Resp. Polon. Suxæ securitati Rex quod prospexit, quod iniquis conditionibus re-
 neri noluit, & deim periculo, quod Stocholmiæ à Carolo imminere, se subduxit,
 nemo jure reprehenderit.

V. Regis decreto comitorum *tenecopensium & Stocholmiensium* ad redeundum, nisi
 regno exidire mallet, aut filium in Sveciam in religione Evangelica educandum inter-
 tere, vocati *contumacia*, & *annus* in Svecos *hostilis*, varia ratione captis eorum & de-
 tentis navibus, commerciis prohibitis, actionibus suscitatis, rebellionis cumme-
 rejecto, vicinis in eos concitatis, monstratus. *Thuan. l. 121. p. 573.*

Resp. Polon. 1. Illusoria regis evocatio, nullis missis navibus, sine milite, nulla
 securi adventus cautione interposita, & ut perpetuo ibi maneret. (Hanc conditionem
 à se appositam Sveci negant.)

2. Conditio filio præscripta iniqua.

3. Quæ acta, non hostis sed regis, suos ad obsequium reducitur, animum ostendunt.

VI. Regni jure in Carolum translati in posterum ejus legitima transmissio.

Res. Polon. Non jultior successorum, quam quem a Carolo accipere, titulum esse potest.

§. xii. Hæc utriusque partis fundamenta fuerunt. Quod historiam attinet. Historia. Cum ita regi renunciassent Sveci, arma utrinque publice sumta, & in primis in Livonia gestum est bellum, variante fortuna, dum Carolus viveret, qui se tamen ad pacem bella. obrulerat. Thuan. L. 138. p. 1247. 1248. Sub Gustavo Adolpho lino 1618. de indueris in Induciz: biennium convenit: Inde 1621. Rega cum multis aliis in Livonia ab eodem, dem quod reliquum fuerat 1625. capta sunt, ac in Borussia anno seq. arma translata. Ferebat tamdiu, altero in alterum culpam pacis non coaliscens, bellum, donec 1629. in sexennium, medias partes suas interponentibus Gallo, Anglo & Brandeburgico induce conclusit: Has 1635. in 26. annos Vaclavus & Christina produxere. Cum vero 1655. novum bellum (de causis cont. synopticam relationem Spreng. Polon. Novantiq. p. 121. seq.) exarsisset inter Carolum Gustavum Sveciæ & Johannem Casimirum Poloniæ reges, renovata omnium litium memoria. Magnis bellum illud viribus & animis gestum, usque ad annum 1660. quo pax in monasterio Olivensi ad Dantiscum feliciter conclusa est, & finita pratensio. In primis postquam Joannes Casimirus vita excedens in Polonia terminaverit illam & ad arum progenem.

§. xiii. Quæ moderni Potentissimi regis ejusque decessoris gentilia arma fuerint vel sint, mihi non satis cognitum, haud dubie vero eundem locum parmulae medicæ occupabunt. Hodiernum scutum ignotum.

§. xiv. Scuto regio imponitur corona, quæ regibus jam in usu est, clausa: vel si galea uti lubet, aperta sine clathris, simili corona clausa ornata. Apicis loco in usu est apud Chifflet. n. 161. Aquila exortica scutariæ similis: Ex galea desiliunt lacinie argento & cocco insignes. Atlantes Sammarthianus est de La Polog. c. 1. p. 502. tribuit duos leones: & papilionem regium seu tentorium cocco cum aquilulis argenteis consutum: interius vellere mutis Pontici sartum. Corona. Galea. Apex. Telamones.

§. xv. Titulum Poloniæ regis Joannis Casimiri idem Sammarthian. p. 500. ita describit: Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prusiiæ, Mazoviæ, Samogithiæ, Kiovia, Volhviæ, Podoliæ, Podlachæ, Poloniæ, Vitepsii, Pomeraniæ, Livoniæ, Curlandiæ, Valachiæ, Smolenski, Severiæ, Cernichoviæ, Michaloviæ. Additur dein titulus Svecicus. Titulus Joannis Casimiri.

§. xvi. De Polonia & Lithvaniâ dictum est. Quod Magni Ducis titulum concernit, Thuan. conjectura non displicet L. 76. p. 1227. Lithvaniæ Principes Magni Ducis titulum usurpabant, non ab Imperatoribus concessum, sed ut Moscorum Principes plurimum Ducum ditionibus in unum coaliscens hanc prærogativam sibi privata autoritate sumserunt, ita & Lithvanos Duces fecisse vero simile sit. Russiam à majoribus sæpe impugnatam, sæpe victam, tandem Casimirus M. in provinciam redegit. Borussiam Equites Teutonici, à Duce Mazoviæ exciti, occuparunt: inde cum regibus Poloniæ gravia gessere bella: Denum nobiles & civitates Borussiæ, quod tyrannicè haberi crederent, magno Magistro Ordinis fidelitatis juramentum renunciarunt, & se in Casimiri regis dedere clientelam: sed 1466. ita tractatum est, ut regi superior Borussia cederet, inferior beneficio regis ab equitibus teneretur. Transactioni huic Fredericus D. Saxonie Magister creatus stare & Poloniæ sacramentum dicere noluit, ast ob hoc fugere coactus est: cum ejus successor Albertus Brandenburgicus idem repugnasset, jamque armis cogi prospiceret, nec ab Imperio auxilia nasceretur, Borussiam partem ordini prius cessam pseudo à Rege accepit, quam nunc quoque successores tenent. De titulo ita ille Albertus 1426. apud Hortleder. de caus. bell. Germ. 1. c. 1. p. 1955. Haben sich auch dieselbige Königl. Mai. in Polenlang vor unsern jetzen Herren und Erbblizen in Preussen geschrieben. Cont. supra l. c. 13. n. 7. M. Ducatus Lithvaniæ. Russiæ. Borussii.

§. xvii. Mazovia, inter Borussiam, Poloniam, Russiam & Lithvaniam sita, non mentis sortita dicitur à Maslao, qui eius principatum invito Mieslao rege obtinuit, seu rebellionem seu Imperiali potestate. Filius vero Casimirus Maslao à suis suspensio eum recuperavit. In Boleslai Crivostii libetis Maslao post Lesli mortem cum Cuj. 12. Mazoviz.

Casimirus nactus est. Ejus filius *Conradus* verum Mazoviam Dux rexit et ad posterum transmisit. In hunc *Ziemomislus* seu *Ziemovitus* se Casimiro Regi tumens, in ipsa provincia regno uniri passus est. Demum 1462. morte *Hadolai* Ducis *Plocensis* & *Belzenfis*, & 1526. morte ultimorum *Joannis* atque *Stanisli* reliquit, via ad regem omnino rediere. *Magazine Wapenb.* P.2. pag.3. tribuitur scutum beum cum aquila argentea, pectore auream semilunam trinitatam deterrere etiam in apice e coronata galea exsurgit.

Samogitia

Kiovia.
Volhyma.
Podolia.
Podlachia.
Polonia.
Vitepsia.

§. XVIII. *Samogitia* ab antiquo Lithvanie annumerata, cum eadem Polonia accessit. Eam ad cultiorem modum *Sigismundus* Rex revocare cepit circa 1520. qui prius per sylvas dispersi, vicatim habitare inciperent. *Kiovia*, caput eam, Rex ad Borythienem & frequens emporium, Ducatus caput est, quem & *Volhymam* & *Podoliam*, *Podlachiam* cum Lithvania Polonus accessisse autumo, & ex *Thuan.* L. 56. p. 1228. *Polotiam* & *Vitepsiam* eidem annumeravero. Caterum hanc a *M. 1579.* *Stephanus* recepit conf. *Thuan.* L. 36. p. 326. & L. 69. p. 501. Ubi quibusdam dicitur ruerit Polonia, enumeratur in hunc sententia: *Ea antiquitus suos Duces habuit, quos A.C. 980. vel ut Russie annales putant annos à conditu mundi 6488. Re. h. a. c. 1121. paruit, qui ab Vladimir Magno obnegatam in matrimonium filiam bello pectus imperium vitamque ac duos filios amisit. Ab eo tempore Russi Principes eam tenuerunt, donec eorum extincti stirpe Lithvanis, ut quaedam alia Russi aditiones, erant. Dum at Lithone Polonie Rege electo, cum Andreas ejus F. Polotie dominatum arripisset, creta est, & inde usque ad annum 1563. in fide regum Polonie permansit, quo a *Joanne* Magno, Duce capti sunt.*

Pomerania.

§. XIX. *Pomerania*, quæ in titulis Regis legitur, non illa est, quam sub eo nomine Duces ab aliquot seculis rexere, & quæ pace *Oinabrugia* inter Svecos & Bran lebatur, quæ Electorem divisa est, Imperii nostro tempore haud dubie portio, sed quæ antea Pomeraniæ, quæ sub nomine *Pomeraniæ* seu *Pomerellie Palatinatum* Regia iurata constituit, nec non feudum *Buzovense* & *Lauenburgium*, quod 1526. *Sigismundus* Rex *Barnim* Duci contulit. Olim equidem *Svantiborus* Pomeranus *Melito* Poloniæ auspicio victus, & licet denuo restitisset se submittere coactus tamen, inter ejus posteros, qui ulteriorem Pomeraniam tenerant, frequenter bella adversus Polonos gessere: aliqui ex illis sua Cruciferis legarunt: qui etiam 1311. magnam partem *Borussie* suæ adjungere: iterum 1295. *Mestovini* morte tota progeniem ultimum Pomeraniæ Ducum extincta, Poloni istius hereditatem, quam etiam cretio *Polonia* captus Duces, ut pote agnati, sibi vindicare nitentur, vindicantur. Ut autem quid Pomeraniæ penes Polonos est, vel ab hoc *Mestovino* vel cum *Benedicta* convenuerunt.

Walachia.

§. XX. *Walachiam* quod concernit, *Sigismundus* Rex superiori seculo Valachia victa, *Bogdanum* *Waiwodam* sibi jurare coegit. Hoc seculo *Sigismundus* III. *Constantinum* *Waiwodam* *Walachia* infeliciter adversus *Tomiam* a *Fureis* sustinutum restituere tentavit. Cladem ultra *Vysnovecius* & *Korecius* *Tomia* pressipino & in fuga occiso, *Michalsonem* præpotuerunt. Iterum 1620. bellum *Walachicum* pro *Michalano* *Waiwoda* fortius quam felicis gestum. Nec vero potuit *Turcarum* imperio provincia subtrahi aut vindicari.

Smolenscum.

Severia.
Cernichovia.
Michalovia.

§. XXI. *Smolenscum* à multo tempore *Eridos* pomum fuit inter *Moscicos* & *Polonos*. Superioris seculi principio illud cepit *Moscus* *Basilius*: hoc nostro seculo recepit post bienni obsidionem *Sigismundus* III. sed iterum in potestatem *Moscorum* illud devenit. Quod *Severiam* & *Cernichoviam* atinet, *Joannes* *Sialich* seculo decimo quinto ademerat *Alexandro* *Poloniæ* regi: verum *Vladislaus* *Sigismundi* filius, rois fortissimi virtuti regnum illa recepta debet. *Michaloviam* seu utriusque *Michaloviam*, quam innuat *Samarthanus* vel ab illo relatus titulus, ignoto quodam vis enim *Michalovia* è duodecim *Borussie* Principibus unus sit, cui *Sialich* tribui video: non tamen capio, cur illius præ aliis peculiaris mentio in titulo fieret. An *Michaloviam* notari dicemus, quam *Vitepsia* Ducatus ascribunt? Nihil denique hoc possum.

Livonia.

§. XXII. Superfunt ex titulo duo nomina *Livonia* & *Curlandia*. Et quidem generali notione *Livonia* *Esthonia*, *Letitiam* & *Curlandiam* complectens, cum inter Germanis

Germanis innotuisset, postea introducta religione Christiana sub Imperatoris Germanici fide Archiepiscopo Rigeni, & qui libertate a Iostulie Magistro sibi arte parata 1513. Principibus impem annuuntari cepit, Magno Magistro Ordinis Livonici, inter quos continuè se contentiones fuisse paruit. Mutationi tandem Motus occasione dedit, cum 1557. ob negatum tributum & alias ut causabatur induciaret conditiones non servatas, bello provinciam adoretur, & ab Imperio frustra auxilia expectarentur: (ob quod imperio jus suum permisit concedit Celeb. *Herm. Conring. de Imp. Germ. c. 29. p. 828. 839.*) unde ali alibi auxilia querere coacti sunt. *Revalia* Svecis se permisit, *Ustulensis* & *Caronicensis* Episcopus Danis, reliqua *Polonis*. Hi *Gothardo Ketlero*, qui Magn. Magister Ordinis fuerat, *Carlantiæ* & *Semgalliam* teudi jure à corona tenendam tribuerunt, cetera ut alias provincias imperii sui habituri. (conf. Historiam ex *Chytr. eo* apud *Thuan. L. 21. p. 954. scilicet 99.*) Quamvis vero *Esthoniam*, utpote que ad Svecorum auxilia contugerat, in potestate non habuerint, & reliqua etiam Livoniæ à Svecis erepta amiserint, universam tamen *Lithoniam* sibi deberi prætendunt. Videamus utriusque partis fundamenta.

Prætentendunt *Poloni*.

I. In *Esthoniam*. Quod *Revalia* subiecta Magistro Ordinis Livonici non haberit potestatem, se à reliquo corpore separandi, unde jus à Magistro cessum Polonis illam etiam complectitur. Cumque Mosci pacem faceret 1581. universam Livoniam atque ita in hac *Esthoniam* quoque Polonis concessit. conf. *Thuan. L. 76. p. 800.* Sed & Sigismundus Sveciæ Rex eam prætensionem Rep. donavit. Quæ conditio electionis fuerat. *Thuan. L. 88. p. 352.*

Prætentendunt in *Esthoniam* & *Livoniam*.

Resp. Svec. (vid. *Heft. Joh. Mithob. Controv. Svec. Polon. c. 2.*) 1. *Revalia*, cum *Harria* & *Wiria* se 1561. Svecis permisit apud *Thuan. L. 26. p. 1195. 1196.* quod non modo alias omnibus licuit, sed & hic factum eodem jure, quo reliqua Livonia inconsulto Imperatore, supremo magistratu, Poloniæ accessit.

Responsiones Svecorum.

2. *Revalensium* deditio pluribus mensibus ante facta, quam Polonis se permitteret reliqua Livonia.

3. A Magistro Livoniæ etiam requisito nulla obtineri potuerit auxilia: sed nec à Polonis certa sperari poterant, qui postea quoque *Esthoniam* reliquam & *Lettiæ* ab hoste miserè vexati passi sunt: pacem autem ab illo & restitutionem provincie sine Svecis non impetraturi fuerant. Postea quoque avertius Moscos bellum ob hæc gerendum fuit. vid. *Thuan. L. 96. p. 722. L. 130. p. 839.*

4. Reliqua *Esthonia*, quæ liberare Poloni neglexerant, & pleraque ante Moscorum invasionem nunquam in Polonorum venerant possessionem, bello iusto Moscis extorsit Joannes Rex Sveciæ 1581. qui non alia conditione in belli societatem venit, & diu hostis impetum solus sustinuit. vid. *Thuan. L. 76. p. 803.* Obvertunt vero *Poloni*. Quod Stephanus ab invasione Joannem, qui arma in Moscos vertenda in ipsam verterat Livoniam, dehortatus sit. vid. *Thuan. L. 73. p. 667. 673.*

5. Stephanus durante bello, in *Esthoniam* nullius juris sui mentionem fecit: potius de *Vesenbergæ* & *Tolsbergæ* receptus gratulatus est. Conf. *Thuan. L. 76. p. 801. 802. 803.*

6. Livoniæ tutela à *Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II.* commendata Svecis, tandem etiam illi facta est potestas vicini Principis patrocinium ambiendi. *Thuan. L. 88. p. 358.*

7. Ut maxime jus fuisset Polonis in *Esthoniam*, bello tamen à Moscis erepta, & à Svecis recuperata, his cedunt, conf. *Grot. l. 2. c. p. 3, 6, 7.* talem quousque impense redderunt. Adde & prætensionem dotis. apud *Thuan. L. 76. p. 802.*

8. Mosci quod amiserant non iterum pace cedere potuerit Polonis.

9. Ipse Sigismundus de adjungenda Poloniæ provincia sepe compellatus, regno carere quam conditionem mire maluit. *Thuan. L. 88. p. 353. 357. 358.*

10. Si tandem consensisse detur, pactio avertius leges regni & avi testamentum nullius esse potest valoris. Et juramento se obligavit, ne faceret. *Thuan. L. 88. p. 357.* Et causa hæc quoque addenda foret aliis, ob quas regno exutus est.

II. In reliquam *Lithoniam*; Quod hæc Sigismundo Augusto regi, & Rep. Poloniæ se subiecit, deserta ab Imperio, vid. *Thuan. L. 28. p. 3334 L. 95. p. 721.*

Resp.

Resp. Sveci. Conf. *Mitob.* d. l. c. 3. pag. 42. 1. In *Livonia* summa vi adortus est Svecos Sigismundus Rex abdicatus: itaque provinciam hostiliter occupare sine belli potuere Sveci, quod in primis 1621. & 1625. factum. De causis Svecicæ iustitiæ agitur.

2. Quæcumque in bello solemniter occupantur, victoris dominio gentium recedunt. Conf. *Græ. de l. B. & P.* 3, 6, 2. His vero obvultum Poloni, Svecorumque, et regem Livonia arma nihil acquirere regno suo potuisse.

Cæterum pactis in sexennium induciis 1629. in *Livonia* utrique in id tempus parti relicta sunt, quæ tenebant, nisi quod Curlandiam restitueret Sveci iussu Cont. *M. teran. Nederl. Histor.* l. 46. p. 644 Idem tere tenot fuit induciarum 1635. in 26. annos protensarum. Tandem 1663. in Olivensi pace prædicti inimici accepisse apparet. Ita enim ea decretum art. 4. vid. *Loecen. Hist. Svec.* p. 905. *Serenissimo in Re & status Ordinesque regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithvania, a modo & in tempus cedant et huius pacificationis Serenissimo Regi Sveciæ, jusque successorum in regno regnoque Sveciæ, omnem illam Livoniam trans Danaviam, quam Sveciæ hæcenus per tempus induciarum tenuerunt & possederunt, ut & partes eis Danavias omnes, & insulam Rönön in mari sitam, quas per idem tempus induciarum Sveciæ tenuerunt & possederunt, nec non quæquid juris Legibus & Republicæ Poloniæ in Esthoniæ & Oesthoniæ hæcenus ullo modo competere poterat. Atque hæc quidem omnia & singula, cum omnibus suis pertinentiis, terris, sribus & maribus, urbibus, arcibus, propugnaculis, bonis & præventibus, nec non iuribus, iurisdictionibus, regalibus & superioritatibus, tam in Ecclesiasticis, quam in politicis, nullis penitus exceptis, in plenum Dominium & proprietatem regum regnoque Sveciæ transferunt; Ordinesque & subditos in illa Livonia quique recesseritis partibus, omni erga Regem & Republicam Poloniam obedientiæ vinculo & fidelitatis sacramento exsolvant, nihil unquam in eos ac dictam Livoniam jusque pertinentias post se præterfuri. Cis Danaviam autem Serenissimi Reges regnoque Sveciæ non ulterius, quam hæcenus, fines sue possessionis in Curlandia aut Semigallia promoveant, aut seruantes à suis à Illustrissimis Curlandicæ Ducibus exigant, aut ullam jus lignandi, aliudve quolibet in Curlandia aut Semigallia præterdant. Commissarii vero ad declarandos & dicta omnia in utraque parte factos, ab utrinque deputabuntur, & commissio hæc intra quatuor septuaginta à subscripto tractatu inchoetur, & intra duas expedietur. Item art. 5. Pars Livoniæ eaque Australis, quæ ante hæc & per hæc belli & temporibus induciarum sub ditioe fuit regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithvania, nempe Dnieburgum, Resinam, Luticam, Marienburgem et omnia loca, quæ per Commissarios ad id utraque deputatos, & possessionis per tempus induciarum fuisse in venientibus, cum omnibus suis pertinentiis, territoriis, urbibus, pagis, sribus & præventibus, telonibusque jure in dicta loca & utili Dominio remaneant in possessione Serenissimorum Regum ac regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithvania, nec Serenissimi Reges regnoque Sveciæ iustam partem Livoniæ, ut ab altera diverfam, neque in Ducatus Civiliandicæ Semigallicæque & districtum Piltensem, vel respectu Livoniæ Septentrionalis, vel quovis alio prætextu, nullam unquam jus præterdant aut præterdendere poterunt. Cum vero Magnus Dux Moschoviæ non modo dictam Livoniam Polonicam, sed etiam partem Svecicæ occupatis armis nunc teneat, ita convenit est, ut si Respublica Polonica aliquid ex Livonia Svecicæ quocumque tempore à Moschis, armis, tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Sveciæ utroque præterdant non imputatis belli expensis restituere: eodem modo & rursus, si inquam Sveciæ aliquid ex Livonia Polonica quocumque tempore à Moschis, armis, tractatibus, aut aliter receperit, teneatur totum illud Poloniæ & Magni Ducatus Lithvania utroque præterdant non imputatis belli expensis, restituere. Titulis & Insignibus Livoniæ tum Svecicæ tum Majestatis Sveciæ jusque successorum Reges Sveciæ ratione Septentrionalis Livoniæ quæ in Ducatus, tum Sacra Regia Majestatis Poloniæ & Magni Ducatus Lithvania ratione Australis Livoniæ sub titulo Ducatus promiscue utentur.*

§. xxxii. Alcubi vidi Sigismundi III. teutum cum scutulis regnorum. Principatum & Palatinatum dupliciter ordine illi circumscriptis, quæ hic enumerantur prout ea picta vidi, de sine pictoris, an nunquam in coloribus assignandis aberat. Cuius aliquot ipse exempla notavi (ponitorem me neutiquam interponens. M. S. Curium quadripartitum erat ex Poloniæ aquila & Lithvanicæ equite. Et imponebatur me-

Scutula
provincia-
quæta administratione Episcopum à 1084. ad 1126. atque *Witikindum III.* qui Henrico V. adhæsit, & pugna ad sylvam Guelficam seu *Welfshof* 1115. fortiter se opposuit. Cum uxore Ludrida C. Arnsbergia hortante cognato *Bernardo Episcopo Paderbornensi* monasterium *Marienmünster* circa atem Alenburg 1128. extruxit & c. 1137. Lotharium Imperatorem, alias etiam ejus comes & bene de eo meritus, ad suam comitatus egressus est, sed 1138. extincti corpus ad sepulturam in Saxoniam rediit, eodemque mortuus est. Huic *Rittershusius* filios dat *Henricum, Witikindum IV., Hermannum, Rudolphum* (qui alius *Adolfus* & *Witikind V.* frater, Responsionibus *Cronici* 1180. interfuit, & decreto subscriptus) *Witikindum* notat 1130. sub Lothario Imperatore in Goslariæ interfuisse, quod alii patri ipsius tribuunt. *Fulquino* denuo dat natus *Henricum, Hermannum* (qui post graves inimicitias cum Episcopo Paderbornensi *Beneditino* monasterium ingressus est) *Witikindum IV.* & *Fulquinum*. Ex his *Hermannus* expeditioni militari Henrici VI. interit. *Witikindus* autem IV. iterum (patruo connumerato) cum ipso illo *Herinanno* & *Henrico* fratribus *Indene*, *Barbarossæ* (cujus auspiciis pugnavit etiam prius ab *Henrico Leone* captus fuerat *Cranz. L. 7. Metrop. c. 9.*) comes in *Palæstinam* ivit, & Imperatore extincto cum *Ludovico Thuringiæ Landgravio* in reditu 1190. inortuus est. Hic fratrum suorum consensu 1187. vel 1189. ut sumtus itineris sacri comitteret, acceptis 300. maris auripuri *advocatum Paderbornensem* (quæ præter protectionem etiam imperium & jurisdictionem notabat) eâ addita conditione, ut in perpetuum sui & patris *Vulquini* & avi *Witikindi* in anniversariis depositionum diebus haberent memoriam, *Bernardo* Episcopo cognato suo cessit. cont. *Cranz. L. 7. Metrop. c. 28.* Idem 1184. de *Pyrmontano* castro ab *Archiepiscopo Colonienfi*, quem in occupanda *Welfsala* adjuverat, hoc vero castrum cum pagis *Desdorf* & *Lovenhausen* sibi servaverat (*MS. Chron. & P. nec. Præfati*) investitus est. Ei filios dant *Witikindum* Canonicum, *Adolphum* (qui *Præfati* fratris) *Godschaleum*, & totidem ramorum autotes *Fulquinum, Hermannum, Henricum*. Ex his hic *Sternbergenses* dicitur sevisse Comes, quorum ultimus *Conradus* 1399. defecit. Ex *Wernero Pyrmontano* descendunt, de quibus n. 8. *Fulquino*, qui cum *Adolpho* fratre monasterium *Neze* 1218. ab inunc conditorium definitorem est, condiderat, & 1228. obiit, pater fuit præter *Witikindum Episcopum Osnabrucensem* 1202. extinctum, *Godfridi* & *Adolphi*. Item *Svalenbergensium* fatorem faciunt, qui in aliquot ramos divisi. Ultimum *Rittershusius* ait fuisse *Henricum*, qui *Ottone Comite Waldeckio* bona sua cesserit, quod 1346. per donationem inter vivos factam, & in illa familia in unum iterum corpus consolidata, *Præfati* *Chronol. MS.* *Waldeckio* non perhibet. At quamvis *Henricus* ille *Comes de Svalenberg* omnia sua bona ad *Wald* & feudalia præfente *Theodorico Abb. Corveienti* in arce *Waldeck* in *sigla N. N. N.* Dom. Anno 1356. suo con sanguineo *Ottone C. Waldeckio* & suis heredibus, qui in per lineam masculinam veluti a stirpe nativo sui Comitatus *Svalenberg* dignoscuntur originaliter descendisse, addidit. Verum *Witikindo* vita defuncto *Baldwinus Paderbornensis* & *Comites Lippiaci Otto* & *Bernardus*, qui dimidium Comitatus *Svalenbergensis* ab *Abb. Corveienti* in feudum recognoscerebant, *Comitis Henrici* quartam apprehenderunt, & ille cum præfatis comitibus totum comitatum post multas transacta transactione in tres partes direxit, ut Episcopatus *Paderbornensis* unam, & *Comites* duas tertias tenerent, anno 1358. in die *Antonii*, excludo *Comite Ottone Waldeckio*, ad quem jure successiois & cessionis erat devoluta una quarta. Porro ille *Witikindus C. de Svalenberg* possederat non solum quartam castri in Comitatu *Svalenberg*, sed etiam pro parte castrum *Svalenberg* in tetrapia *Eisenbergensi* Comitatus *Waldeckii*. Erant enim diversa castra & diversæ lineæ sed unius familie. Idem *Witikindus* confirmavit omnes donationes per antecessores & vasallos monasterio *S. Mariæ prope Svalenberg* factas 1354. *Ludovicus* autem *C. de Svalenberg* filia *Alheid* nupta *Wernero C. Lippiaci*, qui feudum *Svalenbergense* ab *Abbate Corveienti* possidens assumit *Witikindi* signi stellam *Svalenbergiam* octangulam cum *Waldeckis* communem, cuius figura sita hirundine, ad differentiam alterius lineæ. Porro alterius castri *Svalenbergensis* videri in *Eisenbergia* præfectura *Waldeckiorum*, cum certissimis vestigiis antiquæ fossæ & valli non procul a pago *Svalenfeld* adhuc extant.

§. III. Ab *Adolpho* (qui *Wilhelmi* Hollandi Augusti aule præfectus & ejus au- ^{Waldeccæ}
toritatis fuit, ut in electione illi potissima debuerit *Asopus Castellanus*, quod *Richardus* ^{reliqui}
Anglo prælati sunt - reliqui *Waldeccenses* propagati, sine alia t. h. i. m. t. u. r. a. t. i. o. n. e. : eo ^{Comites.}
vetò nati *Adolphus Episcopus Leodunus*, *Goufridus Episcopus Mundenis* & *Otto III.* Mem-
matis propagator. Huic quem 1305. Adelepti nobiles occiderunt, filios ex *Sophia*
Halliaca assignat *Rittersbusius Henricum*, *Georgicum Episcopum Monachum*, *Adolphum*
Canonicum, *Ludovicum Episcopum Bremensem*, *Ottonem*, & *Everhardum*. Verum *Godof-*
redus Mundenis ita bis occurrit, & vel hic vel inter *Adolphi* filios expungendus est.
Henricus *Ludovico Imperatori* fidelem operam præstitit pro adipiscendo regno *Ro-*
mano 1313. & 1320. unde ei 1200. marcas argenti ex telonio *Quindendorff* dedit. De
eo porro *Chronicon Dan.* *Tralleri Waldece*. ita: *Hic Ludovicus Imperator etiam ab*
sola in imperium merita Consulibus, senatum populumque imperialis in his & ora Trimon-
ensis Comiti Henrico defendendos commisit, premiter, ne invidiosus, ut ipse in iuribus &
servitorum præstationibus nomine regio parerent, eorumque imperii penecrent, debita-
que cum obediencia obtemperarent A. C. 1323. Quo tempore etiam ab Imperatore Ludovico
in Episcopatu Osabrugensi & Monasterio Comiti Waldecco suo iudicio in Iudæos
pro solvendis annuis contributionibus, prælati imperii servitus, concessa fuit, quæ de
jus in Iudæos solis Electoribus competebar. 1x A. S. l. l. c. 9. unde dictus fuit memorandus
Princeps. Cranz. L. 9. Metropol. c. 5. Ejus ex *Adelheide Clivia* (post *Theodoricam* &
Henricum *Colonienis* *Canonicos*) filius *Otto VIII.* matrem in gratia *Caroli IV.* *Imper-*
atoris floruit, qui ipsi 1600. marcas argenti pro auxilio contra *Imperatoris* hostes
lati constituit. Huic cum natus esset ex *Mechilde Lunaburgica*, (cui patris
successor *Wilhelmus Brunsvicensis* 130000. marcas argenti solvete condemnatus,
cumque tenet in banamum imperii declaratus est.) filius *Henricus VI.* seu *ferrens*
dictus, hic *Wenceslaus*, qui. in 1378. Aquæ grano redeuntem in arcem *Waldece* honorificè
exceperat gratia non minori servitus, & ab eo de *Comitatu suo Waldeccenti*, *Witt*
sen Berschaffien / Jrenen Jüblen / Jöllen / gerichten / beniliche nard offentliche
Jren *Wraffen zu præsentem* aliisque dignitatibus tunc investitus. Quæ iterum la-
ctum 1421. die *Mercurii* post *Lutarem* mandato *Sigismundi Imperatoris* per *Adolphum*
C. Nassovium ejus commilitarium.

§. IV. *Henrico* *terreo* *daonati* ex *Elisabetha Bergensi* filii *Henricus* & *Adolfus*, ^{Continua-}
duorum tantorum auctores, quorum hic, *Landgravius*, in *Adolonepote Ottone* 1495. ^{to.}
defecit. Cui *Ottoni* 1467. seu 1435. *Ludovicus Landgravius IV.* junior pacifici filius
pro ipso & matris hereditibus confirmaverat 100. aureos annuos (quæ soluto 1495.
morte *Ottonis* cessavit) ob resignationem *Comitatum Ziegenhainensis* & *Adlami-*
ava enim *Ottonis*, quæ *Adolpho* 1381. nupserat, siquæ natu maior fuerat filia *Comitis*
Ziegenhayni, qui absque liberis matris mortuus fuerat, cum *Landgravo* minor
filia nupsisset, sed conjugium illud *Halliaca Genealogie* non agnoscit, & venditio-
ne *Halls* *Comitatus* istos acquisitos narrat. *Henricus* *Adolphi* trater iterum *Vol-*
radi pater est, quo genti *Philippus I.* & *II.* *Ille* *Volradensi* in lineam ex se dedit, quæ
1598. in *Wilhelmo Ernesto* *Tubingæ* studii operam navante sed extincto defecit,
transmissa ad agnatos hereditate, imprimis proavæ *Margaretæ* & *Otiliæ*, quæ *Ezar-*
di *Ostii* filia marito tertiam partem paternæ successions attulit. *Philippus* autem
Secundus pridem fratre vivo monasteria destinatus, & 1624. mortuus, *Maximilia-*
no (à quo etiam 1495. 29. Aug. præsentibus *Landgravis* duobus *Wilhelmis* *regalia*
Comitatus recognovit) & *Carolo V.* *Imperatoribus* interviit, unde ille 1483. 100. au-
reos *Rhenanos* ad vitæ finem ei assignavit, hic etiam nec non *Philippus R.* *Hispaniæ*,
Electores Mogunrinus, *Colonienis*, *Saxonicus*, *brandenburgicus*, *Duces Brunsvi-*
centes, *Megapolitanus*, *Juhacensis*, stipendium militare (*Wannfeld*) eidem
constituerunt. Fuit etiam militæ in *Westphalia* *Dux* & *Comitatus Ravensburgici* *Vica-*
rius. Eo nati *Georgius*, qui *Parisi* mortuus, *Franciscus Monasteriensium*, *Osabrugen-*
sium & *Mundenium* *Episcopus*, quem *Anabaptistæ* execraverunt in urbe *Monasterio*
turbantes, unde eam abor in auxilio cepit 1535. & gentis propagator *Philippus III.* qui
1539. mortuus ex *Adelheide* *Holenti* & *Anna* *Clivia* *Ducissa*, quam autoritate *Maxi-*
milianii Imperatoris & parentum consensu duxit, multam sustulit prolem. In filis
Volrado & *Ioanne* pro duæ iterum lineæ cepere *Hsenbergæ* & *Waldungenis*: hanc vero



*Ioannis filius, Bernardi Episcopi Osnabrugensis frater, Franciscus 1597. clausus 1744. inter præfides Colloqui Ratisponensis fuit, & ex Anastasia Seibitz denuo numerosam prolem habuit. Ex filius Iosias, qui 1788. mortuus est, cuius pater est duarum, quæ nunc etiam superant, linearum *Sjënbergia* & *Waldau* cum enim ex Maria Barbientii fustulisset *Christianum* & *Völadum*, ab his terre die quoque progenies. Christianus in præcipua Augusti nostri Ferdinandi II. floruit, & inaurata clave inter Camerarios ejus splenduit, cumque moretetur 1635. ex Elisabetha Naisovia reliquit post filias plures *Philippum* atque *Joannem*, quorum hic in *Landau* habitans 1668. sine prole mortuus est, ille Cluharcha Cæsareus 1640. prælium ad Thabor vitam amisit, pater ex Anna Catharina Wittenstemia *Christiana Ludovici* atque *Leze*, quorum hic post alias militares expeditiones 1669. in præcipua *Candia* Breisvicentium copiarum Dux spiritum protulit (ejus digna est *Anna à Job. Christophoro Rümetsch* Rectore Spirensi consignata extant ille vero *Joanna* & *suz* ex *Anna Elisabetha Rappolsteima* filios plures novæ gentis suæ spei genuit. Ex *Anna* tertia linea *Völadæ*, qui 1640. decessit, ex Anna Jacobi M. Badensis atque Elisabethæ Culenburgicæ filia reliquit *Philippum Theodorum* atque *Georgium Fridricum*, quorum hic, illo 1645. & ejus filio *Henrico Völado* 1664. extinctis, jam etiam 1678. amissum unico qui superfuera filio *Carolo Gustavo*, lineam suam solus constituit, & militibus pluribus expeditionibus, quibus cum summo imperio præfuit, inclauit.*

§. v. Cum duas audivimus superesse lineas, utriusque scutum ut lustremus, exigit ordo. Illusterrimus Comes *Georgius Fridricus* scutum duabus perpendicularibus lineis, & totidem transversis in novem. connumerato medio scutulo, laterculos præstitit. Ex his media parmula *auræ scilicet octo radiorum* (unde corrigendus liber armor. *Silmach. P. 1. p. 15.* qui sex tantum designat) ostentat.

§. vi. *Stella nigra* monstri instar videri potest, cum lucis potius quam tenebrarum color conveniat caelesti luminari. Verum enim verò alibi etiam notatum, à naturæ consuetudine fecialium libertatem sæpissime abire. In hoc verò colore hieroglyphicum etiam quarit Doctissimus *Æg. Gelenius de Col. Agripp. magnit. L. 2. c. 14.* *pauc. Alii populi scutum gerebant nigrum, & ferali tinctum colore, quasi infernum mœnium aspectum: eandem feralium umbram, cum aliorum, tum compositis ad terrorem ejus, & Walddeckensium Comitum atrata sua stella representare videtur.* Caterum stellam gentis antiquum fuisse *Ægyptiæ* apparet: cum alias *Svalenbergiam* & *Sternbergiam* imitas etiam sed alius coloris stellis uti fuisse appareat.

§. vii. Notari *Walddeckium Comitatum* indubium est: hic *Hassia, Paderbotten* si Episcopatu & *Colonien*si diœcesi, *Marcano Comitatu* & *Lippin*en. civitatibus, cum *Westphaliæ* annumeratus, nunc in *superiori Rhenano circulo* legitur, satis amplius, cupidus & nobilitate frequens, tum metallis & aliis quæ humanis usibus necessaria dives est. Eum supremo semper jure tenuere Comites, unde formula illa *DEI GRATIA COMITIBUS GNADEN* à 700. annis usi sunt: ita in pacto (*Wurfrieden*) de castris *Burstenec* inito & juramento firmato illa verba legere est: *Nos DEI GRATIA HENRICUS LANDGRAVIUS HASSIÆ, & nos eadem gratia HENRICUS COMES IN WALDECK & NESSAUS filius ejus confitemur.* Eadem formula adhuc *Philippus II.* usus est, ut videre eum *Chron. MS. Walddeck. Præfati.* De investitura *Henrico ferreo* concessa §. 3. vidimus. Exin negari nequit, quod *Henrici ferrei filius Henricus*, & nepotes *Ferdinandus Henrici atque Otto Adolphi filius 1211. & 1238. Ludovico Landgravo Hassiæ Comitatum* jam contulerint, quem ab eo in fœdulo hereditario fœdulo (*Erbmann lehen*) receperunt, principum patrocinio & defensione gavisi, & si Comitum maculam progeniem ement contingeret, Comitatum ipsis concedentes (conf. *litteras feudales & reverentia Act. Publ. London. P. 4. p. 401. 402. 403. 404.*) unde *Hassiaci apud Hispan. d. 1. c. 13. n. 120.* cum *Wilhelmus Landgravius a Maximiliano* investiretur, hoc etiam scutum additum reliquis perhibent. Inde verò conquesti sunt Comites, quod *Hassia* omnimodam subjectionem feudalem hanc obligationem commutare præceperat. Propter quod 1549. a sacrali Imperii in Camera Spirensi Domui *Hassiacæ* & *Walddeckiæ* processus intentatus est, ut in possessione omnium dignitatum atque annuatim, quæ Imperii Comitibus debentur, conservarentur. Unde adhuc 1612. & 1619. ab Imperatoribus *Matthiæ & Ferdinando* regalia Comitatus cum appertinentiis, utpote,

gleit-Strassen / Zoll / Frey Grafen zu praelentiren / saltz-brunnen / berg-uerck /
 minen / ic. recognoverunt. Hoc imprimis feculo de novolis ea agitata est inter
Mauritium Landgravium & Christianum atque Volradium Comites 1621. (cont. acta
 allegata p. 388. seqq. Imprimis extat publicis typis detecta deductio in continenti,
 so in favore der Hertzen Grafen von Waldeck an dem Kaiserl. Cammer-
 gericht zu Speyer 1619. ex parte fiscalis in puncto exemptionis contra Hessei über-
 geben worden / ubi late deducitur, quam pleno iure ab antiquo semper Comitibus
 Waldeccis omni illa libertate & prerogativa ununt, qua fruuntur alii Comites Im-
 perii, in multis etiam Principibus æquat) occasione controversiarum, que Corbaco
 & Comitibus intercedebant. Porro scriptis & tractatum est: demum 1655. inter Land-
 gravium Willhelmum atque duos illos Comites tractatus *transactio* facta 1647. à Land-
 gravia vidua, nec non à Landgravio Georgio deinceps confirmata est, que in *instru-
 mento pacis Osnabruckensis* rata esse & plenissimum ac perpetuum robur obtinere, o-
 mnesque tum Illustre Principes tum Waldeccie Comites obstringere jubetur: qua
 abolita exemptionis prætenione & inane Comibus omnimoda dignitate Com-
 itum impetii, que nulli unquam obligata fuit, nec non feodialis ac feutragii in im-
 perio, atque circulo integris (sicuti semper regalia & cætera specialia ad dominium
 supremum pertinentia ad Imperatorem & Imperio in hunc usque diem recognoscere
 soliti sunt) feudalis obligatio oblationis seu comitatum ea obstrictum servatur. Por-
 ro Comitibus Imperator Matthias 1613. privilegium de non appellando infra 400.
 aureos à iudicio provinciali Waldeccio: Ferdinandus II. autem, ut non tantum Ge-
 nerosi *Wesgebohrne*, sed Illestes *Hoch- und Wesgebohrne* interiberentur, tym-
 panoque uterentur, æres, concessit.

Contro-
 versia inde
 nata.

Transactio

§. VIII. Prima areola iuxta Siomacherum aurea, sed usu familie, quod pictura
 monstrant, *argentea cruceis rubeam* continet, cuius extrema utrinque repanda ab
 ancotata figura patum differunt. Fa *Pyrmontanum* designat Comitatum a castro
 non procul Hammela sito actum, in Westphalia, atque adeo distinctum à dynastia
Pyrmonta in Rhenanis partibus, que penes *Walpottios Baschenheimos* est, & eius ra-
 tione 1654. subscripsit Ratibone *Ioannes Lutharius Baro de Waldpott in Basenheim,
 Dn. in Pyrmont & Zevensb.* Licet *M. Zeiler, de circulo T. 9. circ. Westphal. p. 760.* huic
 etiam Comitatu illam subscriptionem tribuat, sed per errorem eandem dynastiam
 notati non dubito nomine Baronum *Pyrmontanorum* in inlicitatatum apud *Linnæi Tur.
 Publ. IV. 7.* hec idem addit. *T. 4. p. 559.* ea de Pyrmontio Comitatu interpretari ma-
 luerit. Nec non *Zeiler, Itin. Germ. P. 2. p. 27.* cum tamen Pyrmontium Comitatum
 p. 25. cum Spiegelbergio prius complexus esset. Quod vero Comitatum (hunc enim
 titulum alterum Pyrmontium non sibi arrogavit) concecit, acidulis, quas sanitatis
 servandæ aut recuperandæ gratia ex distillis etiam levis quamplurimum misere & us
 valetudinem firmare solent, satis celebrem, §. 2. diximus: *Pyrmontanos* Comites ex
Wernero deduci, qui seculo duodecimo *Witkindi C. Svalenbergi* & *Waldeccii* ni-
 filius fuit. *Crantz* vero *Saxon. L. 2. c. 22.* aliam assignat originem: *Comites de Pyrmont
 Gallicæ generis nobiles fuisse, & idem esse, ac si de ignito monte dicerentur.* Longe plus
 ex vero trahere videtur alia etymologia: quod videlicet *Philippus Archiepiscopus
 Colonienfis* tempore *Fridrici Barbatollæ*, cum aliodium aliquod *Udisdorp* ca-
 strum cum omnibus pertinentiis emisset, & ad tuitionem Ducatus *Westphaliæ* ca-
 strum ædificasset, illud *B. Petro* dedit, adeoque *Petri montem* vel *diacleto* com-
 muni *Pyrmontem* dixit; porro idem *Philippus* 1184. 4. Non. April. *Witkindo C.
 Svalenbergio* illud feuda concessit, quod in territorio *Svalenbergiorum* situm esset.
 Cæterum à *Wernero* illo *Witkindi* filio reliquos *Pyrmontanos* deducit *Rittersha-
 sius* ad *Henricum* usque, qui 1385. vixit, atque patet licet *Ioannis, Henrici* atque
Mauritii, in quibus in sæcula progenies defecerit, & *Ursula* nuptæ *Ioanni C. Spiegelber-
 gio, Ioannis* filio, *Fridrici* nepoti, *Ioanne* natus *Mauritii*, atque *Fridrici*, quorum
 hoc natus *Philippus*, qui 1557. ad Quintum sanato cecidit, *Ursula* Iermanni *Simonis C.
 Lippæ* uxor, hos duos *Mauritii* heros perpetram alienat *Ursula* *Philippus* *Georgii C. Gle-
 chenlis* conjux, & *Maria* *Abd. Etlendientis*. *Ursula* natus *Philippus* & *Pyrmont-
 anus*, sed 1583. cælebs mortuus, *Ursula* vero *Philippus Ernestus, Ioan. Ludovicus* & *Geo-
 rgus C. Gleichen, Spiegelbergæ* & *Pyrmontu*. De his rebus & successione *Pyrmontana* ita

Com. Pyr-
 mont.

Pyrmont
 ad Rhe-
 num.

Pyrmont
 tanquam
 Petrimont

Comitat.
 ad Spiegel-
 bergios.

Ad Gle-
 chenlis.

Himelmann de famil. emortuis L. 3. pag. 169. *Epitomen Gallicum ut Trentone* Fuit aliquando Abbas Corbeicensis Bodo Comes in Pyrmont. Ultimus ejus Comitatus maritus heres fuit Philippus filius Fridrici, nepos Philippi, &c. (supra avum Joannem, ex his eadhulio diximus, cum quo etiam Henninges dicit) qui in bello ad *Quintmann* 1552. perit, heros excellens, in die Laurentii, & est Camerae sepultus in S. templo. Hic accessit Hermannus Simon Comes Lippensis, qui ducta Vesula sorore Philippi in uxorem, et possessor istius Comitatus: sed voluit ab hoc Comitatu exclusum Rembertus Episcopus Paderbornensis, qui hunc Comitatum ut suum feudum post demortuum ultimum maritum heredem ad se & suam diocesan transferre voluit. Sed mortuo illo successor Joannes C. Hoyneus & Sobrinus Hermannis Simonis, ut Paderbornensis praesul (qui erat etiam Episcopus Monasteriensis & Osnabrugensis) effectus, ut consentiente capitulo majoris Ecclesiae inauguraretur Hermannus Simon ipso beneficio vel Comitatu, & fuit Ecclesiae Paderbornensis vassallus. Hic Hermannus Simon genuit filium unicum Philippum nomine, qui cum Archiepiscopo Bremensi, Henrico D. Saxoniae Angravaria, Vissulae, Administratore Ecclesiarum Osnabrugensis & Paderbornensis, Coloniam proficisceretur in itinere captus, rotare, & mox moritur, anno Dom. 1583. Per ejus mortem mater territa, statim diabolis & pia matrona incidens in agnitudinem mox quoque extinguitur, cujus diuinae partes ex sorore Valpurgi, vidua Georgii Comitis a Gleichen Domini in Thoma, & sui praedicti Georgii & Valpurgis tres fratres Philippus Ernestus, Johannes Ludovicus & Georgius junior, armata manu, ut veri heredes, nomine matris arcem Pyrmontanam occupant & occupant. Et licet eam arcem & Comitatum ut suum feudum repetere praedictus Princeps Paderbornensis praesul Henricus D. Saxoniae & cum illo Capitulares Cathedralis Ecclesiae, ac milite cingerent arcem Pyrmont, copioso tamen auxilio Illustrissimi Principis Brunsvicensium Ducis Philippi de Grubenhagen & nobilitum fratrum de Salden 1619. Henricus & Burchardus retinuerunt arcem, & re infecta Paderbornensis ab obsequio arcis discesserunt. Arx illa est eleganter munita & extracta per Hermannum Simonem C. Lippensem.

Ad Waldeccios.

§. ix. Ita intelleximus, quo jure ad Gleichios Comitatus ille deveniret, unde etiam in *Gleichens* scuto Wapenib. P. 1. pag. 17. *Spiegelbergio* cervo, *Pyrmont* in aetna quadringaria sectione jungitur, imposito medio scuto *Gleichen*. Iterum nec in hac gente Comitatus diu h'uit, ut pote quae in *Joanne Ludovico* 1630. defecit. Porro Joannis Ludovici illius testamento 1619. Comitatum hunc hereditarium & proprium cum onere 1625. quiete obtinuerunt VValdeccii & in his Christianus, alijque etiam pagos & villas ad Comitatum Pyrmontensem spectantes à Brunsvicensi di. no. 1625. feudo accepit. Caeterum, quia quaedam bona hujus Comitatus Episcopus Paderbornensis praetendebat esse feudalia capituli, his in Camera pependit ab anno 1582. sed tamen ad probationem vel conclusionem perventum non est. Cum ergo VValdeccii Comitatum nati essent, Ferdinandus Elector Coloniensis & Episcopus Paderbornensis à 1629. ad 1630. per decem menses arcem aeri oblatione cinxit & globis ignis vexavit, tandem dirutam dilaceratamque occupavit, omnemque jurisdictionem tam Ecclesiasticam quam secularem sibi asseruit. Unde novus in Camera processus super litigiosa possessione. Et Comites obnuete mandata de non offendendo & non turbando. In conventu etiam Hectorsali 1630. Episcopo & Capitulo advocatio militum mandata est. Demum *Georgius D. Lunenburgicus* Dux inferioris Saxoniae nomine *VValdecciorum* possessionem recuperavit, sed Dux Caroleus Götz arcem Caritatis nomine occupavit; ita Paderbornenses iterum nati sunt possessionem. Verum anno 1646. cum *Königsmarckius* Svecorum Generalis arcem obsidit ad deditionem adeptus, possessio Comitum renovata, & pastores August. Confessionis restituti, & eadem possessio in tractatu pacis confirmata fuit, licet instrumto pacis dilerte non intererent, attestato de hoc concessio. Iterum 1650. delegati in oppido Leuden Paderbornensis conventionis conveniunt, demum partibus citatis usque pro & contra auditis, iustitiam VValdeccensibus Comitibus possessionem Comitatus Pyrmont cum omnibus suis, salvo tamen Paderbornensium jure petitori, secundum instrumentum pacis confirmaverunt. Demum omnes controversiae illae 1668. hunc in modum cum iustitio Episcopo Paderbornensi compolita sunt, ut Comites VValdeccenses totum Comitatum Pyrmontanum, prout hodie conspicitur, jure proprietatis plenitimo & sine ulla recogni

Controversia cum Paderborn

recognitione feudali possideant, eodem utantur, traantur, suffragium & sessionem ejus nomine in conventibus circularibus & Imperii obtineant, ceteraque omnia jura, nullo excepto, habeant, atque exerceant: quod si vero contingat, stirpem eorum masculinam penitus extinguatur, constitutum est, ut idem ille Comitatus integer, qualis nunc est, ad Episcopatum Paderbornensem, post extinctionem 20000. imperialium filibus VValdeccenibus factam, devolvatur, ut tamen donec solutio fiat filia hæc in possessione relinquatur.

§. x. Tertia areola *carulea leonem argenteum*, auro coronatum, lingua coccinea protensa representat: qui *Gleichen* Comitum tamare *1674* tuit: unde idem in *Hohenloerorum* jam feudo etiam viuit, ob aliquam eorum successione. Cum vero VValdeccii præter expectativam in *Spiegelbergam* a *Brandenburgis*, etiam 1621. à Saxoniæ Ducibus dynastiæ *Thonnenis* obtinuerunt. Pincerna Tautenbergio sine liberis masculis extincto, Philippus Comes VValdeccius tunc, fratris & agnatorum nomine de Domino hoc à *Friderico VWilhelmo D. Saxoniæ* 31. Decembris 1640. investitus: & investitura 1646. renovata est. Porro Thonniam ex antiquo *Gleichenium* patrimonio fuisse argumentum est, quod seculo undecimo *Leithanus* Comes *Gleichenis* jam dicatur *Dn. de Thonna*. Cæterum cum Thonnæ dynastiæ peculiaris sorte tellera non fuerit, illi notandæ *Gleichenium* signum alium est.

§. xi. Secunda areola *Pythonia* & *Gleichen* Thonneni intercepta aurea ter repetita ex immo figuram refert, quam *Columellæ* esse existimo, cum basi & epistylis & medio quoque earundem crassiori. Aliquando tamen calicum specie pingi figuram vidi. Notari *Culenburgam* dubium non est. conf. *Wapenb.* P. 2 p. 35. Gentem originariam quod concernit, eam à *Sigoberto, Ducis Aquitanie* nro, *Dieterici C. Hollandiæ* fratre *VValgero* derivant, cujus nepotes *Nicricus* *Teisterbantius* Comites continuaverit, frater vero *Gerbrandus*, qui 927. obiit, *Dn. de Baschem & Zalem* fuerit. Hujus trinepotem *Rudolphum* ajunt conditorem esse *Culenburgi*. Cum ergo filia ejus *Aleida* nupta *Joanni Bimano*, antequam patri natus nasceretur, marito *Domini* *Baschemien* *Bynsichem* dotis loco attulerit, qui genuit eum patri, *Hubertus, Culenburgi Domini* nuncupatus est, & ex *Anna Dn. de Zalem* genuit *Joannem* patrem *Huberti*, quem ajunt avie inigmia credo paronomatice esse *Zalem*, *Columna* (*Essen*) sibi vendicasse, solo apice *Berlingheni* servato. Hujus filius *Hubertus* *Culenburgum* liberam antea *Baroniam*, ut se firmaret ad versus *VWilhelmum* *Hollandum* Imperatorem & *Florentium C. Hollandiæ*, *Reinaldo C. Geldriæ* obtulit, ut ab eo in feudum reciperet 1280. Hæc tamia detecit in *Gasparo*, qui 154. mortuus, præter *Elisabetham Hochstrate* *Demnam* & *Joannis Lucenburgii* uxorem *Lalain* uxorem sed sterilem, reliquit *Annam Joannis de Palant* uxorem *Culenburgi Domini*. Ita ex his *Pallantii* descenderunt reliqui *Culenburgi Domini* & Comites quorum ultimus *Florentius* mortuus 1639. sororis suæ *Elisabethæ* ex *facto Marchione Badenti* nepotem *Philippum Theodoricum* heredem constituit, quo & filio ejus 1665. extincto ad fratrem & patruum successio delata est, qui ob hoc latere alio isto utitur.

§. xii. Hi *Culenburgi* dynasti vel comites ab omni tempore, sicuti olim *Theodoricus Eliæ Graii* filius à *Carolo Martello* Comes *Civitas* creatus, *liberum Teisterbantium* comitatum (à matre, avo an conjugè: dubium est tenerat, & post eum *Boysichem* suas ditiones, in possessione supremi juris in *Domini* suum fuerant, usque ad *Conventum Provinciale* *Arnheimi* 1658. habitum, quo jus eorum in dubium revocari cepit. Objiciebat VValdeccenibus *ipsum* oblationem in feudum & recognitionem. 2. exercitium *Geldriæ* superioris activum & passivum. 3. limitum inclusionem. Nempe *Hubertum III. Dn. ac Boysichem* 1280. consensu agnatorum castrum & civitatem *Culenburgiam* ob metum imminentes belli 120. libris denar. *Holland.* vendidisse *Reinaldo C. Geldriæ*. & ab eo pignori accepisse bona ejus apud *Lanxmonde* & *Lanxmere*. Inde castrum *Huberto* & successores secundum jus *Zutamentis* feudo datum: à quo tempore Comites à Ducibus *Geldriæ* omnia illa bona continue recognoverunt cum omni jurisdictione & pertinentis. Datum etiam *Geldris* jus aperturæ (zu einem essen hanß gemadt) ut tempore belli *Dux* uteretur civitate, quam in pace restitueret: & quidem feudum esse signum. Sed reponant *Waldeccen*: hodiernum castrum *Culenburgium*, quod in *Boreali* parte *Leccæ*

sium, cum 1280. feudo offerretur Culenburga, nondum extitisse, sed demum in solo libero (auff einer von alten Wismarischen Lehen frey gemachten Burgen lände) 1377. extractum, cum jam vetus in oblatione contentum castrum in bello corruisset 1377. ab Alberto Bavaro C. Hollandie destructum: unde hinc 24. stri in nulla recognitione fiat mentio: tum ista oblatione non centendam predictionem territorialem & superioritatem translata. Vicillim probantur *Vvaldeccii* alodialitatem & superioritatem Culenburgiam. 1. *Origine* ex Dominis libertina Comitatus Teisterbantici. 2. *Exercitio*. Habitos enim Comites immediata mentia Imperii: & 1431. à Sigisfrundo Imperatore ad Comita Norimbergensia citatos comparuisse. Esse etiam in matricula. Habuisse exercitium 1. assignandi mandata juris & ordinationes. 2. collectandi. 3. aggratiani. 4. privilegium concedendi. 5. occupandi bona vacantia. 6. confiscandi. 7. itauendi de sepulturis. 8. nundinarum. 9. vectigalium. 10. venationis. 11. piscationis. 12. iudictionis tertiorum & operarum. 13. feudorum. 3. *Prescriptione*.

Præpositura Halberstadia.

§. XIIII. Areolam quartam *caeruleam* expansa *aquila argentea* ornat, quam referam explicari audio *præpositura cathedrali Halberstadensi* designanda, qua Illustrissimus Comes fruitur: nec non sextam areolam, quæ altero latere VValdecciam itellam stipat, & *cyanea cruce argenteam* extremis rem nonnihil *repandis* in *anchorata* formam continet, notam esse *Ordinis Joannitici*, cujus per Saxoniam & Vandaliam idem Prior est. Porro quæ de *præpositura Halberstadiensi* pacificè *Officiarius*, quæ Episcopatus Brandenburgicæ domui assignatus est, constituta sint, in eadem videre est. De cruce Ordinis minor, quod laterculo inferatur *caeruleo*, cum alioqui argentea in rubeo & plana quidem militiam illam Joanniticam notare solet.

Dom. Wurtzb.

§. XV. Areola septima, quæ pedis prima est *argentea leonem nigrum* continet, cujus *corona & lingua rubent*. Hunc sed sine corona *Wapenb. P. 2. pag. 3.* quadryctita dispositione Culenburgiis *duyzen* jungit. Designatur dynastia *Wurtz* prope Vetaliam sita. Hoc dominium olim tenuere Domini de *Lalain*, à quibus successio delata est ad *Culenburgios*, per Lalanium filium Huberto IV. Culenburgi nuptam, quæ 1369. investita est, ab his ad *Palantios*, tum *Waldceccos*: ac ita ter extinctis intra trecentos annos lineis masculinis ut feudum promiscuum transit ad eos, qui ex semelhis prognati erant. Et adhuc à *Christophoro Bernardo* Episcopo Monasteriensi 1664. investitura collata est *Henrico Volrat'ho Comiti Wualdecco*. Inde 1665. cum Comes *Georgius Fridericus* in bello Episcopi adversus Ordines Belgicos secutus esset arma *Hollandia-Brunsvicensia*, ut horum exercituum ductor, controversia ei cum Episcopo nata est, qui investituram contere tergiversabatur, & occupationem castri montari credebatur, ut Comes prælidium ei tuendo excitis Calcario militibus recuperet. Inde varia disputabantur. Inprimis vero Comes præter qualitatem feudalem, qua dynastia Episcopatu obstricta esset, nullam aliam Episcopo superioritatem concedebat, quod ab immemoriali tempore Comites de Culenburg *omnes superioritatis territorialis actus* in districtu *VVerthensi* exercuerint: nec admittebat, Baroniam hanc in districtu Monasteriensi sitam, potius ab ipso territorio Monasteriensi separari, num esse corpus aserebat. Quamobrem causa ad Imperialem senatum delata est, *VValdeccis* in possessione manentibus.

Dom. Wurtzm.

§. XV. Quæ proxima est iterum *caerulea cruce argenteam* refert, sed à margine sequentis extremis iisque partum inflexis. Hæc symbolum est *Witthemii* Domini, quod alias solet designare in parmula *argentea cruce striata caerulea*. Ita enim id exhibet in scuto *Henr. Witthemii Dni. de Bersele. Eq. A. V. Chiffet. insgn. Eq. A. V. n. 97.* & post eum *Seb. de Petrasancta*. Ipsum dominium, quod non uno modo scribitur ut vetustis chartis *Wiethem, Wittum, Wittenheim, Wiesen, Weisen*, in potestate fuit tami, qui ex *Joanne II. Ducis Brabantini* filio naturali *Joanne dicto de Corleir Dni de Witthem* descendit: cum enim alter ejus filius *Henricus Dominus Battersheimii* esset, alter *Joannes Dominus de Witthem* fuit, quod transmisit ad filium *Henricum*, quo natus *Fridericus* 1466. *VVitthemium* vendidit *Theodoro Pallasio*, quo natus *Joannes* natus est, qui Culenburgiam heredem duxit, unde cum reliquis Culenburgicæ successione partibus hæc quoque dynastia ad *VValdeccios* delata est.

Joannitici Eques & Commendator in Lagova, Federati belgi Generalis campi Marefcal-
lus & Governator Maximilianus seu Majorajecti. Illustrissimus vero Com. Christianus
Ludovicus illi obtulit titulo: Comes in Waldeck & Pirmont, Dominus in Thonna, Casir.
Majest. & Imperialis in A. Confiliarius Generalis vigil. praefectus & leg. pedesbris Chiliar-
cha. Nunc Rappollseini quoque tituli huius adjucentur.

§. xxiij. In titulo vidimus nomina dynastiarum *Kinsveller*, *Engelsdorf*, *Frie-
chem* seu *Friebem* & *Bachum* in Juliacenti Ducatu litatarum, de quarum jure iidem ali-
qua dicenda sunt. *Theodoricus C. Manderscheidt* & *Margareta Sombrovia*, *Dn. Kerpen-
sis*, filius alter *Franciscus*, ex *Anna C. Isenburgia*, ducta patre consentiente, eaque con-
ditione ut liberi bonorum paternorum maternorumque heredes essent, genuerat *Eric-
cam*, deim *Philippo Nassovio*, & *Elisabetham* *Lorentio C. Culenburgio* nuptas, & ante pa-
trem 1549. decesserat; Pater vero ne bona familiae ad alios transferretur, 1551. testa-
mentum a *Carolo V.* confirmatum condidit, quo *majus* inter filios & descendentes
sanciebatur, ad superstitem filium *Theodoricum* hereditate Dominotum transmissa,
& neptibus ex *Francisco* non nisi 20000. talentorum constituitis. Cum ergo *Theodo-
ricus* (medius dictus) patri ex hoc testamento contra pacta dotalia patris & tractus suc-
cessisset, exclusis neptibus ex fratre, harum mater *Anna* coram senatu summo Lucen-
burgio pro filiabus portionem hereditariam quaerit. continuaverunt deim litem generi,
Nassovius & *Culenburgus*, sed motibus Belgicis in perturbatione juris impediti sunt. *Cu-
lenburgio* & *Elisabetha Manderscheidiana* nata est *Elizabetha Culenburgia*, ad quam adeo
jure spectabat *arx & Dynastia Beris* in Lotharingia, *arx & dynastia Berburg* in Lucen-
burgio, *arx & dynastia Tiffendungen* in Lucenburgio, *Domus de Fize* in eodẽ, *Domus de
Felsberg*, *Dynastia S. Joannisberg*, *Dynastia Kinsveller*, *Engelsdorf*, *Friebem*, *Bachum*,
Wildenburg, *Dahlem*. Ea *Jacobo M. Badenfi* 1584. nupit, duarum filiarum ex eo, deim
Carolo C. Zollerano, quatuor ex isto, & deim *Joanni Ludovico Faroni ab Hohenfize*,
unius filii mater, *Christophori Ludovici Hohenfaxis* litem reasumit, & 1618. *M. Chlunæ*
sententiam obtinuit, qua *Theodotici* heredes ad dimidiam partem bonorum *Theo-
dotici* senioris, *Francisco* filio ejusque filiabus debitam, juxta divisionem 1541. Sleide
initam restitueundam condemnabantur. Cum post hanc sententiam *Solradus Comes
Waldecke*, cui *Anna Jacobi* & *Elisabethæ* major filia, matre consentiente, nupserat,
resisteret, *Hohenfaxis* *dynastias Kerpen & Castl. burg*, *Comiti Marano* abjudica-
tas, in eum iterum translaturum, se conatibus oppo. sit. *Elisabetha* vero (quæ 1606.
filiabus primi matrimonii *dynastias Juliacentes Kinsveller*, *Engelsdorf*, *Friebem* &
Bachum proprietarie & irrevocabiliter cesserat, ex jure Julacensi, quo rupto thoto li-
beris primi matrimonii bona ita acquisita intelliguntur, ut matri de illis disponendi
nullum superest arbitrium,) mortua 1620. testamento *Zolleranas* filias & *Hohenfa-
xis* filium universales heredes instituit, exclusis tertio marito, quod credebatur, per-
svasione, filiabus ex primo matrimonio *Badensibus*: inde nova *Hohenfizio* extincto
adversus *Zolleranas* controversia. Ac ita *Johann C. Waldicus* saepe tentata via
concordiæ, cum nihil obtinuit, 1626. in curia *Lucenburgia*, quam eo Ducatu major
hereditatis pars sita erat, litem intentavit, postulans ex hereditate societas duos se-
ptunces, unum ex capite uxoris, alterum ex capite *Jacobæ* ejus sororis, quæ motiens
eam heredem dixerat, & ex *Christophori Ludovici Hohenfaxis* hereditate eidem
duos semisses. Opponebant filia *Zollerana*, *Ducissa Arichotana* & sorores. 1. *Testa-
mentum maternum* 1609. conditum, quo *Badenses* filias, quod in religione Evange-
lica se educari patre essent, neque ad revocationem *Cæsaris*, & matris admonitio-
nem ad Pontificiam redissent, hæreticos titulo excluserat: cur addebatur, quod in
Hispanicis ditionibus nemo succedere queat, nisi *Catholicæ* religioni addictus, si
quam maximè sine testamento materno fuisset. 2. Quod *quatuor portiones Juliacen-
ses* filiabus primi matrimonii concele sint, atque ita ita legitimis portionem jam ac-
ceperint. Inde his saepe quidem interrupta, sed subinde resumta, & a *C. Georgio Fr-
derico* continuata est. *Exheredationi maternæ* obvertebatur, quod ex causis par-
tim falsis, partim inflicentibus, universis autem nullis, nulliter facta sit: nec non
quod testamentum, in quo facta esse pretendatur, apertissimo vitio nullitatis liboret.
1. Quidem, quod contra legem conventionis matrimonialis inter eam & *Jacobum Mar-
chuonem Badensem* initæ factura sit. 2. Quod in eo, contra quam l. hac consultissimæ.

Kinsveller.
Engels-
dorf
& Bachū.
Lus Manders-
cheidia.

Contro-
versia cum
filia usque
henzoller-
anus.

C. de Testam. cautum est, actus dorsalis notari, qui in testamentis non auctorizatus est, neque à testatrice neque à testibus subscritus sit. 3. Quod bona, super quibus testamento hoc dispositum, ut maximam partem sint feudalia, in quibus tum temporis cum hoc testamentum condeditur anno videlicet 1609 non erat permissum. 4. Quod secundum jus Lucenburgense tempore supradicti testamenti conditi conjux post mortem alterius superstes in præjudicium liberorum primi matrimonii nequidem de bonis propriis, neque inter vivos (nisi ex causa legitime permissa atque accedente auctoritate iudicis) neque per testamentum disponere potuerit. 5. Quod similiter tum temporis non licuit, uni ex liberis plus relinquere quam aliis, quod tamen in hoc testamento factum est: secundum quod non tantum in suprema curia Mechliniensi ita fuerit iudicatum, verum etiam paucis abhinc annis idem decisum in hac curia in causa Læwenstein-Rochefort contra Crecinghen ecc. Addebatur nullitas causæ, quæ tunc *religio Lutherana*: cum tamen ipse Jacobus & Elisabetha huic primum religioni fuissent addicti, & filias in ea baptisari curaverint: licet vero deinceps à Pistorio seducti ad Pontificios transierint, filix tamen inanes relictæ sub curâ agnatorum secundum legum dispositionem educatæ sunt in ea demum professione, & Anna *quodammodo* marito, matre consentiente, nupta. Præterea mater post conditum illud testamentum filias primi matrimonii omni materna benevolentia iterum complexa est, animi placati testimonio. Sed & *pauci religiose* repugnat talis exhereditatio; necnon in iudiciis 1609. inter Regem Hispaniæ atque Ordines Baraviæ pactis, secutatisque *pacem*, quibus bona Protestantium à confiscatione exempta & statutum, ne cui sua religio fraudi esset. Quod ad *Dynastias Iuliacenses* attinet, in legitimam imputari nequeunt, cum sint tanquam præcipuum aliquod liberorum primi matrimonii ex lege municipalis, & quidem à matre cessâ, donatione quadam remunerato-

Sententia
Mechliniensi

ria & sic per dispositionem inter vivos, nec relictâ titulo institutionis. His argumentis causa acta, & nuper adhuc illa sententia 1678. 28. Maj. Mechliniæ publicata est *Le Roy adjuge au dit appellant* (hic est Comes Georgius Fridericus Waldeceus contra Mariam Cleophen Hohenzollernam Duc. Arschotanam) *deux septièmes en la succession de Dame Elisabeth Comtesse de Culenbourg, & deux sixièmes en celle du Baron Christophe Louis de Hohenhausen, avec fruits & levées à liquider devant Courus*. Quia etiam sententia reconventio quæ sita à parte adversa rejecta, & sententia Luxemburgici senatus confirmata est. Porro his hæc concernit Dynastias *Neuerburg, Berburg, Zolvern, Tiffendingen, Berris, Velzberg*. Quod alia attinet, 1657. in *Comitiis Senecæ* etiam pronunciatum, ut Anna Waldeccia cum sorore Jacobea, cum liberis & ita iterum ex secundo & tertio thoro in portiones pares, dimidium Dominium *Kerpen & Castelburg*, admitterentur.

Sententia
Cameracensis
de Kerpen

Contra-
versia cum
Palatinis
de Maria-
mes,
Successio
fæminina
in feuda
Juliacensi

§. xxiv. Ob eandem Dynastias *Kinsweiler, Engelsdorf, Frechem & Bachum*, his intercedit Waldeceus cum *Palatinis de Marimæ*, vetum adversus eos non tantum in possessorio res evicta est, verum etiam plena victoria speratur, quod ostendere confidunt illi, hos à primo acquirente non descendere.

§. xxv. In *feuda Iuliacensi masculina*, quorum in superioribus mentio, gratiosa concessione Ducis Neoburgici partis in eorum deficientium masculorum, tamen Juliacensis etiam V. Valdeceus succedendi jus attributum est.

Serius transmissa vel elaborata.

CAPUT XL.

Episc. Augustanus, & familia Freybergia.

ARGUMENTUM.

1. *Scutum Episcopi.*
2. *Episcopi Augustani, Diacefos augmenta.*
3. *Officiales, Advocati.*
4. *Tessera Freybergia.*
5. *Genus origo ex Cruxio.*
6. *Alia gentes ex eodem.*
7. *Ex Lazio.*
8. *Ex Buelino, Familia ex Curatiis, Freibur-*

9. *Linca in Sickingen & Eisenberg, Domini in Sickingen & Oepfingen.*
10. *Linca linearum diversarum, Carinthia, Altharia, Bavaria alterius, Eisenbergia.*
11. *Linca Baronum Sickingensium, Oepfingen.*
12. *Inter ordines imperii ob Sickingen, Dominum Steidingen, Ad Wirtembergios.*
13. *Episcopalis apex.*

§. I.

Reverendissimi & Cellissimi *Ioannis Christophori Freybergii*, Episcopi Augustani, scutum quadripartitum est; primo & quarto laterculo ex *cocco* & *argento* *biser-* ^{scutum} *istis*, secundo & tertio transverse secto, ita ut *capite argenteo fulgeat*, inferiori *medieta-* ^{Episcopi.} *ti carulis*, inscribantur *tres globi* seu *numi* *byzantini* *ex auro*.

§. II. Quod Augustanum attinet in Svevis Episcopatus, ab *Angusta Fendelico* Episcopi *rum* celeberrima urbe dictum: primum inter præfules numerant (vid. *Cisp. Brunsb.* Augustani *de Ep. Germ. c. 8.*) *Sosimum Hilarix*, cuius filia *Asp.* fuit, fratrem. Is enim dicitur a *Narcisso*, qui ex Hispania venerat, indito nomine *Dionysius* baptizatus, & ad prædicandum Evangelium incensus fuisse, quod biennio facere perrexerit, inde cum suis à *Gajo* tyranno sub *Diocletiano* circa 300. trucidatus. Inter posteros leguntur *Sinbertus* ex *Lotharingia* Ducibus *Caroli M.* sorore editus, pridem *Althaburgensis* Abbas, in cuius ^{Diacefos} gratiam Episcopatum *Carolus* auxit, *Viduarus* seu *Vidoverus* Helvetiorum Apo- ^{augmenta.} *stolus* habitus, *Fricus* ex Comitibus *Kyburgis* & *Dillingensibus*, *Henricus C.* à *Giesenhansen*, qui heres suæ gentis Comitatum avitum diacepsi adiecit. *Hermannus* iterum Comes *Kyburgis* & *Dillingensis*, qui civitatem & arcem *Dillingensem* Episcopatu dedit, nec non comitatum *Vitislingensem* & omnes tete pagos, usque ad *Werdeam* Svevicam litos. *Wolfgangus à Roth*, qui Episcopatu multas dedit arces, plures in *Marchionatu Burgovio* emit.

§. III. *Officiales* Episcopatus enumerat *Gabr. Encl. Germ. T. 1. f. 13.* *Marschallos* ^{Officiales.} *de Oberndorf*, hisque extinctis *Dynastis de Panmarzen*: *Dapiteros* equites de *Kalenshal* ex familia *Marschallos de Dornberg* & post horum obitum *Equites de Staudion*: *Pincernas* equites de *V. and* & his mortuis nobiles de *V. Ellen*: *Camerarios* olim nobiles de *V. Ellenburg*, postea de *Hohenneck*. *Advocati* olim tuere *Comites de* ^{Advocati.} *Balzhausen* & *Schwabeck*: cum vero *Hardovicus* Episcopus *Schwabeckis* extinctis *Fridericus Barbarossam* & ejus filios *Advocatos* & patronos Episcopatus constituisset, à *Guelfis*, qui ad se quam hos *Svevia* *Duces* hoc jus potius pertinere cantabantur, plurima ferre coactus est.

§. IV. Quod ad reliquos duos laterculos attinet, continent illi *tesseram Frey-* ^{Tessera} *bergiam* Episcopo familiarem, nempe quod diximus, laterculum transverse sectum ex ar- ^{Freybergia} *gento* & *cyano*, interiptis *caelestinæ* *patti* *tribus* *globis* *tinuis* *Byzantinis* *aureis*, quos ab aliis *docter* vel *poma* *apffel* dictos vult.

§. V. De hac gente audiamus *Mart. Cruxium Annl. Sveic. P. 2. L. 6. c. 7. p. 190.* ^{Genus} *Anno 1030. reperio vixisse Dominum Thomam de Freyberg, equitem juratum:* ^{origo ex} *cru.* *cujus uxor fuerit Margareta, Gundelshingensis Baronissa. Est autem nobilis Freybergero-* ^{Freyberg-} *rum familia Suevica perantiqua: cuius plura genera vidi ante biennium, in libro quo-* ^{tinobis.} *dam illorum genealogico. Primum Eisenbergensium & Steulingensium (inter quos hic* *Thomas) alterum Kirchheimensium, Anzeibergensium, Velsbergensium: tertium Ba-* *variam & Althariam incolentium. Quidam Mactinga habitant in Rhotenthala. Ali-*

- Achylletam arcem habitant : quæ inter Vlmam & Biberacum sita est, statio terrarum utrinque horarum. De ortu autem hujus familia, in libro prædicto scriptum in sententiam erat. Invenitur in veteribus Vlmæ Chronicis : Freiburgensis. Idem Romanus Curio, cum alius Romanis nobilibus expulso, progressus esse : & postea in valla castellum ædificasse, cui nomen Friberg : situm 2. milliariibus supra Curiam, dum juxta Rhenum. Ab ea arcem illius nomen exitit. Primus, qui ibi habitavit, nomen habuit Thaman à Friberg, antiquior videlicet illo superius posito Thaman. Nomen autem habuit Annam de Brandis, Baronessem : alio nomine Ermenyitum dictam. Contento autem superioriori Thaman fuit cum quo iam Saxoni generis Barone : qui & ipse in Curia vultuabitavit : in quo certamine hic Fribergerus mortuus est, relictis duobus filiis. Saxus porro ille vehementer oppugnans Margareta viduam, coegit tandem eam vendere eam cum bonis, ac discedere. Collectis itaque aliquot pecuniis : ipsa cum filiis in Saxonia transtulit, in locum nomine Rhotenthalam : ubi pagus & vallis cum bonis emittit, quæ nunc à canobus Ochsenhausen & Heppachensi tenentur : pars etiam quadam, à canobus nobilibus. Ædificavit porro sibi valla domicilium Medingam : deinde arcem Vnterdingam, ad rivum Rhotum, quam appellavit Fribergam : quod nomen et colligata arcem manet : ubi villa est, pertinens ad nobiles à Stein. In ea arce collocavit natu majorem filiorum : qui duxit liberam Baronissam à Krehberg, adrentem ipsi dotis loco ipsi avo-fam : & arcem, non longe inde distantem, Nerswahaufum. Insignia Krehbergensium in scuto æthiops, cum stiva in capite corona : & cum stiva Episcopali insula in scuto avonem. Insignia Altensteisingensium. In scuto, à dextra sinistram versus, stiva veltina : et alba 4. & alternatim interposita rubra 3. Nomina horum conjugum ponuntur : Herr Thaman de Freiberg, & Anna Kirchbergensis : Herr Henricus de Freiberg, & Margareta Altensteisingensis. Insignia horum Freibergorum. Scutum bicolor : cujus superior pars, alba : inferior vero, glauca, cum novem inibi vitellis ovatis, sive pilulis flavis : quorum 4. supra, 2. infra, in medio 3. Ex his 2. fratribus, multi nati sunt filii : a quibus dicitur Altensteisinga est ædificata. Voluissent tempora singulis rebus adjecta fuisse : sed desiderantur. Horum filiorum unus, Herr Gottus Sifridus de Freiberg, in Bavaria duxi uxorem, Annam de Asch : quæ ditionem Ascham & arcem, ad eum attulit. Alius, Herr Hiltchrandus, uxorem habuit Euphresinam de Angelberg. Alius, Leonhardus, Emerentiam de Hamerdingen, non procul civitate Memminga. Ceteri, alius alibi, hinc & inde secesserunt. Habent sepulcrum honestam Heppacha & Ochsenhausen.*
- §. vii. Iterum idem Crusius P. 3. L. 2. p. 89. lineas illas enumerat 1. Hiltchrandus & Steisingensius. 2. Kirchheimenses, Angelbergenses. 3. Althetterenses. 4. Althetterenses & Althetterenses, stellam in insignibus habentes, ceteri & antiqui vitellos norem, recentiores autem tres. Alibi etiam mentionem Freibergiorum facit, ut P. 3. L. 2. p. 100. L. 5. p. 127. ubi posteritatem Burcardi ex Eisenbergensibus & Steisingensibus, cum novem vitellis in insignibus enarrat. Iterum L. 5. p. 286. ubi refert circa 1374. duxit etiam Freibergium Contradi equitis Muetinge filium Itri Mautneri Alchavianæ Domini uxorem filiam Clavam, atque sic à Mautneris transiisse Alchavianam ad Freibergios. Item L. II. pag. 681. cum Eberhardum equitem memorat, Petri filium, Wittenbergensem, qui 1351. emerit de Fitzeris quædam Neudlingensia bona in Ducatu Wittenbergico sita 30. mill. flor. Emit etiam Dominium Roman 1357. flor. 25000.
- Ex Lazio. §. vii. Laz. de migr. gent. L. 8. p. 47c. item eorum meminit, eosque vocat nobiles equites Sævix à Freyberg. Qui in clypeo diviso per latitudinem coloribusque albo & caelestino distincto tres aureos globos in caelestina parte gerant, & dicitur in Freybergios de Angelberg & Freybergios de Steisingen, quibus patrem communem dat Henricum Baronissæ de Steisingen circa 1200. matrem, patrem Friedricum de Steisingii, & Henrici, appellati de Angelberg.
treuen zu dienen anzuhängen/ gutes und böses mit uns zugewaren/ und ehn
all entzeihen und schenen beizutheilen und zu dienen gerewet werden/ den obge-
meldten Gabriel von Salamanca, der aus sonder lieb zu uns tragent / und
sein eigen geld und zeitlich vermögen in einer summa / in unsern erbliehen
Fürstenthumen possess und ämter gekauft und überkommen/ und sich dadurch
unsern landessen gemacht hat/ nicht allein mit unserm willen / sondern zeit-
igen rath unser treulichen rathen und landteut / die zu dieser zeit bey uns an
unsern hof gewest/ und zum theil vor beschluß und datum dieses briefs mit
namen benannt sein/ auch eigener bewegniß und rechten willen / und auß
sondern gnaden wolbedachtlich unsere Grafschafft Ortenburg mit samt den
markt und mauch zu Spital / der herzschafft schlöß und markt Obertra-
burg/ und der dastelbit/ auch den zu Naurter zu Gualtern und an der mauch
unter dem Creitzberg/ mit den amtern Penderff und Someregg/ und aller
ihrer zugehörung/ gegeben und zugestelt / und ihm zugelassen/ macht/ ge-
walt und erlaubniß gegeben haben / daß derselb von Salamanca die obbe-
stimmten verkauffen und verpfändten sitz/ herzschafft/ schlöß/ ämter und
gericht mit ihren zugehörungen / leuten und gütern mit der zeit an sich

kauffen/und umb die pfandschilling/ darauf gefest / wie wir selbst thum
 macht haben/und thum könten und mögen/ an sich lösen und bringen/ und so
 es sein gelegenheit wird/ daß so er auß bemelten stücken an sich löst/ andern
 umb dieselbe summa wiederumb versetzen mag/und demnach die obgenelt se:
 sere Graffschafft Ortenburg/ mit allem dem/ so von alter daren und darzu
 gehört hat/ auch der nachfolgenden herrschafften/ schloßer/ ämter und gerich-
 ten / als nemlich Unser schloß Ortenburg/ mit den zweyen sischwend an der
 Mühlstetter-see / die eine am eingang/ die andere am außgang doreiben see:
 Item / die sischwend auf der Traa von der meelbrücken unter Sarenburg/
 biß an der Willacher sischwend: item/ markt und manth von Sprall/ mit
 die ämter Weissenstem/ Fresach/ Someregg/ Hiennerberg/ Brund dem
 Muffen und Weyer/ Starkawen/ Jentrus und Zweng: item/ das schloß und
 herrschafft Sternberg: item/ die herrschafft schloß und markt Obertrabung/
 mit samt der manth daselbst/ auch den zu Mautten in Burelern/ und an der
 Mauth unter dem Cransberg: item/ die herrschafften und schloßer Golden-
 stein und Puttersberg samt dem Kasthal: item/ nicht schloß und herrschafft
 Falsenstein/ mit samt dem land-gericht darzu gehörig/ auch der manth und
 aufschlag zu Wellach: item/ gericht und amt zu Wroßfuchsbenn: Item/ herr-
 schafft und schloß Gauenburg mit samt den zweyen Stubenberger- und Kre-
 sacher-ämter im Weithal und in der gegend/ und dann das schloß Sten von
 Obertrabung samt aller obgeneltter herrschafften/ leuten und gütern/ und al-
 ler und jeglicher Obrigkeit / bergwerken/ von weiß metall die selen / irden
 bau und weßen / oder werden noch künfftig erfunden / gewaltsam verrecht-
 ten/ eigenschafften der leut/ geistlich- und weltlichen lebensschafften der Ritter
 und пей-lehen/ der edlen auch burgern und anderer inuerthanen/ so in genelt-
 ter Graffschafft Ortenburg und den bestimmten herrschafften / gerichten und
 ämtern geseßen senn / und von altersher daren und darzu gehört haben/
 und gemeinlich mit allen andern ämtern/ land-gerichten/ höfen und meeren-
 gerichten/ und allen andern zu- und engehörungen/ ehren/ nuzen / bösten
 und unbesezten/ renten/ zinsen/ gütern/ robaten/ frondiensten/ wie die gewes-
 sen und genemt/ auch allen sieren/ manthen/ zollen/ zwingern/ pennen/ vni-
 sen/ fahren/ höfen- und meeren gerichten/ wälden und hölsern/ wüdrainen/
 gesanden/ wassern/ wasserflüssen/ mühlen/ sischunzen/ wevern/ ween und
 bawm gärten/ tackn/ auch stüth/ häusern/ gütern/ reichten / und gemein-
 lich mit allem dem/ so von recht und gewonheit wegen/ erblich kämlich/ oder
 in andere weg je in gedachte Graffschafft Ortenburg/ und vorbezeichnete herr-
 schafft/ gericht und ämter gehört haben / und noch gehören sollen und mö-
 gen. Wie dann durch absterben gedachter manns- personen/ namens und
 stammens/ Grafen zu Cilli/ selches alles und jedes/ nichts außgenommen/ zu
 berg und thal/ besichetes und unbesichetes / gesundens oder ungesundens an
 gedacht Unser hauß Oesterreich erblich solich/ und in andere weg von alter in
 Unser cammer gezogen und gebracht worden ist/ zu Unserm und des kaisers Oest-
 reich-lichen gemacht/ und mit samt den vorn/ in der jetzt gemelten Graffschafft
 Ortenburg/ und den genannten herrschafften/ gerichten und ämtern über das
 blut zu richten/ gedachten von Salamanca zu rechten mann leben/ quädlich
 verlichen haben/ auch gefest und geordnet/ daß die herrschafften/ schloß/ äm-
 ter/ gericht und güter / die von altersher zu genannter Graffschafft Orien-
 burg gehört haben/ mit aller ihrer zuehörunga/ wie obsteht/ nichts daren
 außgenommen/ ird und hinfuro und in ewigkeit/ der benannten Graffschafft
 Ortenburg incorporiret und eingeleibet / mit gutem titel dafür geacht ver-
 standen und gehalten senn/ und aller der sicheit und quaden/ so die benannte
 Graffschafft Ortenburg hat/ gemeissen sollen. Wissentlich in krafft des breues/
 also/ daß der gemelte von Salamanca und seine eheliche leibes erben und der-
 selben erbens erben/ manns personen/ selches alles von Uns und Unsern er-
 ben und nachkommen/ und dem bemelten Unserm hauß Oesterreich / so erst
 das sahlen kommt/ zu leben empfaben / und die stück und güter / so er ird
 quädlich

nur seiner handschrift/ an diesem brieff zu ende gestellt/ bekandt und bezeugt.
Der geben ist in des heiligen Reichs Stadt Nürnberg/ den zehenden tag des
monats Martii, nach Christi gebuer fünfzehnhundert / und vier und zwanzig-
stigen Jahr. Quid pro sui juris conseruatione vel recuperatione egerim hac
causa pro familia agnati in Bavaria, supra monitum est: sed prevaluit iunctura
concellio.

Familia
nova illo-
rum Com-
mitum.

§. xxv. *Gabriel* ille ortu Hispanus *Consalvi* filius, *Francisci* nepos, *Consalvi*
pronepos, *Ioannis Friderici* abnepos ex duabus conjugibus *Elisabetha Kuerfina*, &
Elisabetha March. Badiensi affinitate plures illustres domos sibi iunxit: ex priori præ-
ter alios *Ferdinandum*, ex altera *Ernestum* suscepit, quorum uterque sobolem habuit,
sed demum mascula progenies circa 1640. in *Georgio* Comite detecta: atque ita re-
lapsæ sunt ad *Austriacos* diuones, sed eadem deinceps pretio addite sunt dantibus
fratribus *Widmannis* ex Veneta Nobilitate, qui aliqui *S. Paternionem* plurimamque
alia castra & latifundia in illis oris possidebant.

Orten-
burg ad
Widman-
nos.
Gabriels
& poste-
torum scu-
tum.

§. xxvi. Quod *Gabriels* & posterorum attinet scutum, æ præsentatur in *Silmach.*
Wapenb. P. 1. pag. 15. & *Fursf. Wapenb.* P. 5. pag. 6. sub nomine *Salamancæ*. Et qui-
dem clypeus quadrupes in primo & quarto laterculo tesseram *Ortenburgiam*,
videlicet triangulari sectioni impositas tres alas continet (vidi tamen alicubi colores
inversos, ut duæ argenteæ, una tæbea essent.) Secundum & tertium alveolum *rubrum*
percurrit *fascia argentea*, quam superius *tertia* inferius *linea* comitantur *auræ aquia*
vel *alaudæ* expantæ. His incumbit *parmula media* iterum triangulo vel cuspidæ
ascendente in tres regiones distincta, in quarum duabus superioribus *auris* in gulis
leones aduersi rubei (juxta aliquos coronati) locantur: inferior *carulea lilium* conti-
net *argenteum*.

Orten-
burg.
Gratia Im-
perialis.
Prævil-
gium Pala-
tinum.

§. xxvii. Alz, quod supra monui, Comitatum in *Carinthia* notant, & ex Impe-
riali gratia sunt alicui. *Fasciæ* & *aquilarum* rationem non assequi, nisi dicas esse
gratiæ documentum, & ex *veteri* & *novi Austriaco* syn. bolo compositum; uti in pri-
mis *Gabriel* ille fauentissimo ulus est *Ferdinando*, & ante *Ortenburgiam* bona, 1521. in
Austria jam *Friyzenstem* & *Cirfpaeh* acquisiverat. Eundem & posteros *Carolus V.*
Comites Palatinos creauit, & *Comites Palatinos* alios creandi potestate instituit 1524.
eo addito, ut privilegium successorum posthac non egeret confirmatione cont.
Linn. Jur. publ. III, 18, 45. P. 4, 48. quod jus eos exercuisse, exemplis sibi censuræ
tradit *Al. Zeiler. stim. Germ.* P. 2. p. 366. *Media* *parma gentilis* & ex *Hispama* alicui
esse videtur.

Galcz.

§. xxviii. Scuto suo hi *Ortenburgii Gabriels* impenebant *galeas tres coro-
natas*, quarum duæ *extreme* *lingule* jugum alarum sustinent complicatum cum ty-
po, illa (dextra) primi & quarti. hæc secundi & tertii laterculi: ex *media* vero exiit
leo aduersus tuberosauro coronatus. *Lacinie* circūvolitant primam *argentea* &
rubra, secundam & tertiam *coccinea* & *auræ*.

Widman-
norum
insignia.

§. xxix. Hac familia iterum nostrorum patrum memoria extincta cum Co-
mitatus *Ortenburgicus* in *Carinthia*, quod diximus, concessus esset *Widmannis* no-
bilitati Venetæ adscriptis: hi scutum idem assumere, nisi quod *mediæ* *parmule*
gentilis loco, suam substituere, quamvis enim *Simmarth. Pejs. de l'Ital.* p. 462. *Chri-
stophoro Widmannio Cardinali* istam eam *Salamancarum* allignet: in hoc tamen
erratum est.

Scutum &
galcz.

§. xxx. Potto horum *Ortenburgo-Widmannorum* clypeum exhibet *P. Iulij.*
Wapenb. P. 5. pag. 10. & *Puller. ur. & par. ff. des arm.* p. 439. Et quidem, quod docu-
pavimus dicere, is plane easdem quadras continet, quas §. 8. vidimus. (Cum enim
Paillot laterculi primi *argentum* in *aurum* mutat, minimum secundi *alveoli* in *argen-
tum*, *argentum fasciæ* in *minium*, *aurum* vero *aquilarum*, quas ex *quinis* *lenas* facit,
in *nigrum* colorem, *argentea* est, extero facile *condonandum*), sed *mediam* *parmula*
bipertitam imponit, *dextro* latere *auræ* cum *lilio caruleo*, *sinistro* *caruleo* cum *lilio*, &
nuta sed *faciæ humana* *picta* *auræ*: In hujus *parmule* colore iterum variat *parma* nam to-
tam *cyano* tingit, *lilium* vero & *lunam* *argenteo*, verum *Fursfio* *malim* *fidem* *ambete*.)
quod dicitur *Widmannorum* esse ex eo suspicor. *Galeas* imponit quatuor *oculatis*
duas adhuc jungit, omnes coronatas. *Prima ad dextram* est ea, quæ *alæ* *typum*
laterculi

laterculi primi, extrema ad levam quæ laterculi secundi figuram inscribit: *secundæ* leonem adversum coronatum ex galea extergentem sustinet: quæ cassides sunt §. 28. descriptæ: *Tertius* quatuor sustinet illustrihonicas plumas cartuleam, auteam, rubream, argenteam, cujus non capio significationem. *Dua* lateri clypei junctæ galeæ singulas alas iterum ostendant, quarum alteri aure et lilium, alteri cyaneæ luna mediis feculis impressa apparet. Lacinae juxta regulam sunt ex auro & cyano.

CAPUT XLIX.

Principes & Com. Ojfrisiæ.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Familie origo. Greisilani. Ultricus Comes. Ezardus Mænus. Evangelicæ religio. Primogenitura. Linea Belgica. Ojfrisiæ. Rietbergia.</i> | 6. <i>Gææ.</i> |
| 2. <i>Scutum ex Sibmacherò. Rietberg. Domus Brocmeria. Comes Rietbergæ.</i> | 7. <i>Lineæ Belgicæ scutum. Ulæ.</i> |
| 3. <i>Successio ad Lippien. Frisios.</i> | 8. <i>Rietbergica linea.</i> |
| 4. <i>Frisia harpyia. Stella Nordane. Frisia Comes. Principes.</i> | 9. <i>Principum scutum. Frisia. Rietbergæ.</i> |
| 5. <i>Efens. Stedesdorf. Wirmund. Quomodo ad Frisios. Transactio Bernmana. Libertas</i> | 10. <i>Dominiatrans Ladana & Reideria. Manslænt.</i> |
| | 11. <i>Jevern. Controversia de Domina.</i> |
| | 12. <i>E. en. Stedesdorf. Wirmund.</i> |
| | 13. <i>Ticini: Principum. Comitum.</i> |
| | 14. <i>Reverni Ultrici annulus signatorius. Locus in comitu. Cognatio cana in illustribus.</i> |

§. I.

Illustissima Comitum *Frisiæ Orientalis* seu *Ojfrisiæ* familia, cujus linea, uti pestmo- familie
 Idum dicitur in *Principum Imperii* evecta est, talligim, originem debet *Capitaneis* origo
 & *Dominiis* in *Grethsil*, qui *Srefens* à plerisque, ac quam recte nescire se dicit *Vbbo* Greisilani.
Emmus rer. *Frisicæ* lib. 14. p. 211. nominati fuerunt, ex quorum perantiqua & principe
 inter Frisios familia *Edzardus* seculo post Christum natum decimo tertio genuit
 cum uxore *Dodi*, filia insignis *Kenonis Brocmerii*, qui *Oldeburgi* in *Brocmeria* in arce
 bene munita, cujus tuderæ adhuc exstant, sedem habuit, & non solum omnem *Broc-*
meriam ac *Auricanum* agnum possedit, sed etiam amplissimæ opes per *Amasiam*
 ditionem habuit, seque *Brokæ Marienhorvæ* & *Aurichorvæ* Rectorem & Dominum
 vocavit, *Ultricum Greisilvanum*, qui in bello contra *Wimodios*, ultra *Vilurgin* flu-
 minis habitantes, propter concinnatam ab ipsi, uti annales dicunt, agnatæ *Srefensii*
 familie *Idsingæ* *Euvénardi* Capitanei *Nordani* mortem, merito, pugnan-do tortiter,
 non inglorius anno 1373. decessit. Protulit porro & hæc matrimonium, *Imelonem*
 & *Harocum Grecianum*, nec non *Ennonem Nordanum*, qui & *Grethsilanus* dictus, fratres
 germanos *Srefensios* (idem *Vbbo Emmus* lib. *hisor.* 17. p. 246. & *l. br.* 19. p. 289.) quo-
 rum ultimis *Enno* summa virtute & autoritate heros, moriens reliquit filios *Edzar-*
dum & *Utricum*, quorum ille *Rektor* & *perpetuus* *judex* à Frisii electus, postquam
Brocmeriam & alias etiam ditiones jure successione, belli & matrimonii sui jure fe-
 cerat, mense Septembri 1441. improbis mortuus est. Hic, numerum *Utricus*, non so-
 lum fratri, cujus & pari jure socius & victor in bellis geistitur, anno Christi 1454. non
 solum in regimine & omnibus juribus ut hæres successit, verum etiam assumta *Focco-*
nis Lehyani nepte & *Neonis* filia *Thori* in matrimonium, mitaque cum proximori-
 bus aliis agnatis sive cognatis transactione, intellectum Frisicæ nobilitatis odum &
 vulnus satisfactionum evigilum, miranda admodum prudentiâ solidavit & delevit. Ne-
 mo enim in universa Frisia, *Utrico*, opibus, honore, gratia & prudentia, par, nullus-
 que erat, cui ille, si voluisset, se potuisset submittere. vid. *Emm. lib. histor.* 25. p. 372.
 Et cum jam antea quoque præter alias has ditiones, civitatem atque *Emdanam* &
Lierortanam nec non universam *Mormeriam* & *Rehrtum*, quæ etiam pars *Frisiæ Ori-*
entalis habebat, vid. *Emm. in d. ser. Fris. Orient. il. Chorææ circa initium*, optimo jure
 domini & imperii tenebat, anno 1454. ab Imperatore *Frdrico*, præ via recognitione
 feudali, una cum conjugæ & posteris, in quos hæc dignitas perpetuo jure simili col-
 lata, *Comes Frisicæ Orientalis* creatus & cum regalibus imperii investitus. Hoc *Utrico*

- natus est *Edzardus*, qui ob res in patria & alibi præclare gestas *Magnus*, in ore rebusante *Ibbon. Enn. hist. lib. 54. p. 845.* omnium Frisiorum à tempore Regum *Edm. II. & Ric. I.* nec ulli Comitum titulo suo virtute ac gloria secundum iure meritoque dignatus, Protectorque *Græ. Angl. & F. & primus* fuit, qui abjecto Papalino, hauritis ex *Luc. I. c. 10.* p. 10. *Evangelica religio-* p. 10. *Luc. I. c. 10.* salutem primum, ipsius Contellioni nomen dedit, & postea in regnum fere Comitatum exemplo suo ad veram fidem & religionem perduxit, quam etiam ipsius posteri regentes illibatam & *Avoussiana* invariata Protectione Principum Confessionis conformem sancte in præteritis usque tempus laudabiliter conservarunt. Instituit etiam *Edzardus* jus *primogeniture*, & quod unus ex decem dentibus in imperium solummodo succedere debeat, qui tamen reliquis totum in industria & virtute quaeriturus pecunia ex æquo & bono satisfacere teneatur, quod ipsum jus etiam deinceps accedente confirmatione *Carolæ* inviolabiliter observatum & novis pactioibus familie firmatum est. Reliquit *Edzardus* post se filios *Lodov. I. & Johannem*, in quibus scinduntur lineæ: quorum hic pronuba *Regina* & gubernatrice Belgii *Maria* anno 1539. præterite ac nuptias cohonestante *Friderico* Palatino Electore duxit filiam *Dorotheam Maximilianæ Imperatoris*, atque per hoc matrimonium sator tuit *Dominorum de Durbuy*, quibus *Talceburgum, Dalem* & gubernatio *Ducatus Limburgi* Falesburgo finitimi, administranda etiam commissa sunt. Ille vero ut primogenitus vivens, patri in regimine iure feudi ex pacto & providentia majorum constituti successit, & in medio ætatis robore *Emde 1548. Calend. Octobr.* decessit, relinquens ex uxore *Anna Oldenburgica* filios *Lazarum, Christophorum, & Johannem*, totidemque filias *Elisabetham, Annam & Heilviam*. *Edzardus* iterum est *Ennonis III.* pater atque *Johannis*, à quorum illo *Ossiffræ* mod. tria, hoc *Rietbergica* linea. Diximus *Edzardum* genuisse *Ennonem* tertium ejusque fratrem, nimirum ex conjugè *Catharina Guskavi Regis Sveciæ* filia, cum quo anno 1588. in his *Calendis Octobris* *Stocckholmiæ* matrimonium contraxit, & plures etiam alios hereros utriusque sexus præter prænommatos duos genuit, quorum tamen masculini qui fuerunt generis, absque liberis, partim in bello Hungarico contra *Turtas*, partim etiam alibi vitam cum morte commutarerunt, & sexus muliebris in Electoris Palatinæ & aliarum Principum commatque impetii familiarum matrimonia transiit.
- §. II. Scutum Frisicæ Comitum in *Silmsch. Wapenb. P. 1. pag. 17. & Tur. P. 4. pag. 5.* à summo tripertitum representatur, cum duæ perpendicularares illud in tres partes secant. Primus rubens *an. cam. aequalam* continet, quo notatur Comitatus *Rietbergicus* in *Westphalia*, vel in simul, ut alii volunt, insignia domus *Freemontæ*. Hæ Comitatus *Rietbergicus* suos habuit Comites, quorum ultima *Alberca Onon* Comitum *Hoje* (al. *Henrico*) nuplit. His parentibus geniti *Henricus, Conradus, Johannes*: hic *Episcopus Verdensis*, hic tamen unus *Hesensis* propagator, iste vero *Rietbergiorum* novus sator. Differunt tamen auctores circa hanc Genealogiam, & aliam archiepius *Riettershusius* suis tabulis inserunt. *Conrado Johannes*, hoc *Otto* natus est, *Ottomus* atque *Johannis* pater; de his audiamus *Hume man. de famil. emort. lib. 3. p. 171. Johannes* cum aliquando fratrem *Ottomum* Comitem in *Ritherg* ex arce & Comitatu *Rietbergico* excederet, ut incertis sedibus hinc inde vagaretur, & tandem in obsidione & castro *Retholi* ante urbem *Metensem* moreretur, nunquam reversus ad suum comitatum, sed innum & hic in arce ea obsiditur & capitur anno 1558. atque ita captus nuanquam redit ad hunc ipsum suum comitatum, sed quoque moritur in peregrinis locis. Nam cum Comitem *Lippientem* lacessivisset, hic eum aggressus *Rietbergam* auxilio *Episcopi Paderbornensis* obsedit. Demum circulus *Westphalicus* intercediit, *Rietbergia* abice te jussu *Lippienti*, ac arce occupata, *Joanne* autem, ob fractam pacem ad perpetuum carceres condemnato, unde etiam *Colonia* in custodia decessit. *Fiderit. Chron. 1. p. 2. p. 62. seq. Ibbon. Enn. hist. lib. 60. p. 960.*
- §. III. *Joannihue* nate non nisi duæ filiæ *Armgardis & Valsburgis*, illi nuptio agnato *Erico Comiti Hoje* nuplit, dem *Simon Com. Lipp. æ.* qui duo mariti & *1514.* comnuere comitatum, unde in *Lippie* scuto *Silmsch. Wapenb. P. 1. pag. 17.* alius medius *Rietbergicam* telleram detet. Cum vero ex neutro marito proles suscepta et et, *Armgardi* sotori 1584. successit *Valsburgis*, atque adeo marito *Ennon III. C. III. æ.*

jus Comiticatus attulit. Ea nata Sabina Catharina & Agnes, illa totum patruo, hac Cunaeacaro Principi Liechtensteinio nupta. Ille ab uxore sua Rietbergicum Comitatum obtinuit, & ad posterum transmisit, penes quos nunc etiam est.

§. 17. Medius palus niger est a pulchra expiniam auream capite virgineo corona
10 (Chifflet. Eq. A. V. n. 224. Harpyia vocat) cum quatuor auris stellis sex radiorum,
daabim in summo, totidem in imo laterculo, quae Nordicum ab Idingia familia acceptum
Dominum denotant. De hac figura ita Eruditionibus A. G. Gelen. d. Colon. Agripp. ma-
gnit. l. 2. f. 2. p. 133. Brukeri olim usi harpyia seu scie cum humano capite, ut gerunt ho-
die Principes Orientalis Frisiae. Caterum Harpyia, ipsa Frima Orientalis, & Circle-

Frifa Hae-
pyia.
Stelle
Nordanz.

niorum Grettilanorum insigne, designatur simbolo, quarum illa cum in varias dyna-
stias distincta, libertate sua gauderet, sed inter horum Dominos frequentes essent
contentiones perpetuaeque dissidia, factiones, tumultus, imo contumacia in ipsum
imperium studia, Ultricus, quod §. 1. tenit, propter singularem suam in sedandis tur-
bibus, facienda concordia, & redacendo rebellum populo in obsequium, impentam, vir-
tutem atque industriam: (quam ipsam tamen causam moralem licet *libro Ennio*
nimio amore pristinae patriae libertatis quadamtenus imminuere velle videatur, in
ipso tenore primae invelliturae Caesarea, veluti documento omni probatione mayo-
re, clarissimi verbus periphrase legitur,) Comes epus a Friderico III. 1454. creatus & a
feaciali proclamatus est; titulo tamen Comitis Ostfrisiae, quo à Caesare maectatus erat,
declinandae invidiae causa, abstinuit, contentu se dicere *Comitem in Norden, Emden,*
Greetzael, Aurick & Berum Ostfrisiae, quo in negotio summo opere laudatur à Magno
Forstnero in not. ad Tacit. lib. 1. annal. quipsum deturperum Augusto Caesare com-
parat. Sed deinceps titulus qualis datus erat, omni jure, & absque ulla controversia
vel contradictione, in praesens usque tempus non tantum usurpatus, sed etiam auctus
est. Nostra memoria novum accessit à vioma, cum *Vitici*, qui ex Ennone tertio
epusque secunda conjuge Anna Duce Holstiae & Slesvici natus fuit, & primogeni-
to fratri Comiti *Rudolpho*, in arce Berumana infeliciter occiso, successit, filii *Enno*
Ludovici 1634. & dein de 1662. *Gorgius Christianus*, Princ. novum dignitate ornataur,
quae nunc haeret in hujus posthumo Serenissimo Principe *Christiano Eberhardo*, qui sub
tutela Serenissimae matris *Christinae Charlotte Ducis Wurttembergiae & Tectae* in speim
domus & subditorum adolevit, & ab Imperatore gloriosissimo Leopoldo nostro, una-
nium omnium situm Imperii consensu, anno 1685. in durantiibus adhuc *Comitis Res-*
ponsionibus, ad sessionem & votum Principum admittus est, cui & posteris felix im-
perium, & fortunatam tranquillitatem boni praecantur.

Frifa Co-
mites.

Principes.

§. V. Palus tertius quadripertitus est: cum prima & quarta arcola (Chifflet. or-
dinem invertit) *carulea* sit geminis *apertis pinnatae* eade *sex aures*, *hastis in de-*
cussim *in sjectis*: Secunda autem & tertia *aurea* contineat *in sum perperentem nigrum*,
numella aurea, *lingua & oculis argenteis* impressum: His symbolis designantur Domi-
nia *Esens, Stedesdorf & Vitmund*. Porro Dominus de Liens ultimus, *Balthasar*, vit in-
quietus, 1540. mortuus est, adeoque ei successit fororis Annae maritus *Orto Comes de*
Rietberg, cum foror Armgardis prole caruisset, unde ab hujus nepte *Walpurgi* here-
ditas ad *Frisios*. Sed & pridem jus aliquod in *Esens & Witmund* praetendebant *Fri-*
sii, atque vidua Ennonis II. *Anna Gildburga* de ea Dominorum translatione co-
ram Imperatore ejusque Commissariis, nec non in publicis imperii Comitibus multi-
facie conquesta erat, & desuper ad formulam seuus *Ostfrisiae*, in qua *Esens* tanquam
pars feudi recenseret, provocaverat. Caterum absque ullo effectu: hinc jus sine re
ac frustra fuisse, obstante potentia domus *Purgundicae*, quae in possessione domum
directi, devicto Carolo Geldrorum Duce, tibi à *Balthasare Esensi* ejusque forore & idor-
roris filio Comite nimirum *Johanne Rietbergico*, obvencus erat, eamque è manibus
sibi eripi non patiebatur, restatur *Vob. Emm. lb. hylor. 60. p. 956.* ceu etiam constat,
Rietbergici captivi illas in possessione rerum omnium *Harlingarum* patri successis-
sile. Idem *Emm. pag. 960.* Quae possessio & plenum dynastiarum *Esens, Stedesdorf &*
Vitmund veluti *Harlingae* Dominum demum per matrimonium *Ennonem III.* cum
prima conjuge *Walpurgi*, & deinde inter epus liberos *Sabnam Catharinam & Agne-*
tem, earundemque parentem sepius memoratum *Ennonem III.* subsequitam *Beruma-*
nam juratam transactionem & renuntiationem, quae postea in diversis *Vicentibus* à

Esens.

Stedes-
dorf.
Witmund

Quomo-
do ad, Fra-
sios.

Transactio
Berumana

Caesare confirmatis pactionibus, ab utriusque successoribus sancte renovata & denud stabilita sunt, ad Domum Regentem Ostfriscam itrevocabiliter transit. Quae cum renovatio feudi iuxta leges moresque feudales petenda est, eam quidem etiam ab Imperatore iuxta contenta primæ in investitura Liticianæ, nec non quoque a Rege Hispaniarum & Provincia Batavica, Geldro, Zutphana, veluti ducibus & principibus Geldræ, ex formula veteri expetere tenetur, onera tamen Imperii ex parte non solvuntur, sed sunt iste dynastiæ à tempore plusquam immemorabili ab hinc prorsus exemptæ. Plane uti etiam nihil contribunt ad ararium Ostfriscæ comitatus, vulgò *Colligium*, quod Emda frequentatur, neque appellatur à Cancellaria *Eschen*, ad quam alias à iudicium interiorum Harlinganorum sententius provocatur, ad iustitiam Principis Ostfriscæ superiora, puta Cancellariam quatenus talem, vel etiam à *Dagshof gericht*, sed coguntur gravari appellare ad *Principum* ipsum, qui deinceps per Consiliarios causam cognoscit, & salvo secundum rerum exigentiam beneficio revisionis, restitutionisque in integrum, nec non transmissio: actorum, rem totam absque ulla ulteriori per invocationem ad alia suprema iudicia sive Imperii, sive Hispano-Geldrica absolvit, & per ministros suos Harlinganos exequitur.

Libertas
Eschenum

§. vi. Huic clypeo imponuntur tres galeæ coronatæ: quarum media *Frisiam* designans duos sustinet *fasciculos plumarios nigros*, vel iuxta alios *argenteos*, inter quos comparat *lilium aureum*. Chifflet. Eq. A. V. insign. 338. ita eloquitur. *Penna terminalis argentea, tergis obversa, in medio lilium aureum pede mutilo (aus pied court) à la simili respino sustentatum*. Quod erroneum puto. Laciniæ nigrae sunt & antica. Puer galea *Rietbergica* exornatur aquila ex oriente aurea rubeis alis, phaleris dependentibus ejusdem tincturæ. Extrema galea duo vexilla aurea sustinet, quæ supant exituleum lilium: Laciniæ dependent iterum aureæ & cyanæ. Qui apex respundet dominiis reliquis.

Galeæ.

§. vii. Quod attinet lineam *Belgicam Dominorum in Durbur*, de qua §. i. *Jan-nis 1555*: inter equites aurei velleris relati scutum describit Chifflet. *insign. A. V. n. 214*. quod fuerit à summo bipertitum, dextero latere *Frisiæ* symbolum referente, sinistro autem *cyano & immo oblique dextrorsum bipertito, & geminis aureis leonibus impressis, capite scutario aureo, àquila erumpente nigra auro coronata picto*, quod interpretatur *Vken*: cujus vero rationem reddere ignoro: nisi quod verisimile sit, quod in magna herois *Focconis Leonis Lebrant*, unde etiam *Vesburgum* in Reidetia nomen habet, indigitare voluerit. Apicem etiam assignat *aureum leonem, lingua coccinea, sequentem in medio duorum proboscidem* (ita autor ille vocare solet, quæ cornu veteris sunt bubula) quæ oblique dextrorsum auro & furvo sunt tincta. Laciniæ quoque auro & nigro pingit.

Lineæ
Belgicæ
scutum.

§. viii. *Rietbergicam* lineam superstitem illa parva uti existimo, quæ ex armo-riali nostro §. 2. & seq. descripta est.

Uken.

§. ix. Quod vero *Principes* attinet, vidi eos nunc eminentiori & cum galea principali fastigio conveniente corona, ornato clypeo uti, qui una perpendicularis et duabus transversis lineis, in sex areolas dispescitur, quarum prima continet *Flatpium Ostfriscam & Circensianam*, cum quatuor stellis coruscantibus *Idungio-Nordans*, ut quibus antea. Secunda aquilam rubram, in alis & capite tribus auratis coronis spectabilem, quæ tessera, insignia *Rietberge* & *Brocmeræ* cum pertinentis prillimis denotantur.

Rietbergi-
ca linea.

Principum
scutum.

Frisia.
Rietberga.

§. x. Tertia *argentea fasciam* continet *coccineam, sex rhombulis argenteis & aureis impressis, comitibus tribus celestibus lunis inversis*. Notari hæc tessera putantur comitia *trans Ladana & Reiderana. Ober-Ledingen und Reiderland*, & imprimis *Man-schlacht* quali *Wahnen* id est, *Wahnden-geschlecht*, quod etiam cum reliquis prænominitis ad *Cirektenios* seu *Gretsilanos* Capitaneos, & in specie *Irre-cum*, ante Comitatum, optimo jure pervenit, & hodie in præfectura *Gretsiliana* in pago, cui *Man-schlacht* nomen, rudera arcis ad huc videri possunt.

Dominia
trans La-
dana &
Reidera.
Man-
schlacht.

Jevern.

§. xi. Quarta area *carulea leonem* repræsentat *argenteum, cuius eus inserta corona aurea, sed inversa*. Hoc dicitur esse volunt domini *Jeversani*, quod id ipsam aream vicina huic regione *Stadt- & Budadinger-land*, nec non alius, partim hereditate expressis, partim in investitura prima Ostfriscæ contentus limitibus, his ditionibus

ditionibus Ulrico in feudum concessum fuit, meminitque desuper *Ulbo Emmius hist. Frisiae lib. 53. circa finem.* certæ eiusdem transactionis inter *Fruonem Ostfrisiae & Artonum Oldenburgi Comitem*, tenentem anno M D XXIX. interponentibus seise Rege Danie Christiano & Florentio Comite Igmondano iuræ, diciturque ex hoc capite adhuc processum in aula Imperiali, ratione Domini *Levran*, quod alias nunc Princeps Anhaltinus iure hereditario Oldenburgico sibi obvencit obtinet, (unde L. i. c. 5. n. 26. Leonem hunc sed sine corona collo infetta in scuto Anhaltino-Servestano vidimus) indecivum pendere.

§. xii. Quinta demonstrat utrum *Frisiam*, de quo supra §. 5. cuius dominium *Stedesdorfium*, quod quondam Wibetus Capitaneus possedit, pars, & hodie pagus non incelebris est; Sextative ultima, *non pignori in vicem juncti*, vel decussatum locata (superius n. 5. vexilla ex Sibmachero & Cimilieto vocabantur, sed tragacile debere certioribus autoribus didici,) veluti in imagine dynastie *Witmundanae* continet.

§. xiii. Titulus est: *Princeps Frisia Orientalis, Comes Rietbergæ, Dominus in Esens, Stedesdorf & Witmund, &c.* Comitum vero quorum adhuc duo ex Ulrico tertio genito filio, Edzardo Ferdinando eiusque coniuge Anna Dorothea C. de Crechingen & Puttingen, quæ aulam suam in civitate Nordana fovet, bono publico in salutem & perennitatem Domus Ostfriciæ superiorem, Illustrissimi Edzardus Wilhelmus & Fredericus Ulricus, nunc peregrinationem Gallicam meditantibus ille, *Comes & Dominus Ostfrisiae & Rietbergæ, Dominus in Esens, Stedesdorf & Witmund, &c.* Atque ita quidem iste titulus in aula Imperiali & ab aliis quoque domui regenti Ostfriciæ tribuitur: quamvis competere habeam Principes & Comites ipsos, qui ab Ulrico tertio descendunt, titulo *Rietbergico* ipso, necio tamen ob quam causam, hactenus in suis inscriptionibus & titulis abstant. Illustrissimorum Rietbergæ Comitum, qui Joannis nepotes superiunt, idem plane cum istis titulus est.

§. xiv. Notati etiam porro circa hanc tam habam antiquissimam meretur, quod *Præci primi*, Comitum Frisiae Orientalis, *annulus pignatorius*, qui ultra ducentos et amplius annos deperditus fuit, ante paucos annos post natum modernum Principem Ostfriciæ, *Christianum Eberhardum*, à rustico quodam, non procul a loco, ubi quondam arx *Iplengen* steterat, agrum aratro vertente, reperiens invenit, quod ipsum multi pro felici augurio interpretantur. 2. Quod familia hæc Ostfriciæ in *Principum de Fursenberg*, lineæ Heiligenbergianæ, ita tamen ut Domui Ostfriciæ, jus prædicæ bis, absque ulla interruptione, Domui Fursenbergiæ autem tertia decum vice, quemadmodum etiam in præsentibus Comitibus Ratilponensibus, tempore introductionis & in aliis actibus observatum, & in posterum quoque secundum tenorem desuper anno 1667. initæ conventionis sanctè observabitur, competere debeat. 3. Quod domus principalis Ostfriciæ, cum Imperatorum & plerorumque Regum *Europæorum*, nec non *Electorum, Principum & præcipuorum Comitum Imperii* familiarum, vel affinitate vel consanguinitate & cognatione junctæ sit, uti facillime ex inductione, si opus præteris longitudo admitteret, in continenti demonstrari posset.

CAPUT I.

Barones de Reck.

ARGUMENTUM.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Familia.</i> | 4. <i>Schrum.</i> |
| 2. <i>Lineæ in Reck. In Heessen. In Steinfurth. In Witten. In Stockhausen.</i> | 5. <i>Comites de Volmerstein.</i> |
| 3. <i>Episcopus Livon. Paderbornæ. Bar. in Schaf-</i> | 6. <i>Hereditaria Reckos. Heessen & Steinfurt.</i> |
| | 7. <i>De Volmersteinus Hamemannus.</i> |
| | 8. <i>Caesææ hodiernæ una.</i> |

§. I.

Illustris *Baronum de Reck (von der Recke)* familia in *Marcano Comitatu* jam olim in Italia inter equestris claruit; in plures tamen divisa est lineas, quas destitutus plena genealogia non possum omnes enumerare.

Lineæ.
In Reck.

§. II. Inprimis gentem illustravit matrimonium *Godofredi* seu *G. J. von der Neckel* & *Agnæ* in *D. Volmensteinæ*, de qua deinceps dicemus. His nati *Ioannes*, & *Philippus* successit in domo *Reckel* & pago *Hecken*, *Godhardus* qui reliqua proxima bona patri successit, pater plurium linearum, *Theodoricus* qui in materna successit bona, impu-

In Heessen

dynastias *Heessen* & *Steinfurt* in *Dreue*. Hoc ex *Kettlerin* in *Allen* nati *G. J. Du. 1009*, & *Adrianus* Canonicus *Monasterientis*, ab illis duæ lineæ in *Heessen* & *Steinfurt* in priori linea illa fuit successio: *Gerd* ex *Sophia* de *Mortien* in *Nortkirchen* gentem *Dietericum*, hic ex *Sophia* de *Leiden* in *Iagenbecke*, *Gerhardus* equitem *lanette* *P. I. cti*, (in obfisione *Monasterientis* 1333. bellici consilia fenatorem clarum) hic ex *Anna* de *Asbecke* in *Asbecke* *Ioannem*, patrem ex *Ferngardi* *Schenckinck* in *Beuren*, *Ioan-*

In Stein-
furt.

ci, cui ex *Elberta* *Kettler* in *Hoveltatt* natus *Godardus*, maritus *Margaretæ* de *Beuren*, & de *Hedwigis* de *Alchebroeck* ex *Domo* *Mahlenberg*. Hunc patrem hanc & *Perillus* *Bernardus Dietericus*, qui illa communicavit, & in cupus matrimonio vivit *Clara* *Margaretæ Eugeniæ* agnata ex *Domo* *Cutll*. Quod vero lineam concernit *Steinfurtiam*, in ea *Dietericus* ex *Margaretæ* de *Langen* in *Stockum* genuit *Ioannem*, hic ex *Joanna* de *Merlen* in *Milendunck* *Ioannem*, patrem ex *Margaretæ* de *Aldenbockum* in *Wyfel*, *Ioannis*, gemitoris ex *Anna* agnata ex linea de *Heessen* *Ioannis*, quo & *Ehsabetha* agnata in *Recke*, iterum *Ioannes* natus, & hoc atque *Mechilde* de *Gahlen* in *Ermelghove* *Perillus* *Ioannes Dietericus* coniux *Sophiæ* *Ehsabethæ* de *Alcheberg* in *Venne*, *Hangen* & *Geist*. Ex *Steinfurtis* etiam descendunt linea *Reckel* in *Witten*, & *Reckel* in *Stockhausen*, quorum illam ornat hoc tempore *Perillus* *Mordio von der Neckel* *Electoralis* in *Chyria* *Consiliarius*.

In Witten.
In Stock-
hausen.

Ep. Livon.

§. III. Ex eadem familia claruere superiori seculo *Ioannes* *Episcopus* & *Princeps* *Livoniæ*: Nostro vero *Theodoricus Adolphus* *Baro* ex *Domo* *Cutll* patrius supradictæ *Clare* *Margaretæ Eugeniæ*, qui post mortem 1650. *Ferdinandi* *Archiepiscopi* *Coloniensis* in *Paderbornia* *Episcopatu* successit electus est, cui illa *elogia*

Paderbor-
na.

Celeb. Gabr. Bucel. Germ. T. 1. p. 21. admittitur: *Nobilitate generis, singulari eruditione, autoritate, rerum gerendarum dexteritate & ante omnia cetera omnium virtutum laude celebratissimus*. Sic & in aula *Ferdinandi II.* *Imperatoris* claruit ex *Steinfurtis* *Ioannes de Reckel, Baro de Scharffenegg*, *Cæsari* à *cubiculis* & *consiliis* *Imperio* auctus, quem *senatum* etiam *præses* *rexit*.

B. in Schar-
fenegg.

Scutum.

§. IV. *Scutum* exhibetur apud *Sibmach. Wapenb. P. 1. pag. 30.* *quadriferitum*: ita ut primus & quartus *laterculus* *æruleus* contineat *fasciam* *argenteam* & *rubrum* *per distinctam*: In secundo & tertio quia *frange* *argenteo* *insuntur* *tria* *folia* *rubens* *vocantur* *eleeblat* seu *trifolium* ex *globulo* *medio* *aureo* *prodeuntia*. Huic imponitur *gemma coronata*, cui insistit *figura* *secundi* & *terti* *laterculi*, *cinctâ* *hinc* *ala* *ærulea* *quam* *tas-* *coria* *palis* *distincta* *percurrit*, *isthinc* *cornu* *argenteum*. *Laciniæ* *sunt* *argenteæ*, *dextra* *parte* *rubeo* *colore*, *sinistra* *cyaneo* *reflexæ*.

Comites
de Vol-
menstein.

§. V. *Fascia* *palis* *exarata* *gentile* *symbolum* *est*: sed *folia* *secundi* & *terti* *quad-* *drantis* à *vetustis* *Comitibus* *Imperii* *de* *Volmenstein*, quæ *arx* in *Mitcan* *Comitatus* *præfectura* *Wetter* *sita* *est*, *derivantur*. Hi *Comites* *pluribus* *seculis* *Imperii* *ornati* *fu-* *erant*, in quibus *terre* *20.* *nobiles* *domus* & *castra* *erant*. Sicuti etiam *Adolphus* *Com-* *Marcani* *consanguinei* *fuere* *teste* *Stangenfoll. L. 3. ann. Circ. VII. ff. l. f. 257.* Ubi *me-* *morat*, *Fridericum* *Barbarossam* *Augustum* *civitatem* *Lunen* *ereptam* *Henrico* *Leoni* *Majestatis* *damnato*, *donasse* *Dieterico* *C. de* *Volmenstein* *ob* *fidelia* *ad* *Alexandriam* *præ-* *stita* *obsequia*, *qui* *dein* *eam* *consanguineo* *Adolpho* *C. Marciano* *vendiderit*: *Id-* *em* *Comites* *Balleriam* & *Commendam* *Mulheim* *Ordini* *Teutonico* *legarunt*. *Uti* *idem* *refert* *Stangenfoll. L. 3. f. 373.*

Hereditas
ad ReckiosHeessen &
Steinfurt.

§. VI. *Hujus* *familie* *ultimo* *mare* *Ioanne* *circa* *1415.* *extincto*, *hereditas* *em* à *for-* *orem* *Agnætæ* *de* *volura* *est*, quæ *nuplit* *ut* §. 2. *vidimus* *Godofredo* *von* *der* *Neckel* *equiti* & *dynastæ* *Marciano*, *non* *procul* *epido* *Camen*, *cique* *attulit* *præter* *alia* *heredi-* *liaria* *bona* *duo* *Domina* *Heessen* & *Steinfurt* in *Episcopatu* *Monasterienli* *curæ* *pro* *pro* *&* *mixto* *Imperio*. *Filius* *Dietericus* *von* *der* *Neckel* *ob* *fidelia* *bello* *præstita* *obsequia* *à* *Sigismundo* *Imp. 1433.* *nova* *gratia* *de* *omnibus* *Cæsaricis* & *Imperii* *terris* *ma-* *nuculis* *maternæ* *stirpis* *invehitus*, & *Volmensteinis* *in* *ignibus* *auctus* *est*. Unde *posse-* *tores*

fortes istarum dynastiarum & posterit eorum tanquam *casalli imperii* & ex veterum Comitum sanguine merito Barones imperii estimantur.

§. VII. Horum Comitum vel ut vocat *Domnorum de Volmense* etiam mentionem facit Cl. *Hanselman. de Jam. mori. L. 2. pag. 180.* In verbis: *Proprium Domini in amplissimo Comitatu de Marck, & jam oppidum cum collegio castro ejus nominis est situm in parochia Witter (Lenolus de North in Chronico Marckensium Comitum meminit Domnorum de Volmensie) & postquam utrimus Dominus Theodorus discessit vel controversiam haberet cum Duce Carcni, qui erat & est Comes de Marck propter terminos & alia bona, & tunc bellum ejus coortum propter urbem Susatum & ejus jus inter Colonensem Praesulem Theodorum natum Comitem in Morse & inter Ducem Cluvensem Joannem ejusque filium Adolphum, sicut a partibus principalibus Theodorus ultimus Dominus in Volmensem, & tandem in ipso bello cecidit, & tunc Dominum atque oppidum in usus Principis patriae, sed Theodori utrimusque Dominus heredes majulorum at relicta unica filia N. quam duxit Dominus in Heysen prope Hammonem urbem, & cum ea obtinuit nonnulla bona, quae partim in Monasterio obtinebat is Dominus Theodoricus & sui antecessores: Verum in hoc munio omnia vergunt ad interitum. Haec ex superiori relatione ab ipsis Baronibus submittata facile ubi discrepant corrigi possunt.*

§. VIII. Praefato feudo quadripartito nunc duas galeas imponere solent, ex quarum priori protenditur jugum expansionum alarum caerulearum fascia scutaria ex araturum: altera sustinet inter duo cornua solia globulo adhaerentia ex clypeo repetita.

CAPUT LI. Com. Stolberge.

ARGUMENTUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Stolberge. Familia. Titulus Dei gratia. | 11. Marck. |
| 2. Scutum Com. Ludovici ex Sibmachero. | 12. Stolberg. De origine traditio. Eoto. Linea hodierna. |
| 3. Königstein. A Munzenbergis ad Falkensteinos. Ad Eppsteinos. Ad Stolbergios. Moguntini occupant. | 13. Galea. |
| 4. Fundamenta praetensionis Stolbergica in Königstein. Moguntinorum. | 14. Dispositio feudi sine Vertheimo laterculo. Armonien Agimon. |
| 5. Com. Rupfortius seu Rochfort. ad Marcanos. Ad Eppsteinos. Ad Stolbergios. Ad Lavensteinos. Stolbergiorum praetensio. | 15. Diploma Caroli I. de insignibus Stolbergio-Königsteinio-Eppsteinis. |
| 6. Com. Wertheimus. Ad Stolbergios. Ad Lavensteinos. | 16. Galea. |
| 7. Eppstein. Familia. Successio. | 17. Scutum auctum. Tori moderna dispositio. |
| 8. Breuberg. | 18. Honstema. seu Stolbergium. Unio hereditaria. Lohr. Cleenberg. Historia. Dominia in pace Brandenburgica concessa. Petiti iustissimè. |
| 9. Munzenberg. | 19. Galea. |
| 10. Werningerode. Comes piscationum praefati. | 20. Titulus. |

§. I.

Stolberge à chalybe *(vondenstraf gruben)* ut Joach. Beust. in orat. de vit. Joh. *Stolberge.*
 nis Schneidewini celeberrimo Ciro ubi nati existimat, dictum oppidum & castrum
 in Hercynia sylva, auf dem Harz caput est comitatus, qui inde nomen gerit, & Thuringiae continis Honstemiae ac Mansfeldio comitatibus includitur. Familia autem in *Familia.*
 cuius potestate est, si enim ad traditiones fabulosas ascendere nolimus, haud dubie
 ex Getmania antiquissimis est, & in is numeratur, ex quibus praefati Saxones suos Ethnarchas soliti sunt eligere, sequenti tempore communi cum aliquibus aliis imperii
 Comitibus titulo, nos DEI gratia, frequenter usi sunt, quod literis in archivo aucto-
 vatis testari possunt.

§. II. Illustrissima hujus stirpis scutum, quod superiori saeculo Comiti Ludovico, (qui gentis suae fidus Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. à consiliis arcibus *Scutum C. Ludovici veteris Sibmacheri.*
 interivit, machero.

inferuit, multisque legationibus, orator insignis & doctissimus inclauit, in usum suum repræsentatur in *Sibm. Wapenb.* P. 2. pag. 14. Porro duabus perpendicularibus & totidem transversis lineis in octo areolas secatur, quibus media parvula hereditaria incumbit.

§. III. Quæ ordinis prima est, *aurum* fulget, & *leonem* continet *nigrum*. Itaque tatur Comitatus seu Dominium *Königstein*, à castro quod altero malati Francæ. Et nostro distat. Dynastiam hanc *Münzenberg* olim in potestate habuere. Legis 1220. vixit *Vricus Da. de Münzenberg*, qui filium *Vricum juniores* & quinque filias (Alibi tantum trium mentionem feci, reliquarum ignarus, sed & alia ex his corrigivelm) genuit, quæ Illustribus elocatae sunt matrimonius ex domibus *Falkensteinia, Hanovria, Weinsbergia, Schanbergia, Pappenheimia*. Ulrico sine liberis mortuo, ejus forori succedere, & se coheredes atque conminos dixere. Inde vero miles *Engelhardus de Wunsberg* & frater *Conradus* 1256. iterum duo *Engelhardi de Wunsberg* 1270. tum *Agnes* vidua *Conradi de Schanberg* Ulrici foror 1272. (filius *Conradus Dux de Schanberg* confirmavit 1282.) inde *Henricus* & *Hildebrandus Marcschali de Pappenheim Heilbruggis*, quæ fororum una fuit, nepotes 1286. & *Adelheids* eidem fororum una, cum filio *Vrico C. Hanovria* (servata tamen sexta parte) 1288. partes & jura sua *Falkensteinis* filius *Philippi, Philippo* & *Wernero*, vendiderunt & cesserunt: nempe in *Münzenberg, Assenheim, Hym, Königstein* & *Lobenhausen*. Ut ita *Falkensteinii* excepta sexta parte plene successerint *Münzenberg* regis istis. Inde etiam *Falkensteinii* idem filii, quæ maritos habuere Comites de *Simm, Vinkberg, Solms, Eppstein* & *Isenburg*. Itaque 1419. *Buzbaei* congregati istarum mariti, eam partitionem instituerunt, ut tertiam partem *Godofredus* & *Eberhardus Eppsteini* soli, reliquas duas tertias ceteri *Gerhardus C. Synensis, Rupertus C. Vinnenburgensis, Bernardus* & *Johannes C. Solmsis*, & *Dietericus Comes Isenburgis* simul haberent. In portione *Eppsteini* civitas *Buzbach, Grünungen, Ziegenberg, Cransberg, dimid. Münzenberg, dimid. Eodham, Loben, Königstein, relictio in Hofheim, & dimid. arx Wibel* numerabantur. Addita divitiis illa conditio, ne qua pars aliquid hujus hereditatis alienaret sub pena peritum. Porro *Godofredi* filius *Eppsteini* ex *Lucardi Falkensteinia* filius *Eberhardus* primus tunc familiae titulum *Comitis* obtinuit. Pronepotes ejus fuerunt, qui stirpis extremi *Eberhardus, Georgius, Philippus*, horumque foror *Anna* Botonis Com. *Stolbergi* uxor. Cum ergo *Eberhardus* 1535. sine liberis extinctus esset, ad *Annam*, quæ 1521. in Comit. *Wormaticensibus* ab Imperatore consentu Electorum avitum jus irati succedendi obtinuerat, hereditatis jus delatum est, invidius quia *Eberhardus* ita etiam testamentum, quod *Carolus V.* confirmavit, sanxerat. Ita *Königsteini* possessionem accepit *Ludovicus* filius, ad annum usque 1574. quo mortuus est. Ad eo ad 1581. gavisus est possessione frater ejus *Christophorus*. Hoc 1581. mortuo, cum successissent ex parte nepotes *Ludovicus Georgius* & *Christophorus*, hos Elector *Moguntinus* deiecit, excepta *trivium* allegans, quam in casum *Christophori* sine liberis mortis tibi concesserat *Maximilianus II. Augustus*. Accessit dein transactio cum Comitibus 1600. qua tamen deinceps hi obstringi non crederent, qua transigerint ignorant es proprii juris, minores, atque ultra dimidium lati. Ficta sunt hunc in finem *Stolbergische* documenta. Iterumque 1663. deductio *des Fürstlichen Stolbergischen erbrechts* *Wapenb.* nullitatem veterum tam procellis instituti quam transactionis, de *Christophori Königsteini belangend.* Hactenus veto in potestate *Moguntinorum Königsteina* superest.

§. IV. Fundamenta *præfensionis* suæ in Comitatum *Stolbergi* varia allegant: compendio ea exhibet argumentum deductioni præfatae præfixum, quod hinc transitero. I. *Vetus origo vana*, quia feuda imperialia per *Münzenbergiam* filiam *Falkensteinis* & per *Falkensteiniam* *Eppsteini* obtigerint, atque adeo origine & natura, vel pacto seu concessione aut saltem consuetudine & observantia sint tenuita. Adhuc, *Falkensteinis* & *Eppsteini* non ex gratia vel errore & ignorantia alia causa sed ob competens jus hereditarium de his imperialibus feudis in ethos Declarare etiam conantur. *R. Sigismundi* heras feudales, quod illis vetus natura tendam confirmata non veto alterata sit, nec alterari potuerit. II. *Casum in iurum*, in quo

quo 1521. Annæ Eppleinæ liberi omnes vocati ad successorem, ut tamen semper non nisi unus masculus succedat & regat: qui modus succedendi iuribus, natura seuque regalis & Kœnigstemmæ locis observantur congruat: quia iura regalia sunt individua, ideoque unum tantum successorem & regentem admittant, præ aliis autem succedat primogenitus. Addunt: Kœnigstemmæ seu imperialis non esse nova feuda. Itaque post mortem Eberhardi Comitum successorem debitam fuisse Annæ, & post hanc ejus filio primogenito, qui tamen renunciat in iuribus, & in testamento Eberhardi consensit. Omnes vero Annæ hæres utriusque sexus ad successorem vocatos esse, licet non nisi unus subinde masculus succedat & regat. III. *Com. Eberhardi testamentum*, quod Stolbergi & ceteris causis & utilitatibus acceptavit, licet etiam sine illo jure successoris instructum. Lo veto testamento contineri substitutiones fideicommissarias: adeoque Comiti Christophoro substitutos hodiernos, & simul omnes gravatos. IV. *Littera imperialis* 1548. a Carolo V. Imp. Stolbergis concessit. V. *Cæsareæ litteræ confirmatorie & protectorie*. VI. *Annæ Stolbergiæ Kœnigstemmæ renuntiatio* 1499. ita facta, ut successio in eam masculis stirpis deficientis reservaretur. VII. *Ferdinandi I. decretum* 1562. Porro addunt Stolbergi, sibi feudata etiam inferiora seu ab inferioribus Dominis dependentia deberi. Ex illis fundamentis colligunt, feuda non fuisse aperta, adeoque præ Moguntinos non potuisse occupare Kœnigstemmæ Comitatu, in nec Stolbergios dejecte: ad eam restitutionem Moguntinos etiam urgeri reciproca obligatione & fide vasallis debita, nec non Dei mandato & comminationibus. Si veto etiam aperta feuda fuissent, debuissent Stolbergis ante alios concedi: tum alioquin etiam in Comitatu bona multa esse, quæ etiam si feuda aperta, non potuerint occupari. Sed nec Moguntinis juris sui desunt fundamenta: 1. Quod morte Christophori *feuda aperta* fuerint imperio, in quæ Danieli Archiepiscopo 1575. a Maximiliano II. Imperatore data sit *expectativa*. 2. Quod per *commissionem* 1582. ab Imp. Rudolpho II. decreta Moguntini immisso. 3. Quod secuta Cæsareæ *investitura*. 4. Quod 1590. *transfertur* de universa causa cum Moguntinis Stolbergi, certam etiam pro præsentione pecunie partem pacti. Vidi allegari etiam *5. præscriptionem*. 6. *Debita* Comitum Ludovici & Christophori, à creditoribus in Moguntinos translata, &c. Porro armis restituit Comites Sveciæ Rex 1631. sed Cæsareis copis 1635. iterum cedere coacti sunt.

Moguntinorum.

